S

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE ROMA
8
31 — D
27

2 ... 8

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

D. DIDACI
SAHAGVM
DE VILLASANTE,
IN INCLYTA SALMANTICENSI
ACADEMIA PRIMARII, IVRIS
Canonici Præceptoris, Operum
Poſthumorum,

TOMVS PRIMVS.

In quo inſigniores libri primi Decretalium tituli.

De
- Reſcriptis,
- Conſuetudine,
- Officio Delegati,
- Officio Legati,
- Sacramentis,
- In integrum reſtitutione.

Opus omnibus iuris vtriuſque ſtudioſis vtiliſſimum, & ad publicas diſputationes, & examina neceſſarium.



PARISIIS,
Apud MICHAELEM SONNIVM, Via Iacobæa,
ſub Scuto Baſilienſi.

M. DCV.
CVM PRIVILEGIO.

Digitized by Google

8.31.D.27

Digitized by Google

ILLVSTRISSIMO

ET EXCELLENTISSIMO DOMINO D. GASPARI DE STVNICA ET DE AZEVEDO COMITI MONTIS-REGII, & ampliſſimi Pyruini Regni Proregi digniſſimo. D. Ludouicus Abarca de Bolea Regius Conſiliarius, & in conuentu Valliſoletano XVIVir litibus iudicandis, S. P. D.

Q*VANTVM commodi, atque vtilitatis Reipublicæ conferant Principes viri, qui litterarum ſtudia colunt, litteratóſque amplectuntur, & fouent, vir excellentiſſime, nulli melius cognoſcunt, quàm illi, qui eadem ſtudia tractant, & inde ob litterarum cognitionem, & rerum vſum ad magnorum negotiorum adminiſtrationem aſſumuntur. Perſpiciunt enim ſcientiarum peritiam pulcherrimum omnium eſſe ad Rempublicam rectè, & cum laude gerendam inſtrumentum. Vnde diuinus ille non ſolum ſentiendi, ſed etiam dicendi magiſter Plato ſumma cum ratione dicebat beatas tum demum fore Reſpublicas, cùm aut Philoſophi eas gubernarent, aut qui eas gubernant, philoſopharentur. Philoſophari autem nihil aliud eſt, quàm ſapientiæ, & ſapientum ſtudioſos eſſe. Quo efficitur vt homines ad ſcientiarum cognitionem eorum fauore allecti permoueantur. Quin & ipſi Principes viri ſummam inde laudem, ſummum ſplendorem, atque adeo*

Digitized by Google

immortale nomen ſibi pepererunt. Teſtis eſſe poteſt ſplendidiſſimus ille Eques Romanus Cilnius Mæcenas Auguſtianicus, & Imperij eius miniſter, & comes, qui omnia ſuæ ætatis ingenia ſummo ſtudio fouit, & ex eo cognomen ſuum reddidit immortale, cum ab illo omnes, qui in litteratos beneficia conferunt, Mæcenates appellentur. Et omnibus ſæculis, quibus tales extiterunt viri, non defuerunt omnium artium, & ſcientiarum cultores excellentes. Itaque acutiſſimus poëta Martialis, quem Caſtrenſi verbo conterraneum meum vocare poſſum,

Sint (*inquit*) Mæcenates, non deerunt Flacce Marones,
Virgiliúmque tibi vel tua rura dabunt.

Hac laude clariſſima, & illuſtriſſima domus tua ſemper cumulata eſt, quæ litteratiſſimo cuíque maximè patuit. Neque Heroës illi maiores tui contenti fuerunt eos amplecti, qui ſuo tempore clariores in ſcientiarum cognitione extiterunt, ſed poſteris etiam eorum benignitate conſultum eſt. Nam Salmanticæ ampliſſimum Collegium maius ſancti Iacobi videmus erectum, quod ædificij magnitudine, & pulchritudine, ampliſſimis prouentibus collegiorum eruditione, & nobilitate Academiam illam mirandum in modum illuſtrat. Aliud etiam Compoſtellæ conditum eſt, & in Monte-Regio tua liberalitate aluntur humanarum litterarum, & Philoſophiæ præceptores. Sed tu excellentiſſime vir duplicem ex hac re, de qua agimus, laudem voluiſti reportare. Nam & per te ipſe litterarum cognitione excellis, & litterarum ſtudia, ſtudioſóſque ſumma ſemper es beneuolentia proſecutus. Ac quo minus de tuis laudibus hoc loco diſſeram & Epiſtolæ anguſtia, & quod caput eſt, tua incredibilis modeſtia ſunt impedimento. Quid quod ita excelſo, & illuſtri loco ſita laus tua eſt, vt cuiuſuis commendatio ſuperuacanea eſſe videatur. Ad librum,

Digitized by Google

quem tibi mitto, & ad eius auctorem orationem conuertam. De libro non eſt, quod verbum amplius addam, præter id, quod inſcriptio ſecum affert. Auctorem tu melius noſti, quem in ampliſſima domo tua natum à parentibus, & auis clientibus tuorum, & tuis liberaliſſimè à te ſemper exceptum Salmanticenſis Academia multos annos inſignem iuris Canonici præter cæteros habuit doctorem. Qui in ea ſchola per omnes dignitatis gradus euectus tandem primarius ſacrorum canonum magiſter cunctis penè ſuffragiis renunciatus eſt. Cumque pulcherrimos commentarios ſuos earum rerum, quas diſcipulis tradiderat, confectos, & abſolutos haberet, velletque in communem vtilitatem, cui ſemper ſtuduit, in publicum edere, morte præuentus non potuit id præſtare. Cauit tamen teſtamento ſuo, vt bonorum curatores id præſtaremus. Cumque mihi hæc cura commiſſa eſſet, volui hos libros tui nominis ſplendore illuſtrare, quod auctorem ipſum, ſi viueret facturum fuiſſe non dubito. Accipe igitur excellentiſſime vir, tui Clientis vigilias, quæ dubio procul tibi debebuntur: & quidquid vtilitatis capiet Reſpublica (capiet autem maximam) tibi iure optimo referet acceptum. Ego, qui Auctoris diſcipulus fui, & cum eo arctiſſimo amicitiæ vinculo coniunctus, numquam deſtiti hominem rogare, atque aliquando pro meo iure (quòd ter Rector Salmanticenſem Academiam gubernaui) cogere, vt hos libros prælo committeret. Nunc teſtamenti curatos, quamuis grauiſſimis negotiis præpeditus non potui non concedere eorum editionem quotidianis efflagitationibus ſtudioſorum hominum, & etiam publicis commodis. Eos tu libros excellentiſſime vir tuere, tamquam liberos eius, qui te præter ceteros mortales coluit, & obſeruauit, & quem tu, dum vixit, multis honoribus, & innumeris beneficiis affeciſti. Tuis auſpiciis quàm primum pro-

dibunt cetera opera iam diu ab omnibus litteratis expetita. Faxit Deus optimus Maximus vt te, quem ad tanti Regni adminiſtrationem potentiſſimo Regi noſtro obtulit, & tanto iſto muneri ſumma omnium non modo approbatione, ſed etiam acclamatione præpoſuit, multos annos ſeruet incolumem, vt te ſaluum inque patriam reducem lætari poſſimus. Vale Burgis vII. Kal. Martias M. DCV.

Digitized by Google

LECTORI SACRORVM
Canonum ſtudioſo.

QVi artes, & diſciplinas confuſas ante, & perturbatas ad certam methodum redegerunt, næ illi de hominum genere bene meriti ſunt, Lector optime. Nam abſque iis eſſet, pulcherrimum mortalium inuentum iaceret in tenebris ita, vt nec cognoſci poſſet, nec ad vſum rerum accommodari. Nunc verò eorum induſtria, & labore factum eſt, vt omnia ſuis locis diſpoſita ita ſint, vt vnum ex alio ſequi, & cuncta inter ſe apta, & colligata eſſe videantur. Qua laude in aliis facultatibus tum veteres illi Philoſophi Hippocrates, Plato, Ariſtoteles, & Theophraſtus, tum ex recentioribus multi floruerunt. In iure autem Ciuili M. Cicero cogitauit idem efficere, ſed vel negotiorum mole obrutus vel difficultate deterritus, manum operi non admouit, quamuis aliquibus in locis veluti lineamenta quædam depinxiſſet. Feliciter verò poſterioris ſæculi homines ius in artem redegerunt. In publicis tamen diſputationibus Scholaſticis paucisſimi eam methodum ſecuti ſunt. Immo plerique allegationes, oppoſitiones, dubitationes, ampliationes, & limitationes quaſdam miſeris diſcipulis obtrudebant, nullo ordine, nullo delectu. In Salmaticenſi Academia totius terrarum orbis celeberrima noſtris temporibus Doctor Didacus Sahagum de Villaſante ſacrorum Canonum primarius præceptor effulſit, qui obſcuriſsimam, & impeditiſsimam eam facultatem in lucem, & ordinem reuocauit. Hic, cum totum ſuæ vitæ tempus in docendis diſcipulis contriuiſſet, animaduertit tandem inter omnes docendi modos nullum perſpicuum magis, nullum commodiorem, quàm eum, quem Diuus Thomas Aquinas Catholicæ Eccleſiæ ſplendidiſſimum lumen in ſuis Theologicis quæſtionibus ſeruauiſſet. Hunc auidè arreptum ſic ad ſacrorum Canonum explicationem accommodauit, vt ipſa lux, non luceat magis, quàm eius ſcripta per ſe liquent, & lucent. Quam methodum non ſolum ipſe tenuit, in ſuis ſcriptis, ſed etiam alios eam ita docuit, vt hodiéque in ea ſchola ſacrorum Canonum interpretes nullam aliam probent, nullam aliam ſequantur. Et merito quidem, cùm is ordo effecerit,

AD TITVLVM

DE RESCRIPTIS,

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITT. EMANUELE

A D. SAHAGVN.

Summarium ad rubricam huius tituli.

1. *Quid ſit reſcribere deſcribitur.*
2. *Reſcribere accip tur pro iubere, concedere, & ſtatuere contra Budæum.*
3. *Nomen reſcripti comprehendit omne reſcriptum ſecundum ius, aut iuri contrarium.*
4. *Comprehenditur etiam hoc nomine reſcriptum gratiæ, & iuſtitiæ, & quid dicatur gratiæ, & quid iuſtitiæ.*
5. *Duæ diffinitiones reſcripti.*

IN RVBRICAM.

1. RESCRIBERE iuxta rectitudinem ſermonis eſt ſcripto reſpondere, Cicero pro Murena in epiſtolis frequentiſſimè, Machabæorum lib. 1. c. 8. inde populi Romani moribus receptum erat Senatum eiuſque patres ſcripto conſulere, conſultationique eos reſcripto reſpōdere, reſponſúmque reſcriptum appellabatur vt ex Cicerone deprehenditur. Vnde idem in imperatoribus, eiuſque conſiliariis mos ſucceſſit l. imperator. 8. l. imperator. 18. ff. de ſtatu hom. l. fin. ff. de minoribus l. licet imperator. 74. ff. de legatis. 1. l. licet. 23. de vſufructu legato. l. Diui fratres 17. ff. de iure patro. l. ex contractu. 44. ff. de re iudicata. l. 1. §. 1. ff. de appell. l. 4. ff. de appell. recip. reſcripti forma deſignatur l. cum de ætate 13. l. imperatores. 29. ff. de probationibus. l. 2. cum ſeqq. legibus, & titulis vſque ad titulum de diuerſis reſcriptis. c. dicenti in principio & §. reſcripta. c. imperiali 25. q. 2. ita etiam Pontificum reſponſa appellantur reſcripta in hoc titulo, & in ſexto & Clementinis, & ſicut inter Cæſareos reſcripta appellantur ſacri affatus, imperiales conſtitutiones, ſacræ formæ, diuinæ, & ſacræ iuſſiones in dictis legibus & l. beneficium. ff. de conſtitutionibus Principum, vt explicant Rebardus in l. quæ

omnia. ff. de regulis. Alexander ab Alex.dierum genialium libro. 6.c.23. Briſonius de formulis lib.3.fol. 327.ita etiam inter Pontificios reſcripta, dicuntur ſcripta, mandata apoſtolica, litteræ apoſtolicæ hoc titulo,& de præbendis, & in aliis ſæpiſſimè omnes in præſenti, Rebuſus in praxi beneficiorum capite de reſcriptorum diuiſione

2 cum aliis infra. Ex qua deſcriptione deducitur. 1. Reſcribere in propoſita tituli ſpecie accipi pro concedere, iubere, & ſtatuere in dictis legibus & l. ſi Venditor. 38. §. firmus. ff. de actionibus empti. l. ſi hæres. 21. §. finali ff. locati. d. l. 2. l. quoties l. Vniuerſa C. de precibus imperatori offer. c. 1. infra cum ſeqq. quod non eſt aſſequutus doctiſſimus Budæus in l. ſi Vir. ff. de præſcriptis verbis dicens accipi pro reddere, quod conuenire verbi naturæ non poteſt vt ex ſuperioribus conſtat.

Contra Budæū.

3 Secundo deducit reſcripti nomine comprehendi omne reſcriptum & iuri conforme,& contrarium, & præter ius conceſſum d. l. 2. d. l. quoties. d. l. Vniuerſa l. reſcripta C. de precibus imperatori offer. l. 2. C. quando libellus Principi oblatus. l. 1. cum ſeqq. C. ſi contra ius, vel vtil. pub. & C. de diuerſis reſcriptis d. c. dicenti. c. 1. c. cum ordine, c. eam te iſto tit. cum ſtatim allegatis.

Tertio deducitur comprehendi etiam reſcriptum gratiæ & iuſtitiæ: iuſtitiæ dicitur quando ad lites reſcribitur, in quo propter conſiderabile alterius partis præiudicium ſecundum iuris formam reſcribi, & iuris cenſura interpretari frequentiſſimum eſt l. fin. C. ſi contra ius, vel vtil. pub. d. l. reſcripta l. 1. l. falſo. l. fin. C. de diuerſis reſ. c. cauſam 18. iſto tit. l. 1. cum ſeqq. tit. 14. lib. 4. compillationis. Gratiæ autem, ad beneficia, ad priuillegia, ad diſpenſationem pertinet, latiſſimeq; interpretandum eſt l. Beneficium ff. de conſtitutionibus Principum, c. quamuis 4. de præbendis in 6. abſque alterius læſione vel iactura, qua tamen ſtrictè exiſtente interpretandum eſt caput 2. de ciſmaticis. c. in iis de priuilegiis. c. 1. & 2. de filiis preſb. in 6. dicto c. quamuis. c. non poteſt eiuſdem tituli. Rebuſus vbi ſuprà. Staphileus de litteris gratiæ & iuſtitiæ in primo. Mãdoſius de gratiæ ſignatura §. 1. Menochius de arb. caſu. 200. & 201. Cucus maiorum inſtitutionum lib. 1. tit. 4. Paulus Æmilius, Veranus Rotæ deciſione. 261. 2. p. ex qq. omnibus duplex reſcripti 5 diffinitio à noſtris deprehenditur, altera ex lata ſignificatione reſcriptum eſſe quod Princeps etiam contra iuris traditiones ſcripſerit ex d. l. quoties, l. Vniuerſa. l. reſcripta C. de precibus imp. offer. d. c. dicenti. Hoſtienſis, Ripa num. 2. Mantua num. 4. in præſenti. altera ex ſtricta iuris diſputationem reſcriptum eſſe quod ſecudum iuris obſeruantiam Princeps reſcripſerit. l. 1. l. falſo. l. fin. C. de diuerſis reſcriptis. c. 1. infra cum aliis. Bar. in d. l. beneficium num. 3. vbi communis, & hic Ripa & Mantua vbi ſupra. Verorius num. 8. Medicis de diſtintionibus 2. p. c. 19. de quo infra latius agendum eſt.

SEQVITVR TEXTVS DIFFICILIS IN C. I. ISTO TIT. DE RESCRIPTIS.

Summarium ad hunc Text.

1. *Speciale mandatum derogat generali, aliqua de hoc præmittuntur ad intellectum noſtri textus.*
2. *Quare ſpecies generi deroget, & num. ſequenti.*
3. *Incerta voluntas non habet effectum.*
4. *Indultum quod poßit appellari quando ſit vtile, & de primo intellectu textus cum ſequenti.*
5. *Iuris prudentia tot vigiliis elucubrata vno verbo non eſt ſubuertenda.*
6. *Secundus intellectus.*
7. *Tertius intellectus.*
8. *Quartus intellectus.*
9. *Quintus intellectus.*
10. *Sextus intellectus Nouus Veroij.*
11. *Septimus & verus intellectus.*
12. *An in ſpecie noſtri text. appellans incurrat pœnam ſententiæ.*
13. *In noſtro text. priuillegium generale prius fuit impetratum quàm ſpeciale.*
14. *Priuillegio generali ſecundum ius obtento derogat ſpeciale reſcriptum de eo etiam mentionem non faciens, naturalia iura immutabilia ſunt in ſecundo argumento, ſupra defenſio omnibus licita ibi .appellatio eſt ſpecies defenſionis ibi.*
15. *Reſcriptum tollens appellationis remedium ſit ne iniuſtum? & an Princeps poſsit tollere defenſionem.*
16. *Reſcriptum iniquitatem continens nullum eſt, ſed reſcriptum tollens appellationem non eſt iniquum, quando appellationis remedium tollitur ex cauſa.*
17. *Declaratur caput cum ordinem infra hoc tit. & an generi per ſpeciem derogetur ſicut in reſcriptis ita in priuillegiis?*
18. *Priuillegium ſecundum ius commune obtentum derogat priuillegio particulari etiam ſi de eo mentio non fiat, ſed ſi non eſt ſecundum ius priuillegium generale non derogatur ſpeciali ſi de eo mentio non fiat, & ita intelligitur dictum caput cum ordinem.*

Digitized by Google

19. *Intellectus ad c. cæterum infra hoc tit.*

20. *An in gratiis & diſpenſationibus generi per ſpeciem derogetur.*

21. *Mandatum Papæ de prima dignitate in Eccleſia an præferatur ſecundo de certa præbenda ſpeciali.*

22. *Declaratur tit. in c. ex tua de filiis presb. & num. ſequenti.*

23. *Diſpoſitionis proprium eſt futuris, non præteritis conſulere.*

24. *An priuillegium deroget concilio generali de eo mentionem non faciens.*

25. *An generi per ſpeciem derogetur, declaratur lex ſi hominem. 30. ff. mandati, & numeris ſequentibus. c. 3 infra num. 10.*

26. *Interpretatur. c. ſtuduiſti de off. legati.*

27. *Ex magna cauſa generi per ſpeciem non derogatur.*

28. *Declaratur l. ſi quis fundum alias. §. finali in l. quæſitum de fundo inſtructo. reg. generi &c. habet locum in legatis.*

29. *Si Titio duæ ſtatuæ marmoreæ, & poſtea omne marmor legetur an vtrumque vel vnum legatum debeatur? & an generi in hoc per ſpeciem derogetur?*

30. *An generi per ſpeciem derogetur in iuriſdictione?*

31. *Iuriſdictio noue datur, intelligitur cumulatiuè non priuatiuè.*

32. *An dicta regul. generi habeat locum in iuriſdictionibus & num. 38.*

33. *Genus alicuius cauſæ derogat generi generaliſſimo ſecundum Baldum.*

34. *Scholaſtica iuriſdictio* Salmantina *derogat omnibus Eccleſiaſticis iuriſdictionibus excepta epiſcopali circa clericos* Salmantinos.

35. *Rector* Salmantinus *habet in cathedris priuatiuam iuriſdictionem.*

36. *Præfecti qui vulgo* (alcaldes de los hijos dalgo) *dicunturpriuatiuam iuriſdictionem in cauſis nobilitatum habent.*

37. *Dominus feudi habet priuatiuam iuriſdictionem in cauſis feudorum.*

38. *In toto iure generi per ſpeciem derogatur.*

39. *Declaratur l. cum Prætor de iudiciis, de qua nu. 32. ſupra & reſpondetur aliis obiectionibus ibi poſitis.*

40. *An iuriſdictio inquiſitorum ſit cumulatiua, vel priuatiua?*

41. *Collector habet, iuriſdictionem priuatiuam ita vt neque legatum de latere poſſit cognoſcere? & ratio num. ſequenti.*

42. *Primæ inſtantiæ pertinent ad ordinarios, ita vt neque à legatis de latere poſſint examinari cum limitatione.*

SVMMA HVIVS TEXT.

PRIVILEGIO generali ſecundū ius commune obtento derogat ſpeciale reſcriptum de eo etiam mentionem non faciens.

Pro ratione dubitandi primo ſic argumentor. Omnibus appellandi ſemper fuit data poteſtas l. 1. cum ſequentibus ff. de appellationibus, & ff. de appell. recip. l. litigatoribus. 14. l. & in maioribus 20. C. de appell. c. ad Romanam cum ſeqq. 2. quæſt. 6. c. de appellationibus. 11. c. vt debitus. 59. de appellationibus. Sed quod iuris authoritate conceditur fruſtra precibus poſtulatur l. verba. 12. ff. de cōditionibus inſtitutionum. l. tolli clauſula. 119. ff. de verb. oblig. l. 1. verſ. quorum ſententiam ff. ad municipales. c. in iis. 30. de priuilegiis. ergo fruſtra in præſenti priuilegium liberè appellandi impetratum fuit.

Secundo ſic argumentor. principio præmitto quæ à natura conceduntur ita immutabilia fore vt nec à Cæſare, nec à Pontifice tolli poſſit. §. ſed naturalia inſt. de iure naturali. c. ſunt quidam. 25. q. 1. c. fin. de conſuetudine, clauſa paſtoralis. §. cæterum de re iudicata. 20. præmitto defenſionem omnibus à natura tributam eſſe. l. vt vim. ff. de iuſtitia & iure, text. in l. 4. ff. ad. l. Aquiliam. c. 2. de homicidio c. cum inter de exceptionibus d. §. cæterum. 3. præmitto appellationem eſſe defenſionis ſpeciem l. 1. in principio. l. non tantum ff. de appell. ſicut enim in ciuilibus, quorum intereſt, & in aliis ſolum admittit appellatio. l. 1. ff. de appell. recip. c. non ſolent 2. q. 6. ita in capitalibus condemnato non appellante quinimo etiam conſentiē-te, appellationique renuntiante, & contradicente quilibet appellare poteſt propter defenſionem naturaliter proditam d. l. in tantum. c. ad Romanam. c. omnis oppreſſus. c. qui ſe ſcit 12. 2. quæſt. 6. c. ſuper eo. 12. c. cū ſpeciali. 61 § porro de appell. Tunc ſic argumentor. Principis reſcriptum iniquitatem continens, vel contra rationem naturalem, vel publicam diſponens omnino reiiciendum eſt. l. & facto. 43. ibi iniquum enim incipit fieri Principis beneficium ff. de vulgari. l. reſcripta. C. de precibus imper. offer. l. fin. C. ſi contra ius vel vtil. pub. c. dicente. §. reſcripta. 25. quæſt. 2. c. ſunt quidam. 25. quæſt. 11. ſed reſcriptum, quo tollitur appellatio contra rationē naturalem, qua defenſio conceditur diſponere. Videtur vt probauimus ſupra. ergo reſcriptum hic, quo tollitur appellatio nullius momenti eſt nec generali priuilegio derogare potuit.

Tertio ſic argumentor. Priuilegio etiam generali nō poteſt derogare reſcriptum, vel priuilegium ſpeciale de eo mentionem non faciens. c. cum ordinem. 6. infra iſto tit. c. venimus. 19. verſiculo non obſtante priuilegio, de præſcriptionibus. ergo nec in præſēti.

Quarto ſic argumentor. in reſcriptorum tractata poſterius de priori mentionem non faciens ſubrectionis vitio reiiciendum eſſe conſtat ex c. cæterum. 3. infra iſto tit. ſed priuilegium liberè appellādi prius ſic conceſſū fuit vt ex noſtro text. conſtat ibi ex litte-

Digitized by Google

ris apoſtolicis altera pars munita &c. ergo reſcriptum, quo remouetur appellatio poſtea impetratum abſque prioris mentione ex ſubrectione reiicitur.

Quinto ſic argumentor. reſcriptum generale ad dignitatem primo vacaturam præſtat ſecundo ad ſpecialem dignitatem impetrato c. ex parte. 12. de off. deleg. idem in diſpenſatione text. in c. ex tua de filiis preſb. idem in priuillegio. c. dudum. 31. de priuilegiis, ergo idem in præſenti obſeruari deberet.

Sexto ſic argumentor. generali ad negotia mandato impediri ſpeciale de manumittendo reſpondet Iureconſultus in l. ſi hominem. 30. ff. mandati idem in legatis, generali enim legato, non derogant poſtea ſpecies numeratæ l. ſi quis fundum 12. ff. de fundo inſtru. nec à generali receditur propter ſpeciale l. libertis. 18. ff. de alimentis, & cibariis legatis ergo ſpeciale mandatum non debuit in præſenti generali derogare.

Septimo ſic argumentor. in iis, quæ ad iuriſdictionem pertinēt generi ſpecies non derogat l. vltima. C. de iuriſdictione omnium iudicum. l. 1. C. de off. præfecti vrbis. c. per hoc. 17. de hæreticis lib. 6. ſed in reſcriptis ad lites conceditur iuriſdictio vt in noſtro. text. c. paſtoralis. 14. cum ſequentibus, ergo in præſenti ſpeciale mandatum generali derogare non debuit.

1. Quibus non obſtantibus contrariū in præſenti diffinitum eſt ab Alexandro. 3. decidendi rationem aſſignante ſpeciale mandatum derogare generali ad cuius interpretationem conſtituo primo priuillegium, & reſcriptum inter ſe hic pugnare reſcriptúmque ſpeciale generali priuillegio derogare. Secūdo cōſtituo reſcriptū ſpeciale deprehendi ex principio text. ibi C. ſi alicuius cauſa iudicib. delegatis remoto remedio appellationis cōmittitur, in quo omnes conuenire certum eſt. 3. conſtituo generale priuillegium hic vocari quod ad liberè appellare indultū eſt. in text. ibi, quod ei generaliter indultum eſt, indulgere enim ad priuillegium pertinet. c. cum ordinem. 6. 1. c. in iis. 30. c. dudum 31. de priuillegiis. c. decet 17. de regulis iuris lib. 6. ideo noſtrum text. ex illis verbis in priuillegio accipiendum eſſe agnouit gloſa 1. & finalis receptiſſima ab Innocentio & Hoſti. vſque ad Abb. num. 11. Feli. Decium, Veroium in primo cum relatis à Menochio conſilio. 36. num. 2. & 42. volumine. 1. Aluaro Velaſco rerum iudicatarum conſultatione 72. n. 2. & 14. deciſio Rotæ 41. 3. p. à Paulo Æmilio relata. Contrarium tamen defendunt Ripa num. 42. Mantua 19. & 28. noſtrum textum in reſcripto accipientes & à communi recedentes.

Quarto conſtituo reſcripti ſpecialitatem conſiſtere in eo quod remouetur appellatio in illa dumtaxat cauſa vt ex primo litteræ conſtat, priuillegij tamen generalitatem in eo quod liberè appellare in quacumque cauſa indultum fuit vt docuit ibi textus. quibus ei generaliter indultum eſt.

Quinto conſtituo ſpeciem, & genus in propoſita textus ſpecie conſiderari circa cauſas vt diximus, quia circa perſonas vtrumque ſpeciale foret vt ex eiſdem verbis conſtat ibi, alicuius cauſa, & ibi ei generaliter indultū eſt.

Sexto conſtituo noſtri textus ratio-

Digitized by Google

nem ex generali iuris diſpoſitione ad huiuſmodi factum applicari, generale etenim iuris documentum eſt generi per ſpeciem derogari quo ad leges, & pœnas. l. ſanctio legum. 41. ff. de pœnis. c. 1. de conſtitutionibus lib. 6. quo ad vltimas voluntas l. cohæredi. 41. §. qui patrem ff. de vulgari. l. vxori. 41. §. fœliciſſimo. l. ſeruis. 99. ff. de leg. 3. quo ad contractus. d. l. doli clauſula. 119. ff. de verb. ſignificatione quo ad iudicia. c. ſtuduiſti de off. legati. mandata de prouidendo c. dudum 14. c. quamuis. 38. de præb. in 6. reſcripta. d. c. paſtoralis 1. iſto tit. priuilegia & reſcripta hic inde ad omnes iuris diſpoſitiones conficitur regula ciuilis. l. in toto. 80. ff. de reg. in Pōtificia c. generi. 34. eodem tit. in 6. cum multis ibi relatis, & à Tiraquello in legibus connubialibus, gl. 7. num. 128. Veroius conſilio. 57. num. 10. volumine. 3. Tiberio de Cano conſilio 78. num. 28. volumine. 3. Petro ſurdo concluſione. 121. num. 3. explicantibus generis, & ſpeciei naturam, & differentiā inter noſtros, & Dialecticos diſputandam in dicto. c. Paſtoralis.

Generi per ſpeciem derogatur.

2. Septimo conſtituo omnes in dictis locis diſputare de ratione quare generi ſpecies deroget omnes affirmant à genere ſpeciem exceptam eſſe, quare autem vel ignorant vel non docent, Ludouicus Gomez in proœmio ad regulas Cancellariæ quæſt. 2. num. 8. rationem aſſignat ſpeciē genere fortionem eſſe, probatur à Paulo Æmilio d. Rotæ deciſione. 41. Sed hoc inquirimus quare fortior ſit. idcirco aliis omiſſis ſecurior ratio eſt animi mutationem homini prudenti, & induſtrio indignam eſſe ac proinde à lege non præſumi. l. eum qui 22. ff. de probationibus. l. cum hic ſtatus 32. in primo de donationibus inter. ideo contra diſpoſitionem ex errore potius, quàm ex animi inconſtantia venire, l. interpretatur. l. quoties. 9. §. tantundem. ff. de hæredibus inſtitu. ſic patrono laico ad præſentandum quatuor menſes, Eccleſiaſtico ſex indulgentur. c. 3. de iure patro. c. vnico in fine. eodem in 6. quia Variatio in Eccleſiaſtico culpabilis eſt, clauſa vnica de renūtiatione. ita Laicus non rectè facit niſi in ſpecie. c. cum laici. 10. de iure patro. Eccleſiaſticus autem illa vice præſentare non poterit, eodem argumento prodita eſt regula quæ ſemel placuit de regulis in 6. & altera intelligitur ſemel malus nō ſemper præſumitur malus in alio genere mali. ex quibus mutationem iure non præſumi traditio eſt ſatis ornata ab Alciato de præſumptionibus regula 2. præſumptione 12. à Menoch. de præſumptionibus lib. 1. præſumptione. 9. & 12. lib. 2. præſumptione. 36. & 50. vnde ſi aliquis generaliter & ſpecialiter diſpoſuerit, ſi de certa eius voluntate apparuerit, illud vtique obſeruabitur. Si autem non apparuerit, ſi vtraque incerta fuerit corruet. l. duo ſunt Titij ff. de teſtamentaria tutela. l. 3.
Paulus. 5. ff. de rebus dubiis. c. ad hæc 10. inf. iſto tit. ſi verò certatur in dubio vt actus vterque valeat & firmior ſit lex procurat. l. 3. ff. de teſtamentis. l. quoties. la. 2. ff. de rebus dubiis qua de cauſa ad vitādam animi mutationem, atque nec diſponens contrarius videatur vtramque ſpecialem, & generalem valere, ſpecialem in illa dumtaxat cauſa, generalem in cæteris omnibus. Benigna iuris interpretatione factum eſt.

Digitized by Google

Hæc eſt vera regulæ vtriuſque ratio, & interpretatio, ex qua noſter text. interpretandus reſcriptum ſpeciale appellationem remouere in illa tãtum cauſa priuilegium autem generale quoad ceteras omnes iure directo cõſiſtere ita reducẽda eſt cõmunis gloſæ primæ, & fin. & omnium in præſenti. Menochij & Aluari, Velaſci, Pauli Æmilij, & aliorum ſupra. Priuilegium autem ſecundum ius commune obtentum fiat de illo mentionem in reſcripto non fieri nihil intereſſe in argumẽtorum explicatione diſputandum eſt.

4. Non obſtant in contrarium adducta pro ratione dubitandi primum in iure noſtro omnibus appellare licere, & quod iure licet fruſtra precibus poſtulari quia gloſa 1. verſ. quidam dicunt, reſpondet non fruſtra, ſed vtiliſſimè quoniam licere appellandi indultum refertur ad caſus, quibus iure noſtro appellare non licet relatos in l. 1. cum ſeqq. C. quorum appell. non recipi. c. ei qui §. ſunt quoru 2. quæſt. 6. & à Bellamera, Baldo, Abbate num. 7. Decio. 4. Ripa. 28. Mantuæ. 13. Veroio. 22. hic. circa quem intellectum probat text. priuilegium contra ius commune obtentum fuiſſe, illique derogare reſcriptum ſpeciale de eo mentionem non faciens, ideo ab eo recedit gloſ. & impugnat communis. Vnde eadem gloſa probat ſubſtineri non poſſe quia reſcriptum ſpeciale de priuilegio contra ius commune mẽtionem non faciens illi derogare non poteſt. c. cum ordinem. 6. infra. c. veniẽs. 19. de præſcript. deinde quia ex noſtro text. non deprehenditur. Rurſus quia vnico verbo iuriſprudentiam tantis

5. Vigiliis excogitatam illis in caſibus appellationem iuſtiſſimè negantem à Pontifice ſubuerti veriſſimile non eſt argumento. l. ſi quando C. de inofficioſo. ſimplici non priuilegio, hæreticum, ſimoniacum, falſarium notorium, crimínoſum aſſaſſinum ad appellandum admitti contra. c. vergentis de hæreticis lib. 6. c. ſicut & 1. de ſimonia. c. ad falſariorum de crimine falſi. c. cum ſit Romana. §. propterea de appellat. c. 1. de homicidio lib. 6. nemo ſibi ſatis perſuadet, ideo, gloſa verſ. poteſt ergo dici, 11. Secundum intellectum aſſignat licere appellandi indultum referri ad priuationis ſententiam qua vt litigioſo appellatio interdicta fuerat vt in facti narratione præmittitur aduerſus quam priuilegium impetrauerat vt in d. l. ſi quando placuit Abbati, & Decio vbi ſupra. Ripæ num. 35. Mantuæ 13. Veroio 68. ſed ex litera nõ conſtat & tamquam diuinatorium reiicitur. Vnde glo. verſ. vel dici poteſt. Tertium aſſignat priuilegium generaliter impetratum fuiſſe vt facilius appellare liceat, nec obſtat argumentum fruſtra poſtulare quia nõ fruſtra dicitur ſi quidem quod in ſpecie mandatur magis timere ſolet. c. quamquam. 33. deciſ. c. & ſi Chriſtus. 26. verſ. vlt. de iu. iur. qua ratione huic priuilegio in ius obtento derogat ſpeciale reſcriptum. hic intellectus communior ſecũdum Cardin. Antonium, Immolam nu. 8. Abb. num. 12. Fel. & Decium 4. Mantuã 14. Ripam. 35. Valaſcum, & Paulum Æmilium vbi ſupra. nouioribus tamen magis diſplicuit: primo, quia cum omnibus appellandi poteſtas data fuit priuilegium à Pontifice Max. impetrari vt dumtaxat facilius appellatio admittatur

Note: margin numbers 6 and 7 in right column appear beside "Secundum" and "Tertium".

tatur ineptè videretur. 2. quia verbum, licere magnam iuris ſignificationem habēs. c. 2. de feudis. c. ſi beneficia de præb. in 6. inutiliter à Pontifice exprimeretur. 3. quia priuillegij natura vt aliquando vltra iis commune operetur ſemper poſtulat. l. 1. ff. ad municipalem. c. in iis. 30. de priuillegiis c. ſi Papa de priuillegiis in 6. ibi communis & hic ſecundum relatos, & Menoch. conſilio. 19. volumine. 1. Decium conſilio 7. volumine. 3. Velaſcum, & Æmilium conſilio. 140. ſed iuxta eum intellectum nihil contra ius commune operatur. ergo defendi

8. non poteſt. quare aliis placet 4. intellectum Hoſtienſis num. 8. verbum, licere, referri ad text. iſtius tempora, quibus appellare non licebat de cauſis in iudicia emergentibus, vt colligitur in c. eam, quam 18. infra iſto tit. ſed à cōmuni reiicitur quia gratiam contineret forētque contra ius commune vt diximus ad primum intellectum, vnde

9. Ripa quintū intellectum aſſignat verbum, licere, referri ad iuris ſolemnitates l. 1. ff. de appellationibus. c. poſt appellationem. 2. quæſt. 6. priuillegij virtute remittendas, ſed ab omnibus merito conuincitur, quare nouè noſtrum text. interpretatur Verois num. 38.

10. ex ordine litteræ reſcriptum ſpeciale prius impetratum fuiſſe, deinde generale, & ita proculdubio generali poſteriori derogat prius ſpeciale nec obſtat littera, ibi (litteris apoſtolicis munita) quia refertur non ad impetratum ſed ad conſultationis tempus, ſed fragilior cæteris eſt, & contra communē ſententiam. Primo quia priuillegium impetrans aut reſcriptum ignorabat, aut fruſtra petit quod illi iure communi competit, aut ſciebat, & ineptè petit abſque reſcripti mentione. d. c. cum ordinem. d. c. veniens. Secundo ex text. ibi munita, quod ab impetrati reſcripti tempus referri, & communior eſt, & verior maximè ex integra Antonij Auguſtini collect. 1. ibi litteris Apoſtolicæ protectionis munita eſt, ergo quando reſcriptum appellationem remouens impetratum fuit iam altera pars priuillegio generali munita erat. Tertio ex textu ibi (poſtquā cauſa eſt) vbi docet inutile remanere priuillegiū poſtquam reſcriptum ſpeciale impetratum fuit, ergo priuillegium præceſſerat. in hac itaque iuris, & facti contrarietate ſecundum gloſæ intellectū ſecurior eſt aduerſus priuationis ſentētiam generale priuillegium impetratū fuiſſe. ita inclinat Innoc. defendit Belamera. num. 1. & 2. Baldus nu. 5. Ripa num. 35. Mantua num. 13. nec obſtat verbum, liberè, ſuperfluum eſſe quia impedimentū priuillegio tollitur, quia eſt ſciendum 1. priuationis ſentētiam ſemper ita fieri vt priuato, vel interdicto altera imponatur pœna. c. quoniā. 47. diſtinct. c. quia in omnibus de vſuris. c. nullus 11. c. ſi quis. 12. cum ſeqq. 16. q. 7. c. quamquam de vſuris in ſexto. Secūdo ſciendū gratia, vel priuillegio communi impedimentum duntaxat non alienum tolli pœnam. l. 2. ibi non ideo quod ex indulgētia mea pœna tantum modo metalli liberatus eſſet, etiā bonorum reſtitutionem impetrauit, niſi ſpeciale beneficium ſuper hoc fuit impetratum, l. ſi addētis. l. in inſulam. l. ſi patet. C. de ſententiam paſſis & reſtitutis.

Tertio inde conſequi in noſtri textus ſpecię appellandi poteſtatem per

Digitized by Google

ſententiam priuato, tamquam delinquenti alteram pœnam impoſitã fuiſſe, interpretatio itaque eſt generali priuillegio priuationis impedimentum ſublatum fuiſſe vel liberè alteram remitti pœnam. Alexandrúmque docuiſſe ſic meminiſſe iuuabit.

12. Vnde celebris eſt dubitatio iuxta eã interpretationem, an qui appellationem interpoſuit ſententiæ pœnam cõmiſerit & commiſiſſe probatur, quia contra ſententiæ interdictum in vocẽ appellationis prorumpit vt ex littera conſtat, & inde pœnam committi argumento text. in l. aduerſus. 29. ff. de receptis arb. l. qui vetante. 112. ff. de regulis iuris. nec excuſabitur priuillegio, cui reſcriptum ſpeciale derogaſſe Alexander reſpondet. Contrarium tamen imo pœnam non committi argumento eſt, non in contentu, ſed priuillegij virtute appellationem interpoſuiſſe vt ipſe Alexander refert. Deinde quia vt delicti committatur pœna dolum interueuire neceſſe eſt, ſed à dolo quæcunque cauſa iuſta liberat. l. igitur §. 1. ff. de liberali cauſa. l. plagij 14. vbi gloſa, verbo, iuſta. C. ad l. Fla. de plagiariis, & inde & à pœna cauſam excuſare c. denique vbi glo. verbo, cõſuetudinem, diſtinctione 4. c. vbi glo. verbo, antiqua de temp. ordinandorũ, verbo, migraſſe. in c. cum venerabilis de conſuetudine, communis ibi, & à Coua. de ſponſalibus. 2. p. c. 7. §. 3. n. 5. Gabrieli 3. tomo lib. 7. de criminalibus concluſione. 8. num. 26. ergo priuillegij cauſa excuſantur à pœnæ commiſſione. ita verius puto ad noſtri textus interpretationem.

13. Secundo deducitur in noſtri textus ſpecie priuillegium generale prius impetratum fuiſſe, quàm ſpeciale reſcriptum, & ita communiorem eſſe traditionem, veriorémque ex littera, & eius integra, vt diximus conſiderata aduerſus Veroij intellectum.

Tertio deducitur noſtrum text. in praxi celebrem eſſe ad hoc priuillegio generali ſecundum ius commune obtento derogare ſpeciale reſcriptum de eo etiam mentionem non faciens ſi priuillegium tantum concedit ius ad rem vt in præſenti, ſcilicet vt liberè poſſit appellare, ita interpretatur Abb. num. 10. Feli. 3. Decius 4. Ripa. 75. Mantua. 15. hic. Rebuſus tomo. 2. tit. de reſcriptis in præfatione nu. 105. Xuarez allegatione. 38. Balaſcus conſultat. 72. n. 2. in fine. Paulus Æmilius dicta deciſione 41. ita ſoluitur primum. 14.

Non obſtat ſecundum, iniquum reſcriptum nullius momenti eſſe, reſcriptum autem appellationem, & ſic defenſionem tollens eſſe huiuſmodi, cuius cognitionem principio conſtituendum eſt defenſionem non omnibus indifferenter ſecundum naturæ rationem competere, ſed ita demum quando iuſta cauſa, & ratio poſtulauerit. alterum enim occidere ad ſui defenſionem naturalis ratio impune permittit, non quidem ſimpliciter ſed cum moderamine inculpatæ tutelæ d. l. vt vim ff. de iuſt. & iure. l. 4. ff. ad l. Aquiliam c. 2. de homicidio. c. perpendimus. 23. de ſent. excommunicationis: deficiente ergo cauſa, & ratione lex naturalis defenſionem non permittit, ita apertè ſignificant illorum iurium verba in d. l. vt vim, d. l. 4. ibi. nam aduerſus periculum naturalis ratio permittit ſe defendere d. c. 2. te, & tua, d. c. perpendimus. ibi non pro 15.

Digitized by Google

pulſando. Ex eadem itaque ratione poteſt à Principe tolli defenſio quia ſi naturalis ratio in ſe ipſo negat defenſionem facinoris perpetrati ratione ita poſtulante, vt docuit text. in l. fi. C. ad l. Iuliam maieſtatis, ibi. nam ex quo ſceleratiſſimum quis conſilium cœpit ex inde quodam modo ſua mente punitus eſt, quo iure ſicut ex cauſa poteſt Princeps hominem vita priuare ſupple, nocentem, ad hoc enim illi poteſtas data eſt. l. imperium ff. de iuriſdictione. l. 1. & 2. l. capitaliũ 28. ff. de pœnis. l. quiſquis. l. meminiſſe C. ad l. Iuliam maieſtatis c. de occidendis. c. non fruſtra. c. regum 23. quæſt. 5. ita enim omnibus defenſio conſeruatur, ſi defenſionis violatores puniantur. c. res autẽ. 23. quæſt. 5. inde & aliis Princeps permittit. l. Grachus. C. ad l. Iuliam de adulteriis. ita poterit à fortiori Princeps defenſionem tollere ex cauſa, quia defenſio ad vitæ conſeruationem ordinatur d. l. vt vim. d. l. 4. d. c. 2. ita receptiſſimum eſt ſecundum infra referendos.

Secundo conſtituendum eſt idem obſeruandum eſſe in quacumque defenſione etiam iudiciali, & inde primam citationem lege naturæ defenſionem eſſe, & ideo à Principe tolli non poſſe etiam in notoriis. ſic interpretandus eſt text. in l. de vnoquoque ff. de re iudicata. c. nos in quemquam. c. de manifeſtis. c. Deus omnipotens. 2. quæſt. 1. c. bonæ 23. verſ. porro, de electione. c. conſultationibus. 10. de off. delegati. c. 1. de cauſa poſſeſſionis. c. licet epiſcopus. 28. de præb. lib. 6. d. cl. paſtoralis §. niſi notorium eſſe nullam ei defenſionem competere text. ſic interpretandus in c. quoniam de filiis preſbiterorum. c. cum ſit Romana. 5. §. propterea de appellationibus. c. 1. de iudiciis. ita reducenda eſt communis in dictis iuribus, & à Coua. in practicis. c. 23. num. 6. Ant. Gab. lib. 2. tit. de citationibus concluſione 1. Menochius conſilio. 100. volumine. 1. de arbitrariis quæſt. 17. Aſſinius in praxi. c. 1. & 5. Hipolitus in primo nu. 41. Bolognetus num. 17. in d. l. vt vim inde excommunicato defenſio denegari non poteſt. c. cum inter de exceptionibus reſtringitur tamen vt non perſonaliter, ſed per procuratorem defenſione vtatur c. intelleximus de iudiciis. inde etiam exceptiones à Pontifice tolluntur ratione poſtulante non alias. text. in c. ex parte. 13. de off. deleg.

Tertio conſtituendum eſt eodem iure appellationem à Principe ex cauſa plerumq; tolli. l. 1. ff. quibus appellare non licet. l. 1. cum ſeqq. C. quorum appellationes. c. fi. §. ſunt quorum 2. quæſt. 6. ita de hæretico, Simoniaco, & aliis diximus ad primum intellectum præcedentis argumenti. l. 13. tit. 23. p. 3. ex quibus, & aliis docuit Aluericus in l. omnes. num. 6. C. de ep. & clericis receptus à proximè relatis, & ſtatim referendis. Vnde frequentiſſimè receptum eſt à Principe cauſam committi appellatione remota d. l. 1. ff. à quibus appellare non licet. §. interdum. c. ſuper quæſtionum 27. §. ſi vero. c. paſtoralis 28. de off. delegati. c. paſtoralis. 53. de appellationibus hic cum aliis. ab inferiori autem non committitur appellatione remota etiam à legato à latere cui commiſſum eſt vt appellatione remota ipſe procedat. ex d. c. ſuper q. §. ſi vero cum

Digitized by Google

aliis iam allegatis. ita communis hic in principio ,& Baldus in l. 2. C. de appel. Selua de beneficio 2. p. q. 3. num. 18. Veroius de poteſtate legati n. 46. & 64. Gambara libro. 8. nu. 32.

Quarto conſtituendum eſt appellationem à Principe ex cauſa tolli poſſe ex dictis iuribus, non ex eo quod defenſio de iure poſitiuo ſit appellatio, cui Princeps pro arbitrio detrahit. c. propoſuit de conceſſione præb. col. 1. in fine vt lite pendente vt opinatur Abb. in c. dilecti de exceptionibus, & relati à Decio num. 10. Veroio, Mantua in principio in rub. de appellationibus, & hic in principio quod ſatis modeſtè explicat Coua. d. c. 23. num. 6. deprehendit tamen Veroius hic n. 18. quia defenſio naturalis eſt ſi cauſa & ratio poſtulauerit, eius tamen defectu non erit naturalis, & idcirco à Principe tolli poteſt vt ſupra reſolutum eſt.

Quinto conſtituendum eſt appellationis natura duos produci effectus alterius, iudicis ſententiam, eiuſq; executionem ſuſpendi, alterius, cauſam ad ſuperiorem deuolui. l. 1. §. vltimo ff. ad Turpilianum. c. ſuper eo. 10. c. cū teneamur 17. c. debitus. 59. de appellationibus, Clementina vnica, de cauſa poſſeſſionis &c.

Sexto conſtituendum eſt, ex clauſula, appellatione remota non vtrumq; tolli effectum ſuum ſuſpēſiuum dumtaxat vt conſtat ex eiſdem iuribus, & noſtro text. ibi, (quod eius in hac parte appellatio non debet admitti) communis omnium hic, & in d. c. paſtoralis. 53. vnde non impedietur ſententiæ executio per appellationem, cauſa tamen ad ſuperiorem deuoluitur, qui de ſententiæ iuſtitia, vel iniuſtitia pronuntiabit ita in tribunalibus frequentiſſimum eſt.

His ita conſtitutis argumento reſ- 16.
pondeo, reſcriptum iniquitatem continens nullum eſſe, concedo, reſcriptum quo tollitur appellatio iniquum eſt nego, quia à Principe ex cauſa tolli poteſt vt ſatis reſolutum eſt, ex clauſu'a autem appellatione remota, non tollitur ſed reſtringitur quod facilius à Principe fieri poteſt vt dicebamus proximè & ita non procedit argumētum, vel conſequentia. Vnde elegans eſt noſtri textus interpretatio quod ſicut criminoſus poteſt per ſententiam, vita, ciuitate, boniſque priuari, ita appellandi poteſtate vt hic ſecudum veriorem interpretationem in primo argumento reſolutam, ſoluitúrque ſecundum.

Non obſtat tertium argumentum 17.
ex. c. cum ordinem infra vbi priuillegio generali non derogat ſpeciale de illo mentionem non faciens. magna eſt inter noſtros diſputatio an regula generi per ſpeciem derogetur in noſtro textu allegata ſicut in reſcriptis ex noſtro textu, & c. paſtoralis infra obtineat etiam in priuillegiis diuerſis, quæ diuiduntur opinionibus ad tres tantum reducuntur. prior eſt nō obtinere quia ſicut in reſcriptis perſpicuum eſt generali ſpeciale derogare, ſiue prius ſiue poſterius ſit d. c. paſtoralis §. fi. inf. ita in priuillegiis perſpicuū eſt primum aliis præſtare etiā ſpecialibus ex d. c. cū ordinem, d. c. venies. verſ. non obſtante de præſcript. c. decet de reg. iuris in 6. ita gloſa in c. generi 34. eodem tit. gloſa fi. verſ. ſuper priuillegiis in præſenti. Innocētius, Baldus, Belamera n. 3. Abb. 10. dicit communem, Decius

Digitized by Google

conſilio. 147. num. 4. & in. l. in toto iure num. 20. ff. de regulis iuris, Medicis de regulis iuris reg. 1. num. 44. & alij infra. Secunda eſt huic contraria, regulam, & in priuillegiis obtinere. c. dudum 14. §. nos attendentes. c. quamuis. 38. de præb. in 6. vbi fundatur in eadem regula generi per ſpeciem, & ita non eſſe differentiã inter priuillegium, & reſcriptum agnouit glo. verbo, nullam, in d. c. veniens & ibi Cardi. & Pariſius, & hic Hoſtienſis, Ant. Immola. communis ſecundum Feli. nu. 3. & 6. Veroïum n. 64. Tertia eſt media primam obtinere quando priuillegium concedit ius in re vt in d. c. cum ordinem, & difficili c. ex tua de filiis preſbiterorum, vbi ſpeciale non derogat indulto generali ius in re concedẽti. Secundã autẽ obtinere quando priuillegiũ dumtaxat ius ad rem vt hic nempe ad appellandum quando condemnari contigerit vt ſupra diximus hanc probat æquiſſimam Abb. num. 11. Fel. 3. limitatione. 1. diſputant Decius num. 4. Ripa. 48. & 74. Veroïus. 64. Mantua. 15. affirmat tantum Carolus Ruinus conſilio. 98. volumine. 4. Rebufus, Xuarez, Balaſcus ſupra allegatur. Cucus lib. 1. tit. 6. an. 105. in qua contrarietate ſi cum iudicio conſideretur facile eſt omnia ſubuertere fundamenta, directè enim nulla in dictis iuribus probatur, quia d. c. cum ordinem pugnat priuillegium cũ reſcripto vt hic d. c. veniens omnia priuillegia erant eiuſdem ordinis, & ab eodem impetrata, ergo prior ópinio à iure deſtituta eſt. idem de ſecundo, probatur quia in d. c. dudum, & d. c. quamuis non agitur de priuillegiis cõtrariis, nec admittitur Abbatis interpretatio num. 14. in præſenti dicentis ex generali competere ius ad rem, & inde illi derogare ſpeciale ex noſtro textu, & communi reſoluta ad 1. argumentum in fine, quia in d. c. quamuis, ibi (deuoluta) cõſtat ius in rebus in deuolutis competere, & ita communis eſt illius textus interpretatio ex gloſa Archi. Monacho, Ioanne Andrea, Dominico, & Franco num. 2. Ripa hic num. 49. Mantua. 30. qua ratione nec Decius rectè percepit præiudicium eſſe non conſiderabile, & idcirco à Veroïo reprehenditur, verior itaque intellectus eſt illa iura accipienda eſſe in reſcriptis ad beneficia in c. ex parte. 12. de off. deleg. qua in ſpecie ſuperiorem regulam obtinere omnes ſupra relati ſecurè affirmant, quod ſi negarent ſatis apertè ex eiſdem iuribus & ratione inſtitutum eſt vt patet ex verbis dicti capituli, quamuis.

Tertia igitur opinio potiora non habet fundamenta quia noſter text. loquitur de priuillegio, & reſcripto, idemque reſpondet ad text. in d. c. cum ordinem text. autem & d. c. ex tua, diuerſa ratione interpretandus eſt vt diſputauimus ad 5. argumentum, qua de cauſa interpretes in dictis locis, & latiſſimè hic, de quorum textuum, & aliorum interpretatione diſputant. verior autem, & communior prima ſententia regulariter ſecundum iam relatos & à Menochio conſilio 36 n. 48. volumine 1. ex qua traditione obſtat argumentum dicti capituli, quamuis, dicti, c. cum ordinem, ſed reſpondeo in c. veniens reſcripta ab illo Abbate interpretata eſſe omnia aut generalia aut ſpecialia.

Digitized by Google

Vnde in eodem ordine primum priuillegium non derogat poſteriori alterius priuillegij mentionem non facientis vt docuit text. in verſ. non obſtante, ita gloſſa verbo, nullam, & communis ſecundum Immolam, & Pariſium n. 8. vbi & omnes ſupra hic relatas. nec obſtat text. in d. c. cum ordinem, quia licet veriſſimum ſit loqui de reſcripto, & priuillegio, priuillegium tamen ſpeciale etiam fuerat, vt ſignificant illa verba, ſpecialiter indulſit ſed reiicitur, referuntur enim ordinem Ciſtercienſem, cui generaliter conceſſa fuerat decimarum indulgentia. c. ſuggeſtum. 9. c. ex parte 10. de decimis vnde Abb. hic & ind. cum ordinem ex gloſa. 1. ibi contendit priuillegium eſſe ſpeciale ex eo, quod conſtituebat formam reſcriptis in contrarium impetrandis obſeruandam, & ita probare illum textum priuillegio, per quod contrariis reſcriptis forma deſcribitur non derogare reſcriptum ſpeciale priuillegij mentionem non faciens dicit communem, ſic Ripa n. 51. licet n. 74. interpretetur non priuillegij, ſed ordinis mentionem faciendam eſſe, vnde ipſe Abb. vtroque in loco dicit errare gloſam & communem allegantem illum text. ad hoc quod priuillegio generali non derogat reſcriptum ſpeciale, Abbatis tamen intellectum improbat Decius in d. c. cum ordinem, communem allegationem defendens.

Quare aliis placuit intellectus gloſæ primæ in d. c. cum ordinem Ciſtercienſes dupplici gaudere priuillegio, alterum erat generale quo ad decimas vt ſignificat ille textus & apertè probat text. in d. c. ſuggeſtum. alterum ſpeciale quo ad formam contrariis obſeruandam, quod refert gloſa alios religioſos etiam frui quamuis de illis in iure non exprimatur. ſed nec ex littera, nec ex integra Antonij Concij in ſcholiis ad illum textum, Antonij Auguſtini collectione. 2. c. 1. iſto tit. deprehenditur: imo ex ea conſtat Ciſtercienſes generali gaudentes priuillegio ſæpe ab aliquibus vexari. Vnde coram Alexandro. 3 conqueſti fuerunt, ipſe reſpondet eos non teneri reſpondere reſcriptis contrariis ſui priuillegij mentionem non facientibus, ita receptiſſimum eſt & inde argumentum magis vrget, ſiquidem priuillegio generali non derogat reſcriptum ſpeciale priuillegij mentionem non faciens. idcirco reſpondendum eſt noſtrum textum rectè procedere quia priuillegium generale fuerat ſecundum ius commune impetratum vt iam reſolutum eſt. at in d. c. cum ordinem priuillegium generale fuit contra ius commune impetratum vt conſtat. ex. c. 1. c. commiſſum, cum homines. c. tua. 25. c. tua. 26. de decimis, vbi probatur decimas ad propriam parrochiam, eiúſque miniſtros pertinere iure communi. Vnde priuillegium decimas propriæ Eccleſiæ non ſoluendi contra ius commune conceſſum eſſe certum eſt d. c. ſuggeſtum. 9. c. ex parte. 10. c. nuper 34. de Decimis. ſicut & gratia, vel præſcriptio. c. ad aures de præſcriptionibus C. ad decimas de reſtitut. ſpol. in 6.
Quare vtriuſque textus interpretatio 18.
ita componitur. priuillegio ſecundum ius commune obtento derogat ſpeciale reſcriptum etiam priuillegij mentionem non faciens vt hic quia

Digitized by Google

Princeps iura pectoris in ſcrinio habens l. omnium C. de teſtamentis. c. 1. de conſtitutionibus in 6. eius ſemper memor præſumitur ac proinde reſcriptum ſpeciale concedens licet priuillegij mentionem non faciat cenſetur illi derogare voluiſſe, ſic accipiendus eſt textus noſter, ſed in d. c. cum ordinem priuillegium contra ius commune impetratum fuit & idcirco vt reſcriptum ſpeciale illi deroget priuillegij mentionem facere neceſſe eſt, quia priuillegium regulariter contra ius commune conceditur. Cicero pro domo ſua, Nō licuit tibi de peſte ciuis inde nati ferre non legem, ſed nefarium priuillegium, ſic dicitur lex priuata. c. priuillegia. d. 3. l. 1. cum ſeqq. ff. de priuillegiis veteranorum. l. Dauius cum ſequenti ff. de priuillegiis creditorum, & infra de priuillegiis, ideo ipſius priuillegij Princeps, immemor præſumitur tamquam facti, vt ipſe fatetur. c. 2. infra iſto tit. c. ex parte 12 c. ex parte. 13. de off. delegati. Quamobrem illi non præſumitur derogare niſi exprimat voluiſſe, ita interpretandus eſt text. in c. inter monaſterium. 20. de re iudicat. ca. ex parte. 13. de priuillegiis, & in d. c. cum ordinem vbi gloſa fin & communis, & verſ. nullam in d. c. venie .s, verſ naſcatur, in c. 1. de conſtitutionibus in 6. finalis hic communior ſecundum, Innoc. Hoſti. Ioannem And. Baldum, Belam. n. 3. Abb. 16. Feli. n. 3. & 4. Dec. 11. Ripam. 70. Veroium 68. Mantuam. 32. in præſenti. Rebufum in præfat. de reſcriptis an. 103. Æmilium dicta deciſione Rotæ. 41. itaque tenendum eſt ſoluitúrque tertium.

19. Non obſtat. 4 ex c. cæterum iſto tit. quia reſpondendum eſt noſtrum text. intelligi quando alterum eſt generale, alterum eſt ſpeciale. text. autem in d. c. cæterum, vt ibi latius explicandum eſt quando vtrumque aut generale, aut ſpeciale eſt. quo caſu 1. præſtat, niſi in 2. illius mentio fiat, vel qui prius impetrauerit in dolo, vel negligentia fuerit. d. c. cæterum, C. cum autem 9. c. plerumque. 23. iſto tit. d. c. vt debitus. c. ſi tibi de reſcriptis in 6. etiam in reſcriptis iuſtitiæ, & gratiæ. c. eam te. 7. infra. ſi in tempore autem conuenerint inſpicitur prior præſentatio. c. capitulum. 30. infra. d. c. vt debitus. c. duobus de reſcriptis in 6. c. qui prior dereg. 1. in 6. communis in dictis iuribus, & hic ſecundum Immolam & Abb. n. 14. Innoc. & Bellameram n. 5. Ripam 48. Veroium. 63. Mantuam. 25. & referendos in d. c. cæterum, ita ſoluitur 4.

Nec obſtat. 5. in gratiis & diſpenſationibus generi per ſpeciem rogari quia reſpondeo contrarium non de expreſsè probari. in c. quamuis 38. c. dudum 14. de præb. lib. 6. argumentum tamen non colligi ex iuribus in eo allegatis quia in d. c. ex parte. 12. de off. deleg. non conſtituitur genus, & ſpecies, quia ſciendum eſt inter Iureconſultos propoſitum fuiſſe ſi teſtator ſeruum ſuum Sempronium Titio legauerit, & Mæuio ſeruum, quem ex ſuis elegerit, Mæuiúſque Sempronium elegerit, cui competat Sempronius, reſpondent vtrumque admitti per concurſum. l. ſi domino. 102. ff. de legatis. 1. l. 51. Eros 11. ff. de optione legata. Doctores à principio mirabantur quare Titius cui ſpecialiter legatur Sempronius, 20.

non præfertur Mæuio, cui generaliter legatum fuerat, reſpondent dd. legatum medij eſſe etiam ſpeciale quia verificatur in electione Sempronij, ita Bar. Odoffre. Bal. Aluericus, Paulus, Angelus, Immola in d l. ſi domino, & communis Alexandri Aretini, Iaſonis n. 4. in l. 2. ff. de liberis & poſthumis. Vnde docuit Bar. Papæ mandatum de 1. dignitate in certa Eccleſia præferri poſteriori mandato de ſpeciali dignitate quia in dignitatibus, & beneficiis non habet locum concurſus d. l. ſi domino, d. l. ſi Eros ex tit. vt Eccleſiaſtica beneficia. C. maioribus de præb. & inde præfertur primo, Bal. in contrarium probat in d. l. ſi domino, ex c. 1. de conceſſione prehende in 6. pro Bar. eſt text. in d. c. ex parte vbi reſcriptum ad primam dignitatem in certa Eccleſia præfertur reſcripto ſpeciali ad Archidiaconatum ipſo vacante, Bartolo adhærent ſupra relati, & Cumanus in d. l. ſi domino reſpondens dictum. c. 1. intelligi in diuerſo caſu, hæc verior eſt, & communior quia diſpoſitio generis relati ad certam ſpeciem reputatur ſpecialis, & idcirco licet in legatis generi per ſpeciem derogetur, d. l. vxorem §. fæliciſſimo cum relatis ad rationem decidendi, d. l. ſi domino, d. l. ſi Eros legatum ſpeciale non derogat legato generis quia propter relationem cenſetur etiam ſpeciale & inde datur concurſus in dictis legibus vt ibi explicant ſupra relati, & Bar. in l. re coniuncti n. 10. vbi omnes communiter ff. de leg. 3. Rurſardus, & Duarenus in Scholiis ad d. §. fæliciſſimo, omnes hic, eadémque ratione in d. c. ex parte primum reputatur ſpeciale quia verificatur in prima dignitate, quæ vacauerit, argumento text. in c. ſi pro eo tempore de reſcriptis in 6. c. 2. de renuntiatione in 6. melior text. in c. mandato. 10. & c. ſequenti de præbendis in ſexto nec obſtat legatum vel reſcriptum in d. lege, & capite ſpeciale eſſe magis ſpeciale quàm generis relati ad ſpeciem quia in eadem ſpecie non ſunt gradus conſiderabiles, ita accipienda eſt d. communis in d. l. ſi domino, & in d c. ex parte, vbi Hoſtienſis n. 2. ita explicant gloſam finalem Ioannes Andreas n. 8. Bellamera. 2. Felinus. 2. Decius in principio & hic gloſa fin. & communior ſecundum Decium n. 5. Ripam. 51. Veroi. 67. Mant. 15. ita ſecurè tenendum eſt quamuis Abbas docuerit ita ſpeciale reputari quia in illa Eccleſia erat dumtaxat Archidiaconatus dignitas, placuítque Veroio, & Mantuæ vbi ſupra. Sed verius eſt eſſe plures Archidiaconatus vt in Eccleſia Salmantina, & in Hiſpania frequentiſſimè, & ad hoc ille textus celebris eſt in vna Eccleſia eſſe plures Archiniaconatus vt animaduertunt Bellamera ibi Hoſtienſis, Immola, & communis, & omnes hic, minúſque probatur argumentum ex c. ex tua de filiis presbiterorum, vbi ſecundum communẽ allegationem priuillegio generali nõ derogat reſcriptum ſpeciale quando ex priuillegio ius in re fuerit quæſitum, ſed ex illo textu, nec ex eius integra deprehendi non poteſt. Vera etenim illius textus relatio eſt tempore Alexandri Tertij plures preſbiterorum filios in Anglia parentum beneficia retinere, vt conſtat ex illo textu, & ibi ſequenti. c. quoniam.

Vnde

Digitized by Google

Vnde Alexander Conſultus reſpondet cum morigeratis antiquiſque poſſeſſoribus poſſe diſpenſari, deinde alij litteras impetrauerunt vt appellatione remotaà beneficiis amouerentur, beneficiaque impetrantibus conferri deberent, Archiepiſcopus dubitauit primis an ſecundis litteris obtemperare deberet, Alexander reſcripſit ex primis diſpenſatis non comprehendi poſteriores, inde plures ſunt difficultates vt conſtat ex gloſa ibi, & communis, & c. 1. iuncta gloſa verbo, tale, de filiis preſbiterorum lib. 6. potiſſimum an primæ litteræ ſint iuſtitiæ ex text. ibi, ad conſultationem tuam, quia ex conſultatione, eiuſque reſcripto ius conſtitui docuit textus in c. ex multa de voto, ibi, ad hoc tibi reſpondemus quod in conſultatione noſtra ius editur, probaturq; quia epiſcopis illa competit diſpenſatio, c. veniens illo tit. c. pænultimo, & fin. eodem. d. c. 1. communior tamen eſt eſſe gratiæ quia Alexander Archiepiſcopi relatione motus illi conceſſit diſpenſandi facultatem quæ ad ſedem Appoſtolicam generali conſuetudine deuoluta eſt, ita ex integra & ex eius littera, & communiori traditione receptum eſt. Secunda an litteræ ſint generales, vel ſpeciales, communior eſt, & priores, & poſteriores eſſe generales, quæ ad diuerſos fines diriguntur. Tertia an priores referantur ad priuillegium vel reſcriptum, communior eſt vtraque referri ad reſcriptum, priores ad gratioſum, poſteriores ad reſcriptum principaliter iuſtitiæ. Quarta an iam diſpenſatos priorum authoritate comprehendat iuſtitiæ reſcriptum, reſpondit Alexander nequaquam comprehendi vnde interpretandus eſt text. in d. c. quoniam ſequenti illius reſcripti rigorem non extendi ad preſbiterorum filios cum quibus diſpenſatum fuerat quia diſpoſitionis proprium eſt futuris, non præteritis conſulere. c. 2. & fin. de conſtitutionibus in Tridentino frequentiſſimum eſt ſſ. 6. c. 5. & 6. ſſ. 24. c. 12. & 17. 18. & 20. & de reformatione matrimonij c. 1. 23.

Altera difficultas eſt an non diſpenſatis ſecundum iuſtitiæ reſcriptum comprehendat, & ei à contrario ſenſu Alex. ita ſignificaſſe docuit Hoſtienſis num. 2. Ioannes Andreas. 9. Bellame. 2. Immola, & Abb. 4. ſed indiſtinctè hoc affirmare periculoſum eſt. 5. non duo reſcripta generalia ad diuerſos fines directa. Quo caſu verior regula eſt illud alteri præſtare quod prius ad actum reducitur, quia ex quolibet competit Archiepiſcopo in actum, & poſtea iuriſdictio ad actum, & exercicium reducibilis ac proinde quæ prior in actum peruenerit, & in effectum peruenire debet. c. paſtoralis 14. §. 1. c. capitulum. 30. infra iſto tit. c. vt debitus. 59. de appella. communis in c. propoſuiſti de foro comp. c. relatum de off. delegati vbi latius diſputaui, ita communior hic ex Abbate num. 14. Felino. 3. & 4. Decio. 7. Ripa 64. Veroio, 49. Mantua. 23. ac proinde ſi ex primo reſcripto Archiepiſcopus ad diſpenſandum de alicuius vita, & moribus inquirit non impeditur diſpenſatio ex ſecundi reſcripti præſumptione. è conuerſo. ſi ex

Digitized by Google

ſecundo reſcripto ad priuandũ prius inquirit non poterit cũ illo per proximum diſpenſare quia præuentionis locus eſt ita interpretandus text. in d. c. ex tua. inde etiam deducitur interpretatio ad. c. ex parte de cap. monachorum. c. nonnulli 28. infra hoc tit.

24. Ex quibus probant concilio generali non derogare priuillegium expreſſam illius mentionem non faciens, ſed neutrum in priuillegio loquitur, in Cõcilio Lateranenſi ſtatutum fuerat non poſſe monachos in prioratibus ſine ſociis commorari. c. 2. de ſtatu monachorum, c. ad audientiam de capell. monachorum in diœceſi Benetenſi propter facultatũ inopiam monachi ſocios non habebant, impetrarunt à Papa vt in ea diœceſi illis permitteretur, Pontifex Honorius 39. conceſſit, ad epiſcopi petitionem reſcripſit non valere conceſſionem de concilio Lateranenſi mentionem non facientem. hæc eſt relatio capituli ex parte, ex quo illa conceſſio non fuit priuillegium, ſed reſcriptum in cauſæ cognitione, in c. nonnulli apertè loquitur deſcriptio concilij mentionem non facientis, & inde traditum eſt reſcriptum concilij generalis expreſſam mentionem non faciens nullum eſſe, gloſa fin. in d. c. nonnulli, communis ſecundum plures relatos ibi, à Felino & à Mantua, & hic à Ripa num. 52. & 56. Veroio. 42. Quintiliano Mandoſſio in Cancellariæ regula 19. quæſt. 17. num. 12. Cuco lib. 1. tit. 2. num. 3. Æmilio Rotæ deciſione 176. num. 3. parte 1. Contrarium

Reſcriptum cõcilij generalis, mẽtiõ nõ faciẽs nullum eſt.

imo derogatum generale ſufficere probatur quia Pontificis poteſtas non negatur, ſed voluntas. Conſtat quoniam ex eiſdem iuribus, & in vtroq; [illegible] eſt cõmunis, & apertius ex. d. c. ex parte vbi non valet reſcriptum generalis concilij nullam mentionem faciens, ergo ſi aliquam faceret, valeret vtique. aliqua autem per generalem derogationem fieri debet, ita praxi frequentiſſimum eſt, & Pij quinti conſtitutione confirmatur eóque iure hodie vtimur, ſic reducenda eſt ſuperior communis, & relata à Simone de Pretis conſilio 69. Iacobo Puteo Rotæ deciſione 228. lib. 2. & 414. libro 3. ita tenendum eſt. ſoluitúrque 5. c. ex parte de off. delegati procedere quando vtrumque reſcriptum eſt ſpeciale, c. ex tua de filiis presb. quando vtrumque eſt generale. c. dudum de priuil. quando priuillegium mentionem non fecit poſſeſſionis quam aduerſarius habebat. Princeps enim ne 3. præiudicium irrogares, nec ius quæſitum tolleres præſumitur. vt infra latiùs.

Nec obſtat ſextum quia text. elegans in l. ſi hominem 30. ff. mandati diuerſa ratione procedit, ſcilicet ex magna & graui cauſa nouè orta, vel cognita habentem ſpeciale mandatum impediri ab eo, qui generale habuerit ita probant omnes communem regulam generi per ſpeciem limitari, ex ſimili cauſa inde eleganter interpretantur. c. ſtuduiſti de off. deleg. vbi delegatus in cauſa ſibi ſpeciali à Pontifice commiſſa non poteſt impediri à nuntio Appoſtolico, de latere etiam legato 25.

26.

Digitized by Google

quia vterque gerit vices Papæ delegatus. c. ſanè. 11. de off. deleg. legatus in. c. 1. de off. legati. Sicut legatus aliis omnibus ſuperior eſt. d. c. 1. c. nouit, c. volentes de off. legati. c. 2. eodem in 6. ita delegatus in cauſa ſibi commiſſa. c. 1. c. de cauſis. c. propterea. d. c. ſanè. 11. c. paſtoralis. 28. c. ex litteris de officio delegati. & inde ſpecialis commiſſio derogat generali. d. c. ſtuduiſti.
27. limitatur tamē ex d. l. ſi hominem ex magna, & graui cauſa, puta ſcandali, vel ſimili ex qua delegatus poterit à legato impediri. ita ex d. l. interpretantur Hoſtienſis, Andreas, Baldus, Bellamera, Immola, Abbas, Barbacia in d. c. ſtuduiſti, Brunelus de poteſtate legati concluſione. 14. Tiraquellus de pœnis temperandis in præfatione num. 34. Cucus libro. 2. tit. 5. num. 148. ſi cum iudicio conſideretur in d. l. ſi hominem ſpeciale mandatum habenti manumittendi poteſtas non aufertur, ſed vſque ad Domini conſultationem ex illa cauſa differtur, ergo cum ad manumittendum non concurrat cum eo generale mandatum habens probari non poteſt ex illa lege. communem iuris traditionem generi per ſpeciem etiam limitari, quia limitari diceretur ſi habens generale mandatum habenti ſpeciale ex magna cauſa præferendus eſſet, eadémque ratione nouè eſt interpretandus textus in d. c. ſtuduiſti ſubcedente magni ſcādali cauſa. vel alia cauſam ſpecialiter alicui delegatam non poſſe à legato etiam de latere aduocari, vt ipſe cognitionem ſuſcipiat, ſed dumtaxat delegatum interpellare vt cognitionem differat vſque ad Pontificis conſultationem, quod ex magna cauſa fieri poteſt Ex d. l. ſi hominem ad hoc celebri, ex qua plures in praxi quæſtiones contra receptam iuris traditionem diffiniri poſſe probant ibi, Bar. Bal. Aluericus, & Fulgoſius, Abb. & alij in d. c. ſtuduiſti, & relati à Tiraquello d. præfatione ann. 25. latè à Felino. in c. 1. num. 49. de conſtitut. ita interpretanda eſt dicta regula, & noſtri text. deciſio.

Secundo non obſtat text. in d. l. ſi 28.
quis fundum, alias §. fin. in l. quæſitum ff. de fundo inſtructo vbi ſpecies legatum auget, non minuit generale quamuis dictam regulam generi, in legatis etiam obtinere certum ſit. l. vxorem 41. §. Fœliciſſimo, l. ſeruis 99. §. fin. ff. de leg. 3. quia reſpondent regulam obtinere quando legatum generis & ſpeciei ad diuerſas perſonas refertur, ſed in d. l. ſi quis fundum ad eandem perſonam ita Decius num. 16. Canolus num. 15. in l. in toto iure 80. ff. de reg. iuris, ſed apertè conuincitur ex l. cum de lanionis. 18. §. cui fundum, & §. quia ff. de fundo inſtructo. l. legata ff. de ſupellectili legata. & ita receptum eſt etiam ad eandem perſonam legato generis, & ſpeciei relato regulam obtinere. quare difficultatem magnam eſſe gloſiſque incognitam dicunt Dynus, & Doctores, & referunt Nouiores. quibus ommiſſis tribus propoſitionibus difficultatem comprehendo. prior eſt cum poteſt ex verbis, vel mente diſponentis comprehendi ſpeciem ad generis legatum ampliandum, & declaran-

Digitized by Google

dum, tolendámque iuris, vel facti dubitationem exprimi, omnia comprehendi, legatarióque deberi obſeruandum eſt ex d. §. ſi quis fundum. l. legata. ff. de ſupellectili legata l. periculis 32. §. labeo ff. de auro & argento legato, vbi Iulius Paulus rationem aſſignat ibi ſed non mutat ſubſtantiam rerum, non neceſſaria verborum multiplicatio. inde eſt orta regula legis quæ dubitationem 81. l. non ſolent. 94. ff. de regulis iuris. Secunda eſt ſi ex verbis, vel mente deprehenditur voluiſſe minuere, ſpeciémque à genere, ſicut ouem ab ouili ſeparare tunc proculdubio ſpeciei legatum dumtaxat debetur obtinétque regula in legatis d. §. fæliciſſimo. d. l. ſeruis §. fi. d. l. reg. in toto iure, c. generi, noſter. text. & cap. paſtoralis infra. Tertia eſt in dubio ad augendum & declarandum potius quàm ad minuendum, & detrahendum ſpeciem exprimi, interpretationem accipi ita reſpondiſſe in d. §. ſi quis fundum, d. l. legata. d. §. labeo. l. Titia 19. §. qui Marco ff. de annuis legatis vbi in dubio generis, & ſpeciei legatum legatario deberi Scæuola reſpondet, ita interpretatur Dynus in d. c. generi num. 7. & 9. probatur à Bar. in d. §. ſi quis fundum ab Aluerico Decio nu. 16. Canolo. 15. in d. l. in toto iure, Ioanne Andrea, Franco num. 2. Pequio ad. 9. argumentum in d. c. generi, Abbate, Felino num. 3. in c. ſedes infra, Zaſio in d. l. doli clauſula num. 16. ff. de verborum. Gabriele conſilio 58. num. 38. Tiberio Deciano conſilio 103. num. 7. volumine. 2. cum aliis
29. infra. Vnde accipienda eſt antiqua iuris-Conſultorum interpretatio, & diſputatio quando exprimitur indiuiduum, augeat minuatve, indiuiduum eſt quod ſub certa continetur ſpecie, aurum eſt genus, vaſa aurea ſpecies, indiuiduum, quod numero, vel ſigno ab ſpecie diſtinguitur, numero, vt vnum vel duo vaſa, ſigno vt vaſa Germanica, vel Itallica, item ſi alicui legantur duæ ſtatuæ marmoreæ, item omne marmor iure Conſulti opinionibus diuiduntur, obtinuit deberi omne marmor præter ſtatuas, ex quibus duas tantum conſequetur, quia illius indiuidui expreſſio derogat ſpeciei, ita Tabolenus in l. hæres meus. 100. §. duæ ſtatuæ ff. de legatis. 3. l. 1. §. item ſi duæ ff. de auro & argento legato ita à Dyno num. 4. recepit in d. §. ſi quis fundum ſuperior communis, Zaſius in l. quod in rerum §. ſi quis num. 5. ff. de legatis. 1. Faber in d. l. in toto iure in fine. Petrus Surdus conſilio. 56. num. 40. & 41. nec obſtat text. in d. l. libertis. 18. ff. de alimentis & cibariis legatis, vbi legato alimentorum generali tollitur ſpeciale nec aliquid ſingulare eſt eo quod omnibus libertis generale legatum competit, ſpeciale autem ſolum quibuſdam. Vnde omiſſa diſputatione obſeruandum eſt communem regulam. d. l. in toto iure. d. c. generi noſtri text. vel aliorum obtinere etiam in alimẽtorum legatis. l. alimenta 16. §. Baſſilicæ, l. Stichus. 20. in primo ff. de alimentis, & cibariis legatis quando eadem in ſcriptura vtrumque continetur legatum non tamen ſi in diuerſis, quia tunc poſteriori ſtandum eſt, ſiue præcedat ſiue ſequatur ſpe-

Digitized by Google

cies, quia vltima voluntate priorem ceſſare inſtitutum eſt §. poſteriore inſt. quibus modis teſtamenta infirmentur, ita ſi teſtamento diuerſis libertis legantur alimenta, deinde codiciliis relinquuntur generaliter omnibus per Codicillos receſſiſſe docuit Scæuola in d. l. libertis, & l. ſerie 20. ff. de fundo inſtructo, quia reſpiciendum eſt non ad genus nec ſpeciem, ſed ad poſteriorem teſtatoris voluntatem Dynus n. 9. Bar. & communis ſupra, Pequius d. c. generi n. 4. Faber in d. l. in toto iure, ita reducitur communis Franciſci Mantica de coniecturis vltimarum voluntatum libro. 9. tit. 6. n. 22. libro. 12. tit. 2. Soluiturque. 6. argumentum.

30. Nec obſtat ſeptimum & difficilimum, & vtile in iuriſdictione non obtinere communem regulam noſtri textus & d. l. in toto iure, d. c. generi ex l. 1. C. de off. præfecti vrbi cum aliis, quia reſpondet Angelus in l. cum prætor. 12. ff. de iudi. ibi non obtinere regulam quia Cæſſ. ita expreſsè declarauerunt ſed communiter reprehenditur quia ſine Cæſarum declaratione regula in eo caſu non obtineret ex d. l. fin. C. de iuriſdictione omnium iudicum. c. per hoc, 17. de hæreticis libro 6. ex quibus quando alicui noua conceditur iuriſdictio intelligitur cumulatiuè cum ordinario non priuatiuè, nec derogatur etiam inter iudices diuerſi fori, c. cum ſit generale iuncta gloſa verbo malefactores, de foro comp. in ſpecie c. cum contingat de iureiur. d. c. 2. eodem in 6. c. quamuis pactum de pactis libro. 6. c. fin. de foro comp. in 6. ex quibus iuriſdictionem no-

31. uè datam intelligi cumulatiuè, non priuatiuè Bar. & commmunis in d. l. 1. & in d. l. fin. Hoſtienſis & omnes in c. paſtoralis de off. ordinarij, vbi Felinuſa n. 1. regulam cum octo limitationibus confecit, Decius n. fin. Canolus n. 18. in l. in toto iure ff. de reg. iuris, Rolandus conſilio. 82. volumine. 2. Auendano iuxeque mandatis. c. 1. Coua. in practicis. c. 2. & 3. Menoch. de arb. q. 40. P. Surdus conſilio 56. an. 19. & infra referendi. inde firmantes dictam re- 32.
gulam generi non obtinere in iuriſdictionalibus; contra eam tamen communem plura vrgent argumenta. Prius ex l. cum Prætor 19. in primo ff. de iudiciis vbi ſi vni iudicare interdicitur, aliis permitti videtur, ergo per contrarium ſi vni permittitur aliis negari videbitur. Secundum ex l. ſolemus 41. §. latrunculator ff. de iudiciis. vbi latrunculator de re pecuniaria cognoſcere non poteſt, igitur nec iudex ordinarius de cauſa criminali. quo argumento docuit Bal. in d. c. ſtuduiſti n. 5. quod ſicut generi derogat ſpecies ita genus alicuius cauſæ vt in §. latrunculator derogat generi generaliſſimo, vel vniuerſali, & ita Can. & Barbacia in- 33.
telligunt d. c. ſtuduiſti non ſolum in vna cauſa ſed etiam in vno genere cauſarum, ita ampliat Veroius conſilio 75. num. 5. volumine. 3. inde dictam. l. 1. interpretatur Angelus in d. l. cum Prætor dari iuriſdictionem priuatam niſi Cæſares exprimerent contrarium, ſequitur Iaſon in l. quod in rerum §. ſi quis n. 8. ff. de leg. 1. Decius in c. cæterum n. 5. de iudiciis quibus ſuffragatur altera communis

Digitized by Google

negotiorum cameræ Appoſtolicæ genus eſſe priuatiuè commiſſum collectori de quo in reg. 4. cancellariæ, & Rota noua deciſione. 9. & 12. de off. deleg. nec alter etiam legatus de latere poteſt de aliqua Cameræ cauſa cognoſcere vt docuit Baldus in l. nec quidquam in primo ff. de off. Proconſulis receptus communiter ſecundum Veroium d. n. 5. Tiberium Decianum conſilio 16. n. 19.
34. volumine. 2. Surdum d. conſilio 66. n. 45. inde etiam Scholaſtica Vniuerſitatis iuriſdictio cæteris ſecularibus, & Eccleſiaſticis derogat, niſi Epiſcopali huius Eccleſiæ Salmantinæ quoad clericos Salmantinos, nam quoad eos cumulatiua eſt vt patet ex conſtitutione. 32. inde etiam quoad ca-
35. thedras, & lecturas datur priuatiua Rectori eadem conſtitutione, & con-
36. ſtitutione. 12. Inde etiam ſuper Hiſpanæ nobilitatis exemptione priuatiua conceditur nobilitatis cognitio præfectis. l. 1. cum ſequentibus tit. 11. libro. 2. compillationis.
37. Tertium feudi inter vaſſalos etiam clericos cognitio priuatiuè feudi domino conceditur in c. Imperialem §. propterea de prohibita feudi allienatione per Federicum in feudis. c. cæterum de iudiciis. c. ex tranſmiſſa. c. clerum de foro competenti.
38. Quartum ex l. in toto 80. ff. de regulis iuris. c. generi 34. eodem in 6. vbi Papinianus docens in toto iure generi per ſpeciem derogari non minus iuriſdictionem, quam alias iuris diſpoſitiones comprehendit, idémque Boniffacius ſequitur.

Quintum ex noſtro text. 6. ex c. paſtoralis 14. §. finali infra eodem 7. in d. c. ſtuduiſti de off. legati, cui ſatisfacere nec violenter poſſum, & ita ab Innoc. itaque ad Abb. & Barbaciam ibi omnes fatentur in iuriſdictionis conceſſione generi per ſpeciem derogari etiam in præiudicium legati de latere ita receptiſſimum eſt ſecundum Brunelum de poteſtate legati concluſione. 14. Gambara eodem tractatu libro 8. n. 100. Cucum libro 2. tit. 5. n. 148. & 158. fatetúrque Sardus ipſe contrariam defendens, in qua contrarietate tribus etiam propoſitionibus omnium opinionem difficultatem, iuriúmque interpretationem comprehendo. Prior eſt ex Principis, vel concedentis verbis, mente vel ratione reſpiciendum eſſe an ad augendam ordinarij iuriſdictionem noua concedatur, & tunc procul dubio cumulatiua erit iuxta communem priorem ex d. l. 1. & finali. Secunda eſt ſi ex eiſdẽ deprehẽditur nouam concedi vt ab ordinaria, & generali ſeparetur erit priuatiua. Tertia eſt ſi non apparuerit in dubio reſpiciendum eſſe an cõmittatur genus, an vna dumtaxat cauſa. Primo caſu intelligitur dare cumulatiuam non priuatiuam. Secundo autem caſu dari priuatiuam generalique derogare. de priori, & de ſecunda ſatis conſtat in Principis poteſtate eſſe iutiſdictionem pro arbitrio vel cumulatiuè vel priuatiuè concedere, d. l. cum Prætor d. §. latrunculator. d. l. 1. d. l. finali. d. c. per hoc c. ſtuduiſti. c. niſi ſpecialis, c. quod tranſlationem de off. legati. c. 1. eodem libro 6. Tertia vtroque eriã in caſu probatur. Primo ex d. l. 1. d. l. fin. d. c. per hoc. Secundo caſu ex d. reg. noſtro

text. & d. c. paſtoralis, apertè in d. c. ſtuduiſti. curſus quia indiuiduæ conceſſionis natura ita poſtulat d. l. hæres, 109. §. duæ ff. delegatis. Tertio l. 1. §. item ſi duæ ff. de auro & argento legato, indiuidua eſt quando vna dumtaxat cõmittitur cauſa ad ſimilitudinem indiuidui in legatis. de quo in præcedenti argumento. Ad quam interpretationem reducendæ ſunt contrariæ communes ſupra relatæ à Decio, Cannolo, Veroio, Deciano, Rolando, & Surdo vbi ſupra, latiſſimè à Menochio de præſumptionibus lib. 2. præſumptione 18. diſtinguente decem & nouem caſus in ordinaria, & delegata.

39. Ex qua vera traditione primo interpretandus eſt text. ex d. l. cum prætor in primo ex qua diximus quod ſicut iuriſdictione vni interdicta, aliis permitti intelligitur, ita vni conceſſa aliis interdicta intelligi debet, hoc enim veriſſimum eſt ſtante eadem ratione, quia ſi Princeps vni cauſam commiſerit ad aliorum iuriſdictionem pertinentem videtur eam a üs interdicere voluiſſe ita apud nos frequentiſſimè obſeruatur inter Regis Conſiliarios, & præfectos. ita agnouit gloſa in d. l. cum Prætor, Bar. Bal, Aluericus, Paulus n. 5. Iaſſon in l. 1. n. 32. C. de ſacroſanctis Eccleſiis, Decius conſilio. 99. Socinus conſilio 46. n. 10. volumine 4. Menoch. de arbitr. q. 37. n. 22. & d. præſumptione 18. Cæterum ſi genus cauſæ committeretur nec de contraria voluntate conſtaret intelligeretur cumulatiuè extra veriorem interpretationem.

Secundo interpretandus eſt text. in d. l. ſolemus §. latrunculator vbi ſimili argumento probamus de re criminali ciuiles iudices cognoſcere non poſſe. inde latrunculator de re pecuniaria cognoſcere non poteſt niſi incidenter ex l. quoties C. de iudiciis c. de prudentia, de donationibus inter, vel ex prorogatione ex l. 1. ff. de iudiciis, l. ſi conuenerit ff. de iuriſdict. & communi in c. de cauſis, vbi latè dixi de off. deleg. ita probant Bar. Baldus, Aluericus, Angelus, & Paulus in d. §. latrunculator, Decius n. 5. Cannolus n. 8. in l. non debet. 21. ff. de regulis iuris rationem allegantes, à Baldo, & Franco in c. cui licet 53. de regulis iuris in 6. vbi Pequius ad ſecundam rationem dubitandi, cruciantur enim qua ratione generalis cum ſit iuriſdictio priuatiua reputetur, nonconſiderantes inter ſe Principis voluntate iuriſdictionem diuiſſam eſſe, & priuatiuam cum ordinario tamen eſſe cumulatiuam, ita inter Curiæ præfectos, alij rei pecuniariæ, alij criminali præficiuntur inter ſe. Priuatiua & ſeparata iuriſdictio eſt conceſſionis ratione ita poſtulante, quo ad ordinarium tamen, quem correctorem, ſeu prætorem vocamus: Cumulatiua eſt ita intelligendus ille textus & apud nos tit. 9. 6. & 7. libro 2. compillationis.

Tertio inde interpretanda eſt d. l. in toto iure, & c. generi etiam vt iuriſdictionem comprehendat in caſibus ſupra explicatis.

Quarto inde non eſſe accipiendam communem traditionem negantem in iuriſdictionalibus dictam regulam obtinere, vt referunt Decius & Cannolus in d. l. in toto iure, Surdus. d.

Digitized by Google

n. 19. ante eos Baldus in l. vnica §. vbi autem n. 9. C. de caducis toll. Menochius d. præſumptione. 18. n. 30. ſequens Matthæum de afflictis deciſione 41. quia contrarium veriſſimum eſt ex d. c. ſtuduiſti, noſtro text. & ſupra relatis, & Afflictis etiam d. deciſione refert pronuntiatum fuiſſe eſſe priuatiuam & generi derogare iuriſdictionem de qua agebatur.

Quintum inde plana eſt interpretatio dictæ legis primæ C de off. præfecti, vrbi, de qua omnes diſputant quia committitur ibi genus, ſcilicet vt cognoſceret de annona, vnde iuxta ſuperiorem interpretationem intelligitur Cumulatiua, conſtat ex ſecundo illius legis reſponſo, conueniúntque magis ſupra relati in poſteriori communi, ita refellitur Angeli, & ſequacium interpretatio eſſe priuatiuam niſi exprimeretur Principis voluntas.

Sexto interpretandus eſt text. in d. l. fin. C. de iuriſdictione vbi iuriſdictio collegio, vel officio data cumulatiua eſt, quia genus continet, ita intelligendus etiam textus in l. ne quidquam. 9. in primo 2. reſponſo ff. de off. proconſulis, in l. 1. & 2. C. ſi aduerſus fiſcum. nec repugnat in aliquibus cauſis æqualem habere iuriſdictionem inferiorem, & ſuperiorem. vt in d. l. nec quidquam, & in d. l. fin. adeo quod poteſt dari præuentio inter ordinarium, & proconſulem. in d. l. ne quidquam inter ordinarium, & officij præfectum in d. l. finali, apud nos inter ordinarium, & curiæ vel cancellariæ præfectum præuenientéque ordinario ab ipſo iam pronuntiante ad proconſulem appellare, vel ad præfectum vt in criminalibus probat l. 14. tit. 6. lib. 2. compillationis ita intelligendæ ſunt illæ leges.

Septimo interpretandus eſt text. in d. c. imperialem vbi quamuis genus in feudi cognitione contineatur datur ſpecialis & priuatiua quia ratio ita poſtulat, in feudo enim contrahitur inter dominum, & Vaſſalum, quorum leges, & conditiones melius agnoſcere dominum lex præſumit, qua ratione, & aliis in d. c. imperialem expreſſis, priuatiua inſtituitur iuriſdictio clericos etiam comprehendens legis Pontificiæ authoritate d. c. cæterum cum aliis ſupra. ita etiam interpretandus eſt text. in l. ex eo C. de agentibus in rebus lib. 12. vbi genus priuatiuè conceditur ſpeciali ratione, ita etiam obſeruatur in iuriſdictione ſcholaſtica per rationes authenticæ habita C. ne filius pro patre, & relatas in noſtra conſtitutione. 32. & 22. quas non conſiderauit gloſa, verbo pertinet in d. l. finali.

Octauo interpretandus eſt noſter text. & in d. c. paſtoralis vbi apertè communem regulam obtinere inſtitutum eſt.

Nono interpretandus eſt text. in d. c. ſtuduiſti communem regulam amplians in iuriſdictionis conceſſione, improbata tamẽ Cagnoli, & Barbaciæ, & Veroij interpretatione illum text. intelligi etiam ſi committeretur genus cauſæ quia falſum eſt ex ſuperioribus.

Decimo inde interpretandus eſt 40.
text. in d. c. per hoc 17. de hæreticis in 6. vbi iuriſdictio inquiſitoribus

ribus

Digitized by Google

ribus conceſſa cumulatiua eſt, quod fauore fidei inſtitutum eſſe plures putant, vt admittit Brunelus concluſione. 14. nec reiicit Menoch. d. præſumptione 18. Sed apertè conuincitur, quia quod fidei fauore ſingulariter ibi proditum eſt in eo conſiſtit quod Epiſcopus, & inquiſitores cumulatiuam habentes iuriſdictionem, & ſic regulariter præuentionem poſſunt vtique in cauſis fidei coniunctim, & ſeparatè cognoſcere ad veritatis indagationem, vt ex littera conſtat, & communiter ibi accipitur & in d. c. ſtuduiſti, & cap. cum parati de appell. à Brunelo ſupra. Simancas in Catholicis inſtitutionibus tit. 46. n. 64. eſſe autem cumulatiuam ex eo fit quod inquiſitoribus non ſpecialiter ſed generaliter conceditur ex eodem text. conſtat, ibi (generaliter) vbi gloſa, & communis ibi, & in d. c. ſtuduiſti, Brunelo, Gambaza, Cuco vbi ſupra reiecta interpretatione Barbaciæ in d. c. ſtuduiſti reliquum eſt diuerſa ratione quod de Camera Appoſtolica diximus accipiendum,
41. cuius negotia generaliter collectori commiſſi ſunt ita tamen priuatiuè vt nec legatis etiam de latere de illis cognoſcere poſſit ſecundum relatos & Menochium d. præſumptione. 18. n. 12. cuius rationem inquirit Surdus concilio. 56. n. 45. concludens eſſe propter cauſæ fauorem, ſed refellitur quia ſecundum communiores vbi ſupra traditione in cauſæ fauorem intelligitur cumulatiuè in d. l. 1. d. l. fin. d. c. per hoc cum aliis. quare veriorem eſſe rationem puto Cameræ negotia iure ſuo ad ſedis Appoſtolicæ cognitionem pertinere arg. c. cum veniſſent de iudiciis. c. 51. diligenti de præſcriptionibus. & inde in illis negotiis interpretandum eſt Tridentini decretum ſeſſ. 24. c. 20. docens 42.
primæ inſtantiæ cauſas ad ordinarios ita pertinere, vt nec à legatis etiam de latere impediri poſſint niſi duobus in caſibus. altero ſi Pontifex propria ſubſcripſerit manu. altero ſi negotia iure ſuo ad ſedem Appoſtolicam pertineant, huiuſmodi ſunt, quæ ad Cameram Appoſtolicam ſpectant eadémque ratione eadem negotia collectori nominatim, & ſpecialiter delegantur, priuatiuè etiam quoad legatos de latere ita memoriæ mandandum eſt ſoluitúrque argumentum, & text.

SEQVITVR TEXTVS IN C. EX PARTE II. ISTO TITVLO.

Summarium huius capituli ſecundi.

1. *Clauſula ſi preces veritate nitantur ſemper ſubintelligitur in reſcriptis & ratio quare.*

2. *Reſcriptum cauſæ, cognitionem tollens falſitate ſuſpicione notatur, & ratio quare.*
3. *Declaratur l. fin. C. de diuerſis reſcriptis, an neceſſario ſit exprimenda in reſcripto clauſula, ſi preces veritate nitantur, & cap. dicenti §. vniuerſa 25. q. 2. vbi ponuntur quatuor opiniones, & ſequitur author quartam.*
4. *An hæc clauſula ſi preces veritate nitantur obtineat in reſcripto motu proprio, & ex certa ſcientia, ita quod etiam ſi non opponatur ſubintellecta iudicetur, & reſpondetur affirmatiuè attendendo noſtrum textum.*
5. *An reſcriptum tollens cauſæ cognitionem ſit de falſitate ſuſpectum & de intellectu. c. quoniam de filiis presb.*
6. *Licet periurium inducat beneficij priuationem, ante ſententiam tamen bene poteſt renuntiari beneficium.*
7. *Renuntiatione proprietatis & poſſeſſio amittitur.*

SVMMA HVIVS CAP.

CLAVSVLA ſi preces veritate nitantur ſubintelligitur in reſcriptis Apoſtolicis, quibus ſi cauſæ cognitio tollitur de falſitate ſuſpecta ſunt.

Pro ratione dubitandi primo ſic argumentor. In reſcriptis clauſula ſi preces veritate nitantur nominatim exprimenda eſt. l. fin. C. de diuerſis reſcriptis. c. dicenti §. vniuerſa 25. q. 2. alias reſcripta nulla ſunt, l. & ſi legibus. C. ſi contra ius vel vti. pub. d. c. docenti §. & ſi legibus, ergo non ſemper ſubintelligitur.

Secundo, reſcriptum abſque falſitatis vitio cauſæ cognitionem remouere poteſt &c. c. quoniam de filiis presb. vbi nec in iudicium admittere, nec teſtes recipere permiſſum eſt. ergo contra textum noſtrum.

Tertio, clericum de periurio conuictum eſſe, & beneficio renuntiaſſe vt priuetur neceſſe eſt ex noſtri textus littera, ſed alterum ſuffici patet periurium priuatione dignum eſt. c. cum non ab homine, de iudiciis. c. querelam de iure do renuntiatione beneficium amittitur. c. quam periculoſum 7. q. 1. c. ex tranſmiſſa. c. admonet de renuntiatione c. accepta de reſtitutione ſpol. ergo non rectè vtrumque ſimul requiritur.

Quibus non obſtantibus contra- 1.
rium ab Alex. 3. reſponſum eſt inprimiſque conſtituo tria in præſenti fuiſſe reſcripta. Prius quo Philippus priuatur. Secundum quo ſe iniuſtè ſpoliatum & abſque cauſæ cognitione reſtituendum fore ipſe prætendit. Poſterius, quo vtriuſque iuſtitia diffi-

Digitized by Google

nitur, rurſus illud ſecundum dupplici laborare vitio ſubrectionis, & ſuſpicionis, vtriuſque ratio inquiritur.

Prioris itaque ratio eſt reſcriptum, quo Philippus ſe iniuſtè ſpoliatum dicit cum legitimè fuerit priuatus ſubrecticiũ, eſſe quia in Appoſtolicis reſcriptis clauſula, ſi preces veritate nitantur perpetua eſt ſi quidem aut exprimitur, aut ſubintelligitur, cuius rationis ratio eſt quia à petitionis, & ſupplicationis forma, & cauſa reſcripta conceſſionem, effectum, & impetrationem habent l. præſcriptione, l. & ſi legibus. C. ſi contra ius, veluti l. pub. l. fin. C. de diuerſis reſ. c. dicenti. §. præſcriptione & §. & ſi legibus. §. vniuerſa. 25. q. 2. c. ſedes. 15. c. ſuper litteris 20. iſto tit. c. inter dilectos. §. cæterum, ibi quamuis ex petitionis forma de fide inſtrumentorum, c. quia circa, de conſanguinitate & affinitate. qua ratione Philippus preces exprimens mendaces per ſubrectionem reſcriptum impetrauit, & cum veritate non nitantur quod ſemper cenſetur repetitum priuatur impetratis. d. c. ſedes. d. c. ſuper litteris, ita interpretandus eſt noſter cum proximè relatis ita accipienda eſt communis gloſæ, verbo, conditio, Innoc. Hoſtienſis, Ioannes Andreas, & omnium ſecundum Abb. n. 3. Felinum. 6. Decium. 5. Ripam. 26. Mantuam. 9. hic. Veroium. 34. in d. c. ſuper litteris, Rebuſum in praxi. tit. de differentiis gratiæ, & iuſtitiæ. num. 55. Rolandum conſilio. 7. num. 110. volumine. 3. deciſionem Pedemontanam. 23. n. 44. Æmilium deciſione Rotæ. 128. n. 2, p 1. Vnde primo ita interpretanda ſunt iura in d. l. præſcriptionem, d. l. & ſi legibus, d. l. finali d. c. dicenti. 2. inde confecta eſt cancellariæ regula. 59. 3. inde reſcripta in dubiis iuxta ſupplicationis formam, & ſecundum porrectas preces interpretationem accipiunt vt ex noſtro text. & dictis iuribus ad praxim applicant Surdus conſilio 49. n. 24. Menoch. de præſumpt. lib. 2. præſumptione. 29. vt infra ad 1. argumentum dicemus.

Poſterioris vitij ratio eſt reſcriptum cauſæ cognitionem excludens falſitatis ſuſpicione notari, qui cauſæ cognitionem tollere inſolitum eſt maximè in Pontifice, qui ſummus iuſtitiæ cultor eſſe debet, inſolitam autem clauſulam fraudis argumentum falſitate ſuſpectum comprehendere certum eſt ex l. vniuerſa. l. quoties. C. de precibus Imp. off. l. conſtitutionibus ff. ad municipales in fine hic, nec in futurum à forma ſemper obſeruata diſcedatur. c. c. in memoriam. 19. d. c. cauſam. 19. in fine de teſtibus. c. quam graui de crimine falſi, gloſa fin. & communis ſecundum ſuperiores. Abb. n. 4. Felinum. 16. Decium. 6. Ripam. 31. Mantuam. 16. ibi hic. Menoch. conſilio. 1. num. 388. volum. 1. Burſatum conſilio. 66. tomo. 1. Tiberium Decianum conſilio. 99. n. 14. volumine 3. varios intellectus ad iura aſſignantes. ex quibus noſter textus celebris eſt ad hoc quod iure magis conſentaneum eſt reſcriptum falſitatis ſuſpicione argui, quam præſumere cauſæ cognitionem à Pontifice tolli vel alicui iniuriam irrogari, vt ex multis nouiſſimè probat Menochius d. lib. 2. præſumptione 9. quare reſcriptum in præſenti à Philippo 2.

Digitized by Google

impetratum vt præbenda illi ſine cauſæ cognitione reſtitueretur de falſitate ſuſpectum eſt ac proinde tertio reſcripto conſtituit Alexander 3. ſententiam ab Epiſcopo prioris reſcripti virtute pronuntiatam ab Archiepiſcopo confirmandam eſſe non obſtante ſecundo reſcripto, & ſubrećtitio, & falſitatis ſuſpecto quinimo Philippum cum ipſo reſcripto ad ſedem Apoſtolicam remittẽdum eſſe.

3. Nonobſtant in contrarium adducta pro ratione dubitandi, primum quoniam quatuor ſunt opiniones, prior quia text. in d. l. fin. C. de diuerſis reſcriptis, ibi proferri & in d. c. dicenti. §. vniuerſa. 25. q. 2. intelligi expreſsè, vel tacitè vt hic, & ita conueniunt omnes iſti text. ſic antiquioribus placuerat, & nouiſſimi recipiunt, ſed litteræ magna irrogatur violentia. ideo.

Secunda eſt verbum, proferri, intelligi expreſsè & ita præſcriptum eſſe ibi à Zenone formam à qua re cedere non licet iure ciuili, iure autem Pontificio noſtrum textum obtinere ſic gloſa verbo, quæſtio in d. l. fin. verbo conditio hic.

Sed Tertia huic detrahit ſcilicet nec iure Pontificio noſtrum textum obtinere, imo iam ſublatum eſſe, ex c. ſuper litteris. 20. infra iſto tit. gloſa in d. c. dicenti §. & ſi legibus, verſiculo conſentaneum, ſed improbatur à Ripa in præſenti n. 27. conuincitur ex d. regula. 59. Cancellariæ, & Rotæ deciſione. 128. Pauli Æmilij prima parte.

Quarta eſt vtroque iure noſtrum textum obtinere vt ſtatim probabimus. Secunda communior eſt iure ciuili exprimendam eſſe, iure Pontificio cenſeri repetitam cum gloſa in d. l. finali, & communi Bart. Alnerici, Saliceti num. 3. Iaſonis. 2. Meneſij. 2. in d. l. finali, & gloſa verbo, conditio, in præſenti, & communi Innocentij, Immolæ n. 4. Abbatis 3. Felini. 6. Decij. 5. Mantuæ. 9.

Nec obſtat d. l. fin. probatam eſſe in d. c. dicenti §. vniuerſa quoniam verius eſt non probari ſed tranſcribi à Gratiano, cui nunquam fuit data poteſtas vt probant ſupra relati.

Vnde ſtricta iuris diſputatione communior, & verior eſt, moribus tamen & conſuetudine. Quarta frequentior, & verior eſt, vnde noſter textus etiam in foro ſeculari obſeruatur vt probant Aluericus, Salicetus, Iaſſon, & Meneſius ſupra, docuerátque Bartolus in l. à Diuo Pio in principio ff. de re iudicata receptus ſecundum Decium, & Rebuſum ſupra.

Ex quibus maior eſt difficultas an hæc noſtri text. interpretatio obtineat etiam in reſcriptis, quibus eſt clauſula motu proprio ex certa ſcientia de plenitudine poteſtatis, veriúſque non obtinere quoniam ex ipſis omnem etiam ſubrećtionis defectum tolli argumento text. in l. 1. C. de pet. bonorum ſublatis lib. 10. c. paſtoralis 28. §. præterea vbi gloſa & communis de officio delegati, c. 1. & 2. c. venerabilis de firmatione vtili, vel inutili c. ſi motu proprio. 23. c. ſi pluribus. 24. de præb. libro 6. c. 51. Romanus de præbendis. inde ſi Princeps aliquid indigno ſcienter concedit cum eo diſpenſare cenſetur l. quidam conſulebant 57. ff. de re iudicata. l. 2. C. de crimine ſacrilegij, vbi gloſa & 4.

communis. Caſadorus deciſione. 3. de penſionibus num. 4. Burſatus conſilio 139. num. 91. tomo. 2. habéntque illæ clauſulę plures effectus congeſtos à Rebuſo in concordatis tit. de forma mandati verſ. motu proprio, & in praxi. c. de forma clauſularum. Stahleus de litteris gratiæ, titulo de vi, & effectu clauſularum, latiſſimè Gabriel libro. 6. tit. de clauſulis concluſione. 1. & 2. inde noſtrum text. ex illis clauſulis limitari probat Abbas num. 2. receptus ſecundum Mantuam num. 13. hic. contrarium tamē probatur, quia etſi motu proprio vtatur Pontifex poteſt tamen partis petitio, & ſupplicatio præcedere vt conſtat ex dictis iuribus imo præſumitur vt docuit Bar. in l. 3. in primo ff. quod quiſque iuris, vbi communis ſecundum Iaſſonem in primo Decium nu. 4. Menochium de præſumptionibus libro. 2. præſumptione 13. num. 1. Stotamem quod non præceſſerit tamen cauſa Principem mouens in petitionis locum ſuccedit, & ideo eodem iure comprehenditur quo ad noſtri textus clauſulam, rurſus nec omnem defectum ex prędictis clauſulis tolli probant eadem iura d. c. venerabilis cum aliis ſupra, gloſa verbo, validam in d. cl. ſi Romanus communis ibi ſecundum Rolandum conſilio. 7. num. 111. volumine. 1. Menochium conſilio, 103. nu. 81. volumine. 1. ex quibus textum noſtrum ampliari ad reſcripta, quæ illas clauſulas continent probāt Decius nu. 5. Ripa. 26. in præſenti, Menochius in d. l. fin. num. 3. in qua contrarietate poſterior opinio verior & frequentior eſt, quia potuit Princeps quem probabiliter ignorare defectum illa clauſula non tollit. Bal. ex dictis iuribus, & ad hoc laudatus in l. fin. C. ſententiam reſcindi non poſſe, prius tamen docuit gloſa verbo ex certa ſcientia §. præterea in d. c. paſtoralis, idcirco nec perſonæ inhabilitatem, nec diſpenſationem inducit. c. non poteſt. 21. & ſic eſt interpretandus verſiculus. fin. de præb. in 6. quē obtinere etiam ſi motu proprio concedatur communior eſt ſecundum referendos, eſt ad hoc gloſa verbo, validam, in d. clem. ſi Romanus cum aliis à Rebuſo, & Gabrieli ſupra, Mandoſſio in Cancellariæ regula. 76. quæſt. 5. & 7. eadémque ratione, quæ ſunt facti Princeps probabiliter præſumitur ignorare vt probant omnes & Decianus conſilio. 40. num. 89. volumine. 3. Veroius in c. ad aures. 39. infra, Puteus Rotæ deciſione. 70. lib. 3. nec tolli primam citationem, nec cauſæ cognitionem, vt ex noſtro text. & aliis probant Rebuſus, Gabriel ſupra Decianus conſilio 239. num. 31. volumine. 1. Menoch. d. præſumptione. 13. Vnde quamuis ex illis clauſulis tollatur ſubrectio, non tamen mendacium, vel falſitas ſi exprimantur ex. d. c. ſedes. 15. c. ſuper litteris. 20. vbi latiſſimè communis in præſenti, & ſecundum relatos, ex qua vera traditione noſter text. interpretandus eſt. diximus in ratione decidendi ſecundum reſcriptum duplici laborare vitio, altero mendacij, quod ex dictis clauſulis non tolli placuit Veroio, Tiberio & aliis, altero falſitatis ſuſpectæ propter inſolitam clauſulam cauſæ cognitionem tollentem, ſed cauſæ

Digitized by Google

cognitio ex aliis clauſulis non tollitur extra veriorem opinionem relatam à Gabriele, à Tiberio, & Menochio, ergo Iaſonis, Meneſij, Decij & Ripæ verior eſt interpretatio noſtrum text. hodie obtinere in foro etiam ſeculari non obſtantibus dictis clauſulis. ita ſoluitur primum.

5. Non obſtat ſecundum quia nego in d. c. quoniam cauſæ cognitionem tolli quinimo neceſſaria eſt quia ſicut in pœnis etiam ipſo iure illatis cauſæ cognitionem, & iudicis declarationem præcedere neceſſe eſt. l. eius qui delatorem 29. ff. de iure fiſci ibi, verum oportet prius conſtare, & de crimine pronuntiare c. licet epiſcopus, ibi (te non vocato) de præb. in 6. c. cum ſecundum leges de hæreticis libro. 6. ita in d. c. quoniam oportet iudicem prius declarare publicum, & manifeſtum eſſe filios parentum beneficia retinere. nec obſtat in iudicium non admitti, nec teſtes recipi, quia poſt iudicis declarationem executio impediri nõ poteſt, inde in praxi frequentiſſimum eſt ante reſcripti executionem aduerſarium non audiri, de quo meminit Menochius libro. 2. præſumptione. 9. num. 7. nec mirum eſt ex cauſa defenſionem reſtringi, vt reſolutum eſt in c. 1 ad 2. argumentum, ita intelligendus eſt text. in d. c. quoniam, at vero in præſenti de falſitate ſuſpectum eſt propter d. clauſulam inſolitam cauſæ cognitionem tollentem ex iuribus allegatis in ratione decidendi. l. ſi quis ſub conditione 7. ibi quia ad fraudem legum reſpicere ff. de conditionibus inſtitutionum vbi gloſa 1. & communis. c. venerabilis. c. ad noſtram. c. porrecta de confirmatione vtili, vel inutili. c. ſi quando infra iſto tit. vbi latius diſputabimus propter inſolitam clauſulam Pontificis mandato non obtemperare licitum ſit. ita ſoluitur.

Non obſtat tertium quia licet verilſſimum ſit periurium priuatione dignum eſſe d. c. cum non ab homine, d. c. querelam, non tamen ipſo iure ſed per ſententiam, & ideo antequam in rem iudicatam tranſierit poteſt beneficium ſecurè renuntiare, ita illa iura & alia interpretatur Innocentius in c. cum noſtris de conceſſione præbendæ receptus ibi & in d. c. querelam. c. cum non ab homine ſecundum Decium & Alciatũ num. 32. Nauarrum c. 25. num. 134. Coua. in c. quamuis pactum. 2. p. §. 7. & in Clementina ſi furioſus. 2. p. §. 3. deciſio Pedemontana. 66. Menoch. de arbitr. caſu. 319. ita frequentiſſimum eſt in praxi renuntiatione & proprietate, & poſſeſſione priuari certum eſt, d. c. ex tranſmiſſa, d. c. accepta cum allegatis à gloſa 1. hic, & communi ſtatim referenda, & Rebuſo in praxi c. de reſignatione. non tamen obſtat quia in præſenti non conſtituitur de periurio conuinci, & beneficium renuntiaſſe neceſſarium eſſe, ſed quod in facto contigerat inter Philippum & Gregorium refertur. Vnde nihil intereſt dictionem, &, regulariter coniungere, niſi ſubiectæ materiæ ratio aliud poſtulauerit vt gloſa 1. in præſenti, Innocentius, Bellamera, Baldus, Immola n. 9. Abb. 6. Felinus. 32. Decius 8. Ripa. 76. Mantua. 19. diſputant, abſoluitúrq; argumentũ, & text. 6.

Digitized by Google

SEQVITVR TEXTVS IN C. CÆTERVM. III. IN ORDINE. ISTO TITVLO.

Summarium huius capituli.

1. *Secundum reſcriptum non tollit primum de eo non faciens mentionem, & quare.*
2. *Secundum reſcriptum detrahit primo de eo faciens mentionem, & quare.*
3. *Secundum reſcriptum ad tollendum primum debet facere mentionem de omnibus, quæ ſunt deroganda in ſecundo & rationibus, quæ potuerunt mouere Romanum Pontificem.*
4. *Secundum reſcriptum faciens mentionem primi non præualet ſi primum fuit impetratum de communi conſenſu partium & numero ſequenti.*
5. *Ad publicam vtilitatem pertinet finem litibus imponere, partium expenſis, & moleſtiis conſulere.*
6. *Iudices communi conſenſu aſſignare ad publicam vtilitatem pertinet.*
7. *Poſterior diſpoſitio priori derogat, & quomodo in noſtro propoſito.*
8. *Primum teſtamentum poteſt valere quoad inſtitutionem, filios, quos mortuos putabat teſtator. 2. quoad legata.*
9. *Si Primum teſtamentum habeat clauſulam derogatoriam ſecundi, non præualet ſecundum non faciens mentionem primi.*
10. *Generali reſcripto derogat ſpeciale. c. 1. ſupra. numero. 25. cum ſequentibus.*
11. *Declaratur caput, Paſtoralis in principio infra quando deueniatur ad arbitros in reſcriptorum interpretatione.*
12. *Nihil eſt tam indubitabile, quod non recipiat calumnioſam dubitationem.*
13. *Iudices ex primo reſcripto cognoſcent, non expectato an ſit in ſecundo reſcripto facta mentio primi.*
14. *Declaratur caput ſecundum de off. delegati quid in concurſu reſcriptorum addendus ſit Pontifex ſummus.*
15. *An tempus datæ, aut præſentationis attendatur in reſcriptis diſputatur late.*

Digitized by Google

16. *Reſcriptum gratioſum ſubrecticium eſt ipſo iure nullum, an idem in contentioſo? reſpondet negatiuè cum fallentiis.*

SVMMA SEV CONCLVSIO.

PRIMVM reſcriptum ad lites valet, niſi in ſecundo illius mentio fiat, quod ſi fiat, valet ſecundum niſi primum communi conſenſu fuerit impetratum, & illius conſenſus in ſecundo mentio fiat.

Pro ratione dubitandi primo ſic argumentor. Poſteriori diſpoſitione priorem abrogari certum eſt. l. non eſt nouum 25. l. & ideo. l. nam & poſteriores ff. de legibus c. de cõſtitutionibus libro 6. §. poſteriore inſt. quibus modis teſtamenta infirmentur. c. vltima voluntas. 13. quæſt. 2. ergo & in reſcriptis idem obſeruandum eſſet.

Secundo ſic argumentor. cum reſcripta reſcriptis repugnant, non conſideratur temporis, ſed ſpecialitatis ratio c. paſtoralis 14. §. finali infra iſto tit. ergo & in præſenti temporis non erit habenda ratio.

Tertio ſic argumentor. in reſcriptorum differentia, ad arbitros deueniendum eſt. d. c. paſtoralis in principio, ergo arbitrorum iudicio in præſenti diffiniendum erat.

Quarto ſic argumentor. in reſcriptorum concurſu ſuperſedendum eſt vſque ad Pontificis conſultationem. c. 2. de off. delegati, ergo ſine Pontificis conſultatione nec primo, nec ſecundo ſtandum eſt.

Quinto, in diuerſis reſcriptis non conceſſionis, ſed præſentationis tempus conſideratur. c. capitulum. 30. iſto titulo c. vt debitus. 59. (ibi priuſquam litteræ fuerint præſentatæ de appellationibus) ergo idem in præſenti.

Sexto ſic argumentor. docet text. ſecundum reſcriptum prioris mentionem non faciens non roboris firmitatem habere, reſcriptum eſſe ipſo iure nullum, nec temporis curſu, nec aduerſarij facto confirmari argumento legis quod ab initio ff. de regulis iuris. c. non firmatur de regulis iuris, libro. 6. c. ad aures. 8. c. ſedes. 15. c. conſtitutus. 19. infra iſto titulo. Sed reſcriptum ſecundum, de priori mentionem non faciens, vel aduerſarij facto, vel temporis lapſu confirmari poteſt. c. ſi autem. 9. c. plerumque. 23. infra iſto tit. ergo habet roboris firmitatem.

Quibus non obſtantibus contrarium Alexander. 3. in præſenti reſpondet, cuius reſponſum, cum triplex ſit, triplici ratione conſiſtit, prior eſt valere primum non obſtante ſecundo illius mentionem non facientе, ratio eſt, quia in reſcriptorum tractatu neminem de principis poteſtate, ſed voluntate, & intentione dubitare perſpicuum eſt, & ſicut principalis poteſtatis natura liberalitatem, benignámque conceſſionem poſtulat l. beneficium ff. de conſtitutionibus Principum, l. quoties l. vniuerſa cum ſequentibus C. de precibus imp. offer. c. 1. cum ſequentibus 25. 1.

bus 25. quæſt. 2. ita ſupplicantis officium in petitione iuſta, & vera verſatur. l. fin. C. de precibus imp. offer. c. 2. ſupra iſto tit. cum allegatis ibidem idcirco reſcriptorum natura exigit Principi referenda eſſe omnia, quæ ad iuſtæ petitionis conceſſionem ſpectant vt diximus in c. 2. Quare ſi impetrans veritatem ſuppreſſit, vel falſitatem expreſſit non ſolum impetratis carere debet l. præſcriptione C. ſi contra ius. c. ſedes cum aliis infra ſed etiam grauiter puniri?ſic ratio poſtulat l. & ſi legibus. C. ſi contra ius. c. dicenti §. præſcriptione, §. etſi legibus. 25. quæſt. 2. c. 2. ſupra. eadémque ratione primum reſcriptum ſecundo non obſtante valere Alexander 3. hic reſpondet quia ex primo de Pontificis voluntate cum apertè cõſtiterit reiicitur ſecundum quia illud impetrans Pontifici non retulit omnia ad iuſtam ſecundi reſcripti pertinentia. ita interpretãdus eſt noſter text. reſponſo. 1. & in d. c. ſi autem, c. plerumque. c. ex litteris. 29. c. coram 34. de off. delegati c. audita de reſtitutione ſpol. c. 2. de dolo, & contumacia. c. 2. de re iudicata. d. c. vt debitus, gloſa, & communis infra referenda, cui & alia ratio conſequẽs eſt iudicibus in primo reſcripto deſignatis iuriſdictionem competere. c. paſtoralis. 14. §. fin. iſto tit. c. 1. c. de cauſis 4. c. præterea. c. ex litteris. 29. de off. delegati .c. quamuis eodẽ in 6. iudicibus. itaque iniuria irrogaretur argumento. l. litigatores. 11. ff. de receptis arbitris ſi abſque contraria Põtificis volũtate iuriſdictio ab illis abdicantur.'ac proinde Pontificem vera narratione certiorem facere neceſſe eſt vt citra iniuriam ratione ita poſtulante aliis cauſa committatur iudicibus. ita interpretamur illa iura gloſam, & communem traditionem infra referendam.

Secundum reſponſum eſt primo reſcripto detrahere ſecundum illius mẽtionem faciens, decidendi ratio deſignatur ab Alexandro verſ. ſi vero, quia impetratur non tacita veritate, quæ ratio ita accipienda eſt iam facta prioris mentione. conſtat de Pontificis voluntate quia ex vtraque parte viri, & rationi ſatisfactum eſt, ex ſupplicantis parte omnia ad iuſtam ſecundi conceſſionem neceſſaria exprimendo, ex Pontificis parte de omnibus conſultus faciliori cauſæ expeditioni conſulens, eaq; ratione priori ſecundum detrahit, hæc eſt vera noſtri text. interpretatio, & d. c. quoniam, & d. c. inter monaſterium cum aliis ſupra. 2.

Ex qua vera traditione ſatis apparet non ſufficere generalem primi reſcripti mentionem facere, ſed etiam totius ſubſtantiæ, & clauſulæ neceſſariæ, vel ſingularis admouendum Pontificis animum ſufficientis, ita enim vocamus primi mentionem facere non ſimpliciter ſed legitimam & neceſſariam, d. c. coram, d. c. inter monaſterium text. elegans in præſenti verſ. verum, vbi ſi primum reſcriptum communi fuerit impetratum conſenſu, non ſufficit in ſecundo generalem primi mentionem facere quia communi conſenſu impetratum fuiſſe narrare neceſſe eſt. ita accipienda eſt communis in illis iuribus & in præſenti, gloſa verbo, commiſſione, communis ſecundum 3.

Innocentium Hoſtienſem in principio, Ioannem Andream num. 4. Bellameram, Baldum, & Antonium n. 1. Abbatem in principio, Felinum, & Decium num. 2. in præſenti, eoſdem in c. 1. ſupra vbi Ripam, Mantuam, & Veroium, eoſdem in c. ad aures, latiſſimè in c. ſuper litteris infra, Rebuſus in commentariis tomo. 2. tit. de reſcriptis num. 90. Menoch. de arbitrariis caſu. 202. an. 62. Puteus deciſione Rotæ. 379. lib. 2. Federicus Scotus conſilio 18. in principio, libro. 3. tomo. 2. ita interpretantur noſtrum text. & in d. c. ex litteris cum aliis ſupra, Felinus num. 4. Decius. 3. in præſenti, Rebuſus, & Menoch. num. 69. quatuor ampliationes, & ſex declarationes referens. Cucus libro. 1. tit. 4. num 167. Ter-
4. tium reſponſum eſt ſecundum reſcriptum prioris mentionem faciens illi non derogare, ſi communi conſenſu impetratum fuerat, illiuſque conſenſus mentio non fit. ratio eſt quia diximus referenda eſſe omnia quæ ad iuſtam ſecundam reſcriptionem pertinent, ſed communi conſenſu impetratum fuiſſe eſt clauſula ſubſtantialis, & idcirco nominatim exprimi oportet, ſubſtantialem eſſe probo litibus finem imponere par-
5. tium expenſis, & moleſtiis conſulere ad publicam vtilitatem pertinet l. properandum C. de iudiciis. c. finem litibus de dolo & contumacia,
6. c. 2. de cauſſa poſſeſſionis, Triden. ſſ. 24. c. 20. ac proinde iudices communi conſenſu aſſignare ad publicam vtilitatem ſpectat & inde ſi cōmodè fieri poteſt Ita fieri vtiliſſimum foret ex dictis iuribus & text. ita interpretando in l. obſeruandum. 47. ff. de iudiciis. c. ſi quis contra clericum de foro comp. ita recuſationes, & declinatoriæ plerumque excuſarentur ita contigit in. c. 1. de iudiciis. ita apud nos in cauſis arduis plerumque obſeruatur. in Romana autem curia frequentius & apud nuncios Appoſtolicos frequentiſſimè reliquũ eſt. itaque ſi communi conſenſu fuerit impetratum non abrogari ex ſecundo generaliter illius mentionem faciente niſi illius conſenſus relationem fecerit, ita interpretandus eſt noſter text. verſ. fin. cum d. glo. verbo, commiſſione, & iuribus ſupra allegatis, & communi ſupra reſoluta.

Nec obſtant in contrarium adducta pro ratione dubitandi primum poſteriori diſpoſitione priorem abrogari etiam non facta illius mentione vt in legibus, & teſtamentis probatum eſt, quia argumentum hoc, longiori indiget diſputatione, reſpondeo tamen, Veriſſimum eſſe non tamen obſtare quia poſteriori diſpoſitione ſi legitima eſt tollitur etiam primum reſcriptum ſicut in legibus & teſtamentis, idcirco lege poſteriori prior abrogatur quando generalis fuerat ſine alia mentione, quia leges & iura Princeps ſcire præſumitur eadémque ratione ſpeciales, & ſingulares ſcire non præſumitur, ac proinde abſque illarum mentione non cenſentur derogatæ vt prudentiſſimè docuit Bonifacius in d. c. 1. de conſtitutionibus libro. 6. c. alma mater de ſententia excommunicat. lib. 6. cl. dudum §. fin. de ſepulturis cum eleganti interpretatione Aretini in c. 1. num. 18. ſupra iſto tit. idem in teſta-

Digitized by Google

mentis obſeruatur prius ſoluitur po-
ſteriori legitimo non alias. l. hæres.
21. §. ſi quid poſt. vbi Bar. num. 3. ff.
de teſtamentis, l. militis. 36. §. vete-
ranus ff. de teſtamento militis. l. ſi
quis in prio. 22. ff. de leg. 3. §. ex eo
8. inſt. quibus modis teſtam. infirmen-
tur. qua ratione poteſt prius teſtamẽ-
tum valere quo ad hæredes ibi inſti-
tutos quos teſtator mortuos putabat
cum eſſent viui, ſecundum autem
teſtamentum valere quoad legata ex
diſpoſitione l. vltimæ ff. de hæred. in-
ſtituendis l. 21. tit. 1. p. 6. iuncta l. 1.
tit. 4. lib. 5. compillat. Bar. & com-
munis relata à Coua. 2. p. rub. de te-
ſtamentis num. 21. Gregorium Lo-
9. pezin d. l. 21. gloſa 1. Matienzo in d.
l. 1. gloſa. 9. num. 4. inde ſi in priori
teſtamento eſt clauſula ſpecialis &
derogatoria ſecundi non tollitur po-
ſteriori illius mentionem non faciẽ-
te d. l. ſi quis in primo teſtamenti vbi
Bar. & communis latiſſimè diſputa-
ta vt refert Coua. vbi ſupra num. 19.
l. 22. tit. 1. ibi à Gregorio Lopezin.
Antonio Gomez in l. 3. Tauri num.
92. ibi Burgos de Paz num. 184. eo-
dem itaque iure poſteriori reſcripto
ſi legitimum ſit tollitur prius legiti-
mum accipimus, quo prioris neceſ-
ſaria relatio fit neceſſaria eſt genera-
lis, quoad generale, ſpecialis quoad
ſpeciale. d. c. coram. d. c. inter mo-
naſterium ex noſtro textu ita, elegan-
ter interpretando iuxta communem
in ratione decidendi reſolutam. ita
ſoluitur primum.

10. Nec obſtat ſecundum quia veriſſi-
mum eſt quando conſtat reſcriptum
eſſe ſpeciale, alterum generale, gene-
rali derogare ſpeciale ſiue præcedat,
ſiue ſequatur c. 1. ſupra vbi diximus.
c. paſtoralis §. finali infra vbi propriè
repetendum. eſt ita ſoluitur ſecun-
dum.

Nec obſtat. Tertio ex d. c. paſtoralis 11.
quia procedit quãdo quæſt. eſt, & du-
bitatio quod ex reſcriptis præualeat,
noſter vero textus quando nulla eſt
dubitatio quia manifeſtè cognoſci-
tur ex ſerie reſcriptorum quod ex eis
præualeat, vt quia in ſecundo mentio
eſt facta primi, vel è conuerſo vt
in noſtro text. ita Innocentius in prę-
ſenti num. 2. verſ. & ſi dubiteris, In-
nocentius Abb. Immola. Felinus, &
alij communiter iuncta gloſa. 1. in d.
c. paſtoralis, tamen hæc dubitatio
debet eſſe legitima & probabilis vt
compellat iudices tam ex primo quã
ex ſecundo reſcripto formam textus
in d. c. paſtoralis expectare alias, dubi-
tatio calumnioſa non impediet quin
iudices legitima valeat in cauſa pro-
cedere vt hic Decius, & in d. c. pa-
ſtoralis num. 19. c. cum contingat 24.
infra l. 3. §. cauſæ ff. de carboniano
edicto, auth de tabellionibus §. 1. in
fine, nihil enim tam indubitabile
eſt quod non recipiat calumnioſam, 12.
& ſolicitam dubitationem, cognoſci-
túrque ex d. c. paſtoralis, verbo ambi-
gitur, cum ambiguum dicatur in
quo eſt fluctus opinionum, Rebu-
fus in l. hominis appellatione 152. in
fine de verborum ſign. & conſtat in
iis, quæ extant de verborum ſign.
Marci Verrij ex Sexti Pompei ver-
bo, ambiguum, inquit enim ambi-
guum eſſe, quod in ambas agi partes
poteſt.

Vnde infertur quod iudices ex pri- 13.
mo reſcripto valebunt in cauſa pro-

Digitized by Google

cedere, nec tenebuntur formam text. in d. c. paſtoralis expectare, ſi in ſecundo reſcripto non eſt facta mentio primi non obſtante contradictione iudicum ex ſecundo reſcripto, non enim negatio ſola non fundata reddit rem dubiam vt tradit Decius in d. c. paſtoralis nu. 19. Fulgoſius Paulus de Caſtro, & alij ſic intelligentes textum in l. & poſt rem iudicatam ff. de tranſactionibus 11. nec obſtat traditio Menochij de retinenda remedio. 3. num. 469. quia loquitur in aliis terminis. nec obſtat quod ſecundum prædicta nunquam dabitur dubitatio legitima, vt ſeruanda veniat forma textus in d. c. paſtoralis, quia in ſecundo reſcripto facta eſt mentio primi, & præualet ſecundum, aut non eſt facta mentio primi & præualet primum vt in noſtro text. quia reſpondendum eſt non ſemper eſſe verum non facta mentione primi, non valere ſecundum, vel facta valere ſecundum, gloſa. 1. in d. c. paſtoralis, Abb. Immola, Decius & alia ibi vt in eo text. magis in ſpecie tractabitur, ſoluitúrque tertium.

14. Nec obſtat 4. ex c. 2. de off. delegati in cuius ſolutione laborant interpretes vt conſtat ex gloſa in d. c. 2. quæ duos conſtituit intellectus ex Abbate, Immola, & aliis qui ibi alios aſſignant intellectus, tamen receptior conciliatio eſt, & communiter recepta vt conſtat ex Abbate, Felino, Decio, & alijs ibi, quam ſequuntur gloſæ vt ex gloſa 1. in c. ex tenore infra, & gloſa in d. c. 2. ſupra, vt noſter textus procedat quoties reſcripta differunt in data ſcilicet quia vnum prius & alterum poſterius, cum prioritas non ſolum diei ſed horæ, & momenti in data ſufficiat, vt vnum aliis præferatur. Menoch. de arb. caſu 84. Tiraquellus de primogeniis q. 2. Paulus Æmilius 2. p. deciſione 48. & 52. & aliis, gloſa in c. duobus pen. verbo non appareat de reſcriptis libro. 6. gloſa. in c. ſi eo tempore verbo, iam de electione in 6. at vero textu in d. c. 2. quando reſcripta ſunt eiuſdem datæ vt non conſtet de prioritate ad eoſdem iudices ſub contraria forma impetratæ, tunc enim venit Conſulendus Pontifex quia non valet cognoſci quod nam ex reſcriptis prius fuerit impetratum, húncque intellectum ſequuntur dd. non obſtante littera text. in verſ. & aliæ poſtea & in priorum litterarum, quæ licet prioritatem in reſcriptis impetratis demonſtrant, non tamen ſunt intelligenda de prioritate circa impetrationem ſed de prioritate circa præſentationem, quia vnum fuit prius præſentatum, & aliud poſtea, tamen Decius in d. c. 2. num. finali exiſtimat intellectum ſupradictum non poſſe defendi quia licet verba ſupradicta recipiant interpretationem ſupradictam, verba tamen illa non facta mentione priorum litterarum, non valent tergiuerſari, qualiter enim mentio fieri poterat reſcripti quod non ſtabat, fruſtra enim conſtituit mentionem factam non fuiſſe cum non potuerit fieri cum fuerint eiuſdem datæ, vnde Decius in d. c. 2. alium ſequitur intellectum, tamen defendendo exiſtimo communem, non enim repugnant reſcripta apparere eiuſdem. datæ, quia diei, non autem horæ mentio facta fuerit in

data.diuerſo vero eſſe imperrationis vt tradit Immola in d. c. 2. n. 4. vnde potuit eſſe quod reſcriptum licet eiuſdem datæ faceret mentionem de alio quia prius fuiſſet impetratum, & ſic faciens mentionem tamquam ſecundum reſcriptum & poſterius prænalere debebat licet appareret eiuſdem datæ vt in ſimilibus caſibus tradit Meno. de arb. caſu 48. an. 21. nec obſtat verbum, priorum, quia priores appellat non quia priores appareant, ſed quia in rei veritate erant priores, vt ex conſultatione Pontificis poſſet cognoſci, aliquid enim in iure appellatur aliquando tale licet nec ſit tale, nec appareat tempore in quo ſit denominatum, ſi tamen tempore præterito, vel in rei veritate ſit tale argumento text. in l. inſula. 56. in fi. ff. de acquirendo rerum dominio, & gloſæ verbo defuncti in l. eius qui in prouincia, & ibi Iaſſon num. fin. ff. de rebus creditis, vel ex futuro tempore argumento legis cum pater. 30. de negotiis geſtis l. ſi nemo la. 2. §. finali. de teſtamentaria tutela, Pinelus in rub. C. de bonis maternis. 2. p. num. 37. ſicque non obſtant collectio Antonij Aug. collectione 1. c. 3. & originale relatum 3. tomo Conciliorum tit. de iudicibus ſub Alexandro. c. 3. quia ex ſupradictis ſatis ſit, & diuinatione caret intellectus communis quia generalitas litteræ id patitur Bar. in l. in ambiguo ff. de rebus dubiis. maximè cum textus in d. c. 2. ſit Alexandri. 3. Cuius eſt noſtra decretalis tantum adhuc exiſtimo poſſe defendi intellectum gloſæ hic, verbo priores, & Decij in d. c. 2. ſcilicet vt noſter textus procedat quando reſcripta ſunt impetrata ad diuerſos iudices, miſterioſè enim conſtituit terminos quando ad diuerſo iudices impetrantur vt conſtat ex d. verbo, aliis, & verſiculo fin. verbo alij, ſi enim idem eſſet ſi ad eoſdem fuiſſent impetrata non expreſſiſſet aliis, ſed indiffinitè loqueretur. at text. in d. c. 2. procedit quando ad eoſdem, & ratio differentiæ eſt & cognoſcitur, licet aliqui de ea dubitent quia non tanta ſubrectio timetur quando diuerſa reſcripta ad eoſdem iudices impetrantur ſicut quando ad diuerſos, & ſic ſoluitur quartum.

Non obſtat quintum non impetrationis, ſed præſentationis tempus inſpiciendum eſſe vt in d. c. capitulum, d. c. vt debitus; ad cuius cognitionem ſciendum eſt d. c. vt debitus ibi, ſtatuimus vt ſi quis coram idoneo iudice conuenerit aduerſarium &c. illa verba coram idoneo iudice, dupplicem habere intellectum: Alter eſt referri ad iudicem ordinarium, idoneum enim eſſe omnes fatentur, & vt fateantur neceſſe eſt c. 1. cum ſeqq. de off. ordinarij, c. 1. & 2. c. ſi diligenti. c. ſignificaſti de foro comp. Trident. ſeſs. 24. c. 20. placuit omnibus in d. c. vt debitus, hic c. 1. ſupra, iuxta quem intellectum probat ille text. coram ordinario conuentum non excuſari dicentem ſe prius reſcriptum impetraſſe, quo aſſignantur iudices de illa cauſa cogrituri niſi illud præſentauerit reſcriptum, quo intellectu nec allegatur nec allegari poteſt contra noſtrum text. loquentem de duobus reſcriptis: Alter eſt illa verba referri ad delegatum, qui & idoneus eſt c. 1. c. de cauſis 4. c. præterea. 15.

5. cum ſequentibus de off. deleg. ita capituli vt debitus litteram admitti mens probat, ratio perſuadet, communiorque affirmat ſecuréque tenendum eſt delegato etiam conuenire.

Vnde probat coram delegato in ius vocatum non excuſari allegantem ſe reſcriptum prius impetraſſe niſi & illud prius præſentauerit ante iudices in eo deſignatos iuxta quem intellectum noſtro textui expreſsè repugnat quia exigit præſentationis tempus. qua contrarietate ita conſiderata duæ ſunt communes contrariæ. prior eſt text. noſter & in c. ſi autem 9. c. plerúmque 23. infra c. 2. de off. delegati hodie corrigi ex conſtitutione d. capituli vt debitus. Ex qua non impetrationis vt noſtro text. & ſimilibus, ſed præſentationis tempus reſpiciendum d. c. vt debitus. ita gloſa magna in c. 1. ſupra, gloſa 1. in præſenti, & in d. c. ſi autem, d. c. plerúmque. c. ex tenore infra. d. c. 2. verbo priorum, d. c. vt debitus verbo delegato, & verbo aſſignatæ. c. duobus, verbo primo de reſcriptis libro 6. vbi communem eſſe gloſarum opinionem probat Francus, & Veroius in c. 1. num. 55. ſupra. Gambarà de off. legati libro 8. num. 14. Probus ad Monachum num. 2. poſterior & contraria & communior eſt noſtrum textum, & ſimiles non corrigi ex d. c. vt debitus, quia nec ex eius littera, nec mente deprehenditur, & per argumentum, vel per intellectum ſubauditum, non eſt admittenda iurium correctio, gloſa verbo, Eccleſiarum in c. cupientes in primo de electione lib. 6. communis vbi ſecundum Dominum Francum, & Probum num. 4. & ſtatim referendos, deinde quia curanda eſt iurium correctio, l. præcipimus C. de appellationibus c. cum expediat de electione libro. 6. maximè quia licet noſter text. & in c. 2. de off. delegati ſint Alexandri. 3. & in c. ſi autem. 9. infra ſit Eueij. 3. qui aliquot annos præceſſerunt Innocentium. 3. authorem d. c. vt debitus, text. autem in d. c. plerúmque 23. infra eiuſdem Innocentij eſt. Vnde ab eodem Innocentio corrigi abſque alia relatione ineptum itaque foret. Ex quibus non corrigi & communior, & verior eſt eadémque ratione ſeptem intellectus ad d. capitulum vt debitus referuntur à Goffredo vſque ad Decium in d. c. vſque ad Felinum in præſenti, & Mantuam in c. 1. ſupra. Communior autem & verior textum noſtrum ex illo interpretandum fore & è conuerſo praximque elegantem vtriuſque textus ab Innocentio. 3. ibi conſtituitur ſcilicet coram delegato conuentum non excuſari ex eo dumtaxat quod allegauerit ſe reſcriptum prius impetraſſe niſi & illud præſentauerit ante iudicem in eo deſignatum, ratio eſt quia delegatus qui ex ſecundo reſcripto illum in ius vocauit iam virtute reſcripti iuriſdictionem habet fundatam, & vt debitus honor illi deferatur non ſufficit eum, qui vocatus eſt affirmare ſe reſcriptum prius impetraſſe niſi & illud præſentauerit ante iudicem ibi nominatum vt ex iuſta cauſa poſſit delegatus in cognitione ceſſare maximè cum ius ex prioribus litteris conuento competens poſſit ex dolo, vel ne-

gligentia amitti. c. ſi autem. 9. C. plerúmque 13. infra iſto tit. Hæc eſt vera interpretatio d. capituli vt debitus. at vero ſi illud præſentauerit & coram delegato illum in ius vocauerat docuerit de legitima præſentatione obtinebit vtique quia præfertur primum reſcriptum ex noſtro textu, & ſimilibus. quod ex ſuperioribus intelligitur quando primum reſcriptum fuerit præſentatum, nam ante præſentationem non excuſabitur allegans reſcriptum habere prius impetratum, etiam ſi appellationem interpoſuerit d. c. vt debitus, vbi ita docuerunt Goffredus, Antonius Immola, & alij à Decio relati, dicunt veriorem, & communem, Abbas n. 14. Ripa. 69. Veroius, 56. Mantua. 26. in c. 1. ſupra. Vnde noſtrum textum hodie in obſeruantia eſſe referunt Rebufus 2. tomo. tit. de reſcriptis in primo num. 93. Stafileus de litteris gratiæ tit. de vi, & effectu clauſularum §. quibus modis expirent litteræ num. 6. Mandoſius de commiſſionibus forma. 10. q. 3. & 4. & ad caſus annales num. 131. Puteus Rotæ deciſione. 240. lib. 2. Æmilius Rotæ deciſione. 324. 1. p. & relati ad rationem decidendi, à qua communi recedit Veroius nouè interpretans dictum c. vt debitus in eo, qui ad iuſtificandam appellationem ante diffinitiuam interpoſitam allegat coram ordinario, vel delegato ſe nuntium deſtinaſſe, vel reſcriptum impetraſſe ne ille iudex vlterius procedat, reſpondétque textum non ſufficere vt debitus honor in diebus deferatur, vt litigatoribus conſultum ſit ita dici congruere litteræ, & titulo. poſtea tamen cogitandum relinquit, ſed fallitur, quia in re aperta non erat neceſſaria noua Innocentij, & Concilij conſtitutio, veriórque eſt præcedens interpretatio d. c. vt debitus. nec obſtant alia iura in d. c capitulum, & in d. c. duobus, loquuntur enim in reſcriptis gratioſis, veriori interpretatione accipiendis quando in data concurrunt vt latius diſputabitur in c. eam te. ſoluitúrque quintum.

Non obſtat ſextum quia licet difficile ſit. conſtituo in primis reſcriptum gratioſum ſi ſubrecticium fuerit ipſo iure nullum eſſe, in quo & iura, & Doctores conueniunt quo argumento conſequitur idem ſtatuendum eſſe in reſcripto contentioſo, vel ad lites atque ipſo iure, & hoc nullum eſſe probat noſter text. ibi roboris firmitatem. c. ad aures 8. in fine. c. ſedes. 15. c. conſtitutus. 19. c. ſuper litteris. 20. infra iſto tit. c. 1. c. ſtatutum §. fin. iſto tit. lib. 6. ita Compoſtellanus & Siculus num. 9. in præſenti relati à Iaſſone conſilio. 2. in primo volumine. 1. Mantica in d. c. ad aures num. 29. Contrarium imo reſcriptum contentioſum ex ſubreptione valere mero iure donec per exceptionem irritetur. probatur ex d. c. ſi autem. d. c. plerumque. 23. iſto tit. vbi ſecundum reſcriptum de priori mentionem non faciens, & ita ſubrecticium mero iure validum eſt ſi qui prius impetrauit in dolo vel negligentia fuerit. ergo non fuit nullum iure ipſo quia aduerſarij facto non conualeſceret ex l. quod ab initio. 29. ff. de regulis iuris, c. non firmatur 18. de regulis iuris in 6. idem 16.

probat dictum.c. vt debitus, vbi propter negligentiam non præſentantis primum reſcriptum, delegatus ex ſecundo prioris etiam mentionem non faciente iure optimo procedit.ergo ipſo iure nullum non fuerat, ita gloſa verbo, irritum, in c. ad audientiam 31. infra iſto tit. vbi Hoſtienſis, Belamera, & communis ſecundum Felinum num. 10. Decium. 5. Veronum. 25. in c. ſuper litteris infra. Me ioch. de arbitrariis caſu. 201. an. 3. Nauarr. in c. ſi quando. 1. prælud io,in c.cum contingat cauſa. 13. num. 5. iſto tit. Mandoſius in Cancellariæ regula. 29. q. 9. n. 8. Puteus Rotæ deciſione. 379. libro. 2. Tiberius Decianus conſilio 36. num. 2. volumine 3. reſpondentes iura propriori opinione adducta obtinere in reſcripto gratioſo, vel iure ſingulari ſed Siculus, Mantua, & alij priorem defendentes reſpondent poſterioris argumento reſcriptum contentioſum ipſo iure nullum eſſe ſed in ſpecie d.capituli, ſi autem, d. capituli plerumque. dicti. capituli vt debitus aduerſarij dolo, vel negligentia legis authoritate conualeſcere, & ita interpretandam eſſe regulã dict æ,l. quod ab initio,& dicti. c. non firmatur cum interpretatione Decij & Cannoli in d. l. quod ab initio num. 8. Dyni num. 10. & 12. Pequij ampliatione. 2. in d.c. non firmatur, ita vtraque defenditur opinio.

Quibus tamen omiſſis conſtituendum eſt veriſſimam eſſe propoſitionem, ſubrecticia gratioſa ipſo iure nulla eſſe, contentioſa tamen mero iure valere quamdiu oppoſita exceptione non irritatur. Fallit primo ſi propter formæ defectum reſcriptum irritatur d. c. ſtatutum §. fin. Secundo ſi doloſum eſt. d. c. ſi autem d. c. plerumque quando dolus impetratione committitur tum ipſo iure annullat, ſi autem in præſentatione irritatur per exceptionem, ita interpretandus eſt text. in d. c. ſi autem, in d. c. plerumque. Tertio fallit in excommunicati odium. c. 1. de reſcriptis in 6. niſi coram Rotæ auditoribus interpretatur ita illum textum Felinus in rubrica ſupra iſto tit. in 6. Æmilius Rotæ deciſione. 72. 3. parte. Quarto fallit quãdo ſubrectitio cõmittitur ad reuocãdã cauſæ cognitionem iam inceptam, ita ad praxim applicat Tiberius Decianus d. conſilio. 36. num. 2. ex quibus deducitur primo citra eas fallentias ſi aliquid ex reſcripto ad lites ſubrectitio ante oppoſitam exceptionem geſtum ex directo iure valere in dictis iuribus & gloſa verbo, irritum in d. c. ad audientiam, & verbo, proceſſus, in d. c. 1. de reſcriptis in 6. communis ibi & ſecundum proximè relatos.

Secundo deducitur primum reſcriptum, de quo in ſecundo mentio facta eſt vt in ſecundo reſponſo noſtri text. valere, & omnia ex eo geſta quamdiu exceptio non fuerit oppoſita.

Tertio deducitur, noſtri text. verba. ibi doctoris firmitatem, intelligi oppoſita exceptione ſecundum ſuperiorem interpretationem, nec obſtat d. c. ad aures, vbi eiſdem ferè verbis nullitas ipſo iure inducitur quia reſpondeo huiuſmodi verba vtique conuenire interpretationi ac proinde, vt ſubiectæ materiæ ratio poſtulauerit

uerit

uerit accipienda ſunt hic oppoſita exceptione, in c. ad aures ipſo iure quia doloſi reſcripti natura ita poſtulat, ita ſoluitur argumentum. reſcriptum ad lites ſubrecticium regulariter valere oppoſita tamen exceptione irritari, finitúrque textus.

SEQVITVR EXPLICANDVS TEXTVS IN CAP. INTER CÆTERAS IV. in ordine hoc titulo.

Summarium huius textus.

1. *In alternatiuis ſufficit vnum impleri, & quare.*
2. *Conditio alternatiua etiam ſi duas partes habeat vna reputatur.*
3. *Alternatiua regulariter conſtituitur inter æqualia, aut parum diſtantia.*
4. *Ex mente conſtituentis alternatiua deprehenditur voluiſſe vnum tantum, & ſi conſtet contrarium ſeruandum erit.*
5. *An reſcriptum ſit reſtringibile, vel poſſit porrigi ad alios caſus, & perſonas remiſſiuè.*
6. *In alternatiuis vno adimpleto forma reſcripti ſeruatur.*
7. *Incertitudo, quæ poteſt verificari non vitiat diſpoſitionem.*
8. *In caſibus ſui natura formam certam exigentibus alternatiua inducit vitium.*
9. *In alternatiuis affirmatiuè conceptis ſufficit vnum adimpleri.*
10. *In alternatiuis negatiuè conceptis an ſufficiat vnum.*
11. *Adimpleri diſputatur, & numero ſequenti concluditur cum diſtinctione.*
12. *Legatum ſic libros, quos habeo Bononiæ, ſeu Romæ omnes comprehendit quia dictio ſeu, auget non verò alternat, & alia de alternatiuis vide ibi.*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITT. EMANUELE

SVMMA SEV CONCLVSIO.

1. SI de duobus inquiri alternatiuè reſcriptum eſt alterum probari ſatis eſt.

Pro ratione dubitandi primo ſic argumentor. à reſcripti forma recedi non p t ſt,ita vt contra formam geſtum nullum eſt c. cum dilecta. 22. c. Rodulfus 35. infra. c. ſtatutum §. fin. eodem in 6. ſed in reſcripto continentur duo, vel ex littera conſtat. ergo de duobus inquirendum & docendum erit ne à forma recedatur.

Secundo, ſic argumentor. alternatiui natura rem indubiam incertámque efficit l. vbi autem 75. §. qui illud aut illud ff. de verb. oblig. l. item ſeruus 9. §. qui cum duos ff. de ſtipulatione ſeruorum. c. 2. de electione in 6. ſed in certitudine vt tractatus l. duo ſunt Titij de teſtamentaria tutela, l. Paulus ff. de rebus dubiis, d. §. qui cum duos, & reſcriptum c. ad hæc 10. infra. ergo ex alternatiua reſcriptum magis vitiari, quam impleri dicendum eſt.

Tertio, in alternatiuis vtrumque probari neceſſe eſt veluti ſi ſtipulatus fuerit, ſi nauis ex Aſia non venerit vel Titius Conſul factus non fuerit ad committẽdam ſtipulationem vtrumque conuenire exigit text. in d. ſi quis ita. 129. ff. de verborum ſign. ſicut ſi ſcriptum eſt vxori meæ mundum, ornamenta, ſeu quia eius cauſa parata ſunt, do, lego, omnia deberi reſpondet text. in l. ſi quis ita legauerit 30. ff. de auro & argento legato. ergo alterum impleri non ſufficit.

Quibus non obſtantibus contrarium in præſenti reſpondet Alexander. decidendi ratio eſt alternatiuam vnum tantum poſtulare. quia ſicut copulatiuæ, & coniunctiuæ proprium eſt omnium implementum petere, ita diſiunctiuæ, & alternatiuæ officium eſt diſiungere & alterius verificatione impleri ac proinde ſi reſcriptum vel diſpoſitum copulatiuè omnia impleri neceſſe eſt l. ſi hæredi. 5. ff. de conditionibus inſtitutionum, l. ſi areo. 70. in principio ff. de fideiuſſoribus, §. pœnultimo inſt. de hæredibus inſtitu. & in fauorabilibus l. pro vulgo 45. de manumiſſis teſtamento, & in odioſis. l. nemo 2. C. de Epiſcopali audientia, niſi res de qua agitur nam æquitatis ratio, vel diſponentis mens contrarium ſuadeat. c. 2. ſupra. l. coniunctiones. 29. l. ſæpè 53. ff. de verb. ſignificatione, l. ſi is qui ducenta 13. §. cum ita, §. vtrum de rebus dubiis, ibi communis, gloſa 1. Innoc. Ioannes Andreas in primo, Hoſtienſis, Bellamera. num. 3. Baldus, & Immola in primo, Felinus nu. 32. Decius 8. Ripa. 59. Mantua 19. in d. c. 2. Alexander, & Iaſſon in d. l. ſi quis ita, Alciatus, Rebufus, & Pornerius in d. l. ſæpè, Decio conſilio. 91. & 49. num. 38. volumine. 1. ita è contrario alternatiuæ nam vnius implemento contenta eſt, quoniam ſingularis propoſitionis naturam mimitatur d. l. ſi hæredi.

Vide ſecundo conditiones alter- 2.
natiuæ conceptas vnam reputari

Digitized by Google

duas partes habentem docuit Iulianus in l. hæc ſcriptura 26. Papinianus in l. cum pupillus §. fin. de conditionibus & demonſtrationibus, l. cum quæreba tur ff. iudicatum ſolui duas promiſſiones alternatiuè factas vnius ſolutione impleri, l. illud ff. de conſtituta pecunia, l. cum illud ff. quando dies legati cedat.

3. Vnde fit alternatiuam regulariter conſtitui inter æqualia, vel parum diſtantia l. 1. ff. de rebus dubiis vbi Bar. & communis quare ſi altera pars exprimatur nominatim, altera per relationem relata debet ad ſimilem, vel parum diſtantem referri, ſcilicet ſi lex imponit pœnam manus, vel aliam pœnam quamcumque relatiuus aliā debet in ſimili, vel quaſi verificari d. l. 1. Bar. & communi, ibi Caſſaneo conſilio. 35. num. 104. Maſcardo de probationibus concluſione 82. ita poſtulat alternatiuæ natura petens cuiuſque implementum. ergo pro conſtanti relinquit eſſe æquali, vel quaſi vtriuſque officium amplexus Iulius Paulus in d. l. ſi hæredi cuius verba ſunt, ſi hæredi plures conditiones coniunctim datæ ſunt, omnibus parendum eſt, quia vnius loco habentur, ſi diſiunctim cuilibet.

4. Vnde apertè probatur ex ipſa alternatiuæ conſtitutione ita conuentum eſſe, vt cuilibet ſatisfacere poſſit quia actus iuxta agentis intentionem regulatus l. non omnis numeratio in principio ff. ſi certum petatur, l. ſi quid. C. de exceptionibus, c. cum venerabilis eodem, & idcirco ſi ex mente diſponentis contrarium deprehenditur omnibus ſatisfaciendum erit. ita docuit text. in d. l. Iulianus, §. cum ita, §. vtrum ff. de rebus dubiis, §. vi autem bonorum inſt. de actionibus, c. ſi eo tempore de reſcriptis in 6. c. mandato. 10. de præbendis libro 6. ita intelliguntur iura ſuperius allegata. & in c. in alternatiuis 70. de regulis iuris lib. 6. qua ratione docuit Alex. hic quando de duobus alternatiuè inquiri reſcriptum eſt alterum impleri ſatis eſſe, & ſic reſcribitur Prælato quod ſi ei conſtiterit Petrum fuiſſe in Sacerdotio genitum, aut Eccleſiam iniuſtè occupaſſe. eam Ioanni concedat, ſufficit vt Ioanni concedatur conſtare fuiſſe in Sacerdotio genitum quamuis non conſtet Eccleſiam iniuſtè occupaſſe, vel è conuerſo, ita accipiendus eſt noſter text. in praxi frequentiſſimus. ita gloſa & communis ab Innocentio vſque ad Ripam explicant latè Hoſtienſis, Belamera, Ant. num. 5. Abb. 6. Felinus nu. 10. referentem quinque declarationes, Decio. 6. Ripa. 19. Alexander & Iaſon in d. l. ſi quis ita ſtipulatus, Stafileus de litteris gratiæ. forma. 6. num. 5. Mandoſio regula. 27. q. 18. num. 3. Decio conſilio 28. num. 24. volumine. 1. Conſilio. 51. num. 54. volumine. 2. Menochius de præſumptionibus, præſumptione 45. num. 24. præſumptione. 90. num. 5. libro 3. cum aliis ad tertium allegandis.

Nec obſtat in contrarium adducta pro ratione dubitandi. non obſtat primum quia licet ex d. c. cum dilecta d. c. Rodulfus, d. c. ſtatutum §. fin. c. prudentiam. 21. c. P. & G. 40. de off. delegati. c. quamuis 4. c. cum in illis 16. in principio, & in paragraphis veriſſima propoſitio ſit reſcriptum eſſe

Digitized by Google

reſtringibile ſui natura odioſum, & non extendendum, nec ab eius forma recedi poſſe, contrarium tamen quinimo poſſe ad alios caſus, & perſonas porrigi multis probatur iuribus. c. paſtoralis 14. §. quoniam. c. ſedes. 15. c. edoceri. 21. infra iſto tit. c. 1. c. de cauſis 4. c. præterea 5. c. ſignificaſti. 7. c. ſanè. 11. c. ex litteris. 29. de off. delegati. quare gloſæ, & interpretes varias explicationes tradiderunt vt latius diſputabitur in d. c. ſedes. 15.

Quibus omiſſis verior interpretatio eſt reſcriptum ſui natura eſſe reſtringibile, & idcirco alicuius authoritate à reſcripti forma recedendum eſſe & ita obtinere argumenta, & iura prius allegata, inde tamen non impediri extenſiones, & ampliationes ex commiſſionis natura, vel iuris beneficio, aut interpretatione prouenientes, ita intelligi iura poſterius allegata. & ita quotidie in praxi frequentiſſimum eſſe, vt reſolutum eſt in c. 1. c. de cauſis, c. præterea, c. ſignificaſti de off. delegati.

6. Ex qua vera interpretatione noſtro argumento facilè reſpondemus quando duobus alternatiuè inquirendum eſſe reſcribitur, quamuis reſcripti natura formam præcisè obſeruandam eſſe ſuadeat, at vero non infringitur forma quando dicimus alterius implemento ſatisfactum eſſe, quia alternatiuæ natura vnum tantum implendum eſſe petit, ac proinde commiſſionis natura reſcripti verificatione ipſa iuris interpretatione admitti ergo & reſcripti naturæ, & commiſſionis ſatisfactum eſt ſecundum formam à iure præſcriptam in ipſius alternatiuæ officio in decidendi ratione explicato. ita ſoluitur primum.

Nec obſtat ſecundum, quia reſpondendum eſt quod licet verum ſit 7. quod ex alternatiua res efficitur dubia & incerta, eſt tamen incertitudo, quę ad certitudinem regulariter commodè reduci poteſt, & dubietas quod poteſt facilè declarari incertitudo, in quam ad certitudinem reducitur electione eius, cui committitur, l. qui duos. 20. ff. delegatis. 1. d. c. in alternatiuis. 70. de regulis iuris in 6. cum allegatis ibi à gloſa, Dyno, & Pequio, & gloſa hic verbo, iſtorum, & communi ad rationem decidendi allegata, dubietas quia ſi altera pars dubia eſſet in alternatiuis declaratur per alteram partem, quæ clarior erit. d. l. 1. ff. de rebus dubiis vbi communis, doctè Aluericus & Socinus ibi, Ripa hic num. 25. ad praxim applicat, Simon de Pretis conſilio 5. num. 19. Maſcardus d. concluſione. 82. Riminaldus in l. imperium. num. 155. ff. de iuriſdictione.

Vnde hic ſiue incertum, ſiue dubium ſit optimè ſubſtinetur reſcriptum Prælati inquiſitione verificandum. ratio eſt quia incertitudo, quæ ad certitudinem commodè reduci poteſt actum non vitiat argumento legis, id quod pauperibus, & communis ibi, C. de Epiſcopis & clericis. c. indicante, iuncta gloſa verbo, monaſterio, vbi communis de teſtamentis vt latius diſputandum eſt in dicto. c. ad hæc. infra iſto tit.

Vnde fit in caſſibus ſui natura certam & expreſſam formam exigentibus ex alternatiua actum vitiari ſcilicet electionem Eccleſiaſticam c. cum

terra. 14. de elect. c. 2. eodem in 6. libellum criminalem, vel ciuilem l. Prætor. § quod autem ff. de iniuriis. c. 2. de libelli oblatione, & ſimiles vt in ſj e:ie d. l. item ſeruus 9. §. qui cum duos cum quatuor ſequentibus ff. de ſtipulatione ſeruorum vbi ſignatur ratio propter defectum ſubiecti, in aliis autem non viriarur ſed alterius implemento verificatur vt hic cum aliis ſupra, & ita ſoluitur ſecundum.

Non obſtat rertium, ad cuius co-
9. gnitionem ſciendum eſt alternatiuæ regulam generaliter propoſitam à Iulio Paulo in l. ſi hæredi. 5. ff. de conditionibus inſtitut. à Modeſtino in l. quod vulgo. 45. ff. de manumiſſis teſtam. exemplis probatam à Iuliano in d. l ſi is qui ducenra, §. cum ita, §. vtrum. §. idem euidenter, §. item ſi Paterfamilias ff. de rebus dubiis, à Scæuola in l. ſi quis ita. 129. ff. de verb. obligationibus praxi applicatam, in præſenti explicaram decidendi ratione apertè docere alternatiuæ ſui natu-
10. ra alrerius implemento ſatiſfactum eſſe. ita in alternatiuis affirmatiuè conceptis omnes conueniunt, in conceptis negatiuè diſſentiunt, nam in alternariuis etiam negatiuè conceptis eandem regulam obtinere d. l. ſi hæredi cum aliis ſupra: ita docuiſſe Scæuolam in d. l. ſi quis ita in fine. Sic intelligi noſtrum text. & ſimiles, author eſt Bar. ſequitur communis in d. §. vtrum, vbi Socinus Cagnolum, & Abbarem reprehendit, Bar. in d. l. ſi quis ita, ira communis ſecundum Alexandrum, & Iaſſonem ibi, Felinum Fallentia. 4. n. 16. Decius. 6. Ripa. 25. in præſenti. Dynus num. 15. Pequius in fine. in d. c. in alternatiuis, Antonius Gomezin. 2. tomo. c. 11. an. 20. Gabriel cõſilio 59. an. 1. Franciſcus Mantica de coniecturis libro. 3. tit. 5. nu 5. Robertus receptæ lectionis libro. 2. c. 22.

Contrarium tamen imo in alternatiuis negatiuè conceptis regulam non obtinere & ira illa iura reſtringenda eſſe, nec noſtrum textum ad illam ſpeciem porrigi probatur, nam ſicut ſi Pontifex conferat beneficium ſi non conuentuale aut Curatum fuerit vtrumque non eſſe neceſſarium, & ita ſi centum promitto, ſi cēſorius, aut conſul non fuero, vtriuſque partis implementum exigit illa alternatiua ex d. §. vtrum iuxta lectionem Antonij Auguſtini antiquarum lectionum libro. 2. c. 22. Cuiacij obſeruationum libro. 5. c. 3. explicantes gloſam ibi, ita etiam inducunt Scæuolam in d. l. ſi quis ita verſ. ſi in contrarium, & text. in l. cum quidam C. de verb. ſign. Angelus in d. l. ſi quis ita. Cagnolus, Antonius num. 8. Abbas. 2. in præſenti in Rota ira iudicatum, Belamera num. 4. ſequitur Iaſſon. in d. l. cum quidam in fine, Puteus Rotæ deciſione 47. lib. 3. iuxta quam interpretationem procedit argumentum d. l. ſi quis ita contra noſtrum text. & eius obſeruantiã, ſed iuxta Bartoli, & communis intellectum text. in d. l. ſi quis ita noſtri textus praxim confirmat, & ampliat etiam in alternatiuis negatiuè conceptis, nec obſtant Abbatis, & aliorum fundamenta quia in d. l. ſi is qui ducenra §. cum ita proponitur exemplum alternatiuè conſiſtentis in dando, in §. vtrum conſiſtentis in fa-

Digitized by Google

ciendo etiam negatiuè ibi, illud, aut illud factum non erit quamuis Accurſius, & veteres probati à Gobeano, & Cuiacio vbi ſupra legant illud ac illud non vt ſit alternatiua, ſed copulatiua nec admittunt, factum non erit, ſed factum erit, quorum interpretatio magis communiter improbata eſt quia Iuliani & litteræ, & menti repugnat, vt facilè ex eius deprehenditur exemplis, atque à noſtris receptius eſt legendum eſſe cum alternatiua negatiuè cõcepta vt probant Bar. & alij ſupra, Antonius Gomez in, & Mantica, Robertus d. c. 22. minus obſtat text. in l. ſi quis ita ſtipulatus quia ibi Scæuola in primo copulatiæ naturam explicat propoſitis tribus exemplis affirmatiuæ, priori negatiuæ duobus, deinde alternatiuæ duo conſtituit exempla, prius affirmatiuè, poſterius negatiuæ cuius verba ſunt, Dabis ſi nauis non venerit, aut Titius Conſul factus nõ eſt, ſufficit vnum non factum, docuit ergo apertiſſimè alternatiuæ etiam per negationem conceptæ alteram partem impleri ſatis eſſe, nec obſtat Abbatis, & aliorum argumentum ex ſecundo exemplo confectum quia Scæuola in ſecundo exemplo de copulatiua, non de alternatiua reſpondet, nec obſtat text. in d. l. cum quidam nam Iuſtinianus ibi docet alternatiuam in copulatiuam conuerti, nõ loquitur de negatiua magis quam de affirmatiua, aliud quæ agit ſatis diuerſum ac ſeparatum, nullo igitur iure Abbatis, & aliorum opinio conſiſtit, quare Felinus d. num. 16. putat Abbatis litteram vitioſam eſſe, ſed errat quia ipſius exempla eam opinionem confirmant, cui nec ipſe ſolus adhæret.

Vnde communior & verior eſt alternatiuè per negationem conceptæ, alterius implemento ſatisfieri ex d. l. ſi quis ita ſtipulatus vltimo exemplo, & Bar. & communi ſupra relata. Niſi ex diſpoſitionis materia contrarium deprehendatur vt in d. §. verum, & d. §. item ſi paterfamilias negari tamen non poteſt in propoſito beneficij exemplo vtriuſque partis implementum neceſſarium eſſe, quare ſubtilius conſiderant dd. diſtinguendum eſſe inter alternatiuam negatiuè conceptam, in qua obtinet Scæuolæ reſponſum, & exemplum in d. l. ſi quis ita, & Bar. & communior opinio, & inter alternatiuam negatam, quæ conuertitur in copulatiuam vt in d. §. verum, & in d. §. item ſi pater familias, quem licet communior ſic intelligi ſpecialiter liberorum fauore. Verior tamen eſt obtinere etiam in extraneis, Ripa infra. num. 89. qua in ſpecie procedit illud exemplum ſi non fuerit curatum, aut cõuentuale, quam diſtinctionem cognouit Bar. Cumanus. explicat Socinus num. 21. magiſtraliter, Ripa num. 88. & 92. Bolognetus num. 215. & 245. in l. hæredes mei §. cum ita ff. ad Trebellianum, Politus de ſubſtitutionibus. quæſt. 25. ad quam interpretationem reducitur Abbatis opinio, ita accipiendus eſt Iaſſon, qui eum ſequitur, & Immolam reprehendit in d. l. cum quidam nu. 10. ita Rotæ deciſio, Putei 47. libro 3. ſicque tenendum eſt. 11.

Non obſtat text. in d. l. ſi quis ita legauerit quia licet reſpondeant eſſe 12.

Digitized by Google

ſpeciale verior ſententia eſt dictionem ſeu, non alternare, ſed augere. Vnde ſi quis legauerit libros, quos habet Bononiæ, ſeu Romæ omnes comprehendi ius eſt ex d. l. & ibi cōmuni c. ego Ludouicus vbi gloſa verbo, ſeu, & communis. 6.3. de gloſa verbo incorrupta in d. L. cum quidam vbi communis ſecundum Corneum, & Iaſſonem poſt numerum primum, Decium hic num. 9. Coua. reſolutionum libro. 2. c. 5. nu. 10. Ebuardo in topicis legalibus loco. 108. à natura alternatiuorum num. 8. limitatione. 4. Alciatus num. 12. Rebuſus Cornerius in d. l. ſæpe de verborum ſign. idem de dictione, vel conſtituīt, Cignus & Aluericus in d l. cum quidam, ſed contrarium expreſſè probatur in eadem lege, ibi. ita probat communior, & in d. l. ſi ſæpe niſi ex mente diſponentis, vel ſubiecta materia contrarium deprehendatur, vt in d. l. cum quidam quoad perſonas honoratas inter quas ſi ſcriptum ſit illi, vel illi accipitur copulatiuè niſi in octo caſſibus à Iaſſone ibi relatis, quoad perſonas enim honoratas ex illa lege vetera corriguntur iura, quo ad honoratas tamen, & quoad res iura incorrecta manent, vt ibi docuit text. & probat communis Bar. Baldi, Aluerici, Saliceti, Fulgoſij, Cornei, & Iaſſonis num. 2. ibi & omnium ſupra, vt & repetemus in c. ad hæc infra. abſoluitúrque argumentum & text.

SEQVITVR EXPLICANDVS TEXTVS IN C. SI QVANDO V. ISTO TITVLO.

Summarium huius capituli.

1. *Mandatum Appoſtolicum reuerenter eſt adimplendum quia inſtar ſacrilegij eſt de Principis poteſtate iudicare.*
2. *Ex rationabili cauſa poteſt mandatum Appoſtolicum non impleri, & ratio, & exempla ponuntur.*
3. *Cui competat electio alternatiuæ & num. ſequenti.*
4. *Teſtatoris voluntas eſt inſpicienda.*
5. *Generi per ſpeciem derogatur.*
6. *Iudex abſque conſultatione Pontificis poterit declarare nullum eſſe reſcriptum obtentum ex ſubreptione.*
7. *Si in executione mandati imminet ſcandalum ſuperſedendum eſt, & quid ſit licitum, & quid non ratione ſcandali.*

8. *Repetitio bonorum Eccleſiæ propter ſcandalum differri poteſt, non autem auferri.*
9. *Vide in primo verſiculo. Tertio ſic argumentor ante numerum primum quod diſputare de Principis voluntate eſt quaſi ſacrilegium & quod eſt impium recedere à mandatis Appoſtolicis, & quod non obtemperans eſt puniendus &c.*
10. *Si de voluntate conſtat reſcriptum etiam durum eſt adimplendum.*
12. *Ordinarius ſententiam delegati etiam iniuſtam executioni mandare tenetur.*
12. *Ordinarius reuerenter à delegato petet ne cogat admittere intruſum, licet de rigore poſſit reſiſtere.*
13. *Reſcriptum eſt reÿciendum ſi de eius iniquitate conſtat propria authoritate.*
14. *Reſcripto euidenter iniuſto non obtemperare eſt impium.*
15. *Reſcripto iniquitatem continenti non obtemperare pium & laudabile eſt, & hoc abſque Pontificis conſultatione.*
16. *Reſcripto dubio an ſit obtemperandum, an Princeps ſit Conſulendus traditur.*
17. *Ex obedientia ceſſat culpæ periculum.*
18. *Si iudex poſtquam dubitauerit de reſcripto ſibi perſuaſerit eſſe iniuſtum cum conſultatione Pontificis poterit in executione ſuperſedere, & interim ſecurus erit.*
19. *Interim dum Pontifex conſulitur iudex tutus eſt à peccato, & pœna, & à cenſura in reſcripto contenta.*
20. *Et celebrans non eſt irregularis.*
21. *Concluſio eorum, quæ ponuntur an. 14. hucuſque.*
22. *Quando conſtat reſcriptum eſſe ſubrecticium, & iniquum ſine alia conſultatione reÿciendum eſt.*

SVMMA SEV CONCLVSIO.

PONTIFICIS reſcripto obtemperare, vel iuſtam excuſationem præbere neceſſe eſt.

Pro ratione dubitandi primo ſic argumentor in alternatiuis electio alterum adimplendi ſpectat ad eũ, cui dirigitur l. qui duos. 20. ff. de legatis. 1. c. in alternatiuis. 70. de regulis iuris in 6. ſed in præſenti dirigitur Epiſcopo, cui electio non competit, ſed ex negotij conſideratione

tione debet adimplere, vel conſulere non electione, ſed neceſſitate vt conſtat ex verſiculo, qualitatem, ergo nō competit electio epiſcopo cui dirigitur.

Secundo ſic argumentor, generi per ſpeciem derogatur l. in toto iure 80. ff. de regulis iuris. c. generi, c. 1. c. paſtoralis iſto tit. ſed ſingulari iure propter duas tantum cauſas reſcripto obtemperandum non eſſe inſtitutum eſt c. cum teneamur. 6. de prębendis. ergo fruſtra docet noſter text. negotij qualitatem conſiderādam eſſe extra illas cauſas.

Tertio ſic argumentor, de Principis potentia diſputare quaſi ſacrilegium eſt l. 2. C. de crimine ſacrilegij maximè Pontificis, cui vtraque poteſtas commiſſa eſt. c. innouo. 21. d. c. quodcumque. 24. quæſt. 1. vnde ab eius mandatis recedere impium eſſe. c. non debet, c. præceptis. 12. d. c. ſi magnum. 11. quæſt. 1. c. ſi dominus 93. c. Iulianus. 94. c. qui reſiſtit 97. 11. quæſt. 3. c. quid culpatur 23. quæſt. 1. inde Pontificis reſcripto non obtemperans, & arguendus & puniendus eſt. c. prudentiam. 21. §. adiicimus de off. deleg. ergo abſque negotij conſideratione Pontificis mandatum adimplendum eſt.

Quarto ſic argumentor, reſcriptum Pontificis mandatum intolerabile & iniuſtum etiam continens adimplendum eſt, c. in memoriam. 19. d. c. paſtoralis. 28. §. quia vero de off. delegati. ergo ſemper adimplendum eſt abſque alia negotij conſideratione.

Quinto ſic argumentor, Pontificis reſcriptum iniquitatem continens adimplendum non eſt quia Deo magis quam hominibus obedire oportet, d. c. qui reſiſtit, d. c. Iulianus c. ſi dominus ſicut, & alterius Principis l. ex facto 43. ibi iniquum incipit eſſe ff. de vulgari, l. reſcripta C. de precibus Imp. offerendis. c. reſcripta. 25. quæſt. 2. ſed hic loquitur de reſcriptis praua inſinuatione impetratis in verſ. finali, ergo propria authoritate poterit illi non obtemperare.

Sexto ſic argumentor, reſcriptum aut conſtat eſſe iuſtum aut iniuſtum, aut ſumus in dubio, ſed in nullo caſu noſter text. obtinere poteſt. ergo fruſtra Alexander negotij conſideratione Prælatis ibi commmitti. maior de per ſe patet. minor ita probatur ſi conſtat eſſe iuſtum quamuis durum, & rigoroſum ſit omnino adimplendum eſt vt 3. & quarto Argumento. Si conſtat eſſe iniuſtum propria authoritate refutari poteſt. d. l. reſcripta cum aliis ad quintum argumentum. in dubio adimpleri neceſſe eſt d. l. 2. de crimine ſacrilegij cum aliis ſupradictis ergo procedit conſequentia inutilem eſſe negotij conſiderationem ab Alexandro in præſenti propoſita.

Septimo reſcripto clauſulam inſolitam continenti, obtemperandum non eſt, illoque vtens de falſo ſuſpectus ad Pontificem remittitur c. 2. ſupra iſto tit. ergo non eſt neceſſaria Pontificis conſultatio.

Quibus non obſtantibus contrarium in præſenti Alexander reſpondet, duaſque continet partes, alteram ibi, (aut mandatum noſtrum reuerenter adimpleas) decidenti ratio eſt ad inſtar ſacrilegij eſſe de Principis poteſtate iudicare d. l. 2. C. de crimi- 1.

G

ne ſacrilegij, maximè Pontificis d.c. non decet, c. præceptis. 12. d. d. c. in memoriam. 19. d. d. c. ſi dominus, d. c. Iulianus, c. qui reſiſtit. 10. quæſt. 3. c. cuncta per mundum. c. per principalem. 9. qu. 3. cum allegatis à Lanceloto in templo iudicum libro. 2. c. 1. à Cuco maiorum inſtitutionum libro. 1. c. 2. libro 2. c. 2. alias & arguendus & puniendus eſt ex vera interpretatione capituli prudentiam. 21. §. adiicimus de off. delegati, vt ex integra deprehendunt Antonius Auguſtinus, & Concius.

2. Alteram ibi, aut quare adimplere non poſſis rationabilem cauſam prętendas decidendi ratio aſſignatur in verſ. fin. ibi quia patienter ſuſtinebimus, ſi non feceris quod praua nobis fuerit inſinuatione ſuggeſtum, ſignificat itaque Alexãder quod ſi poſt prudentem negotij conſiderationem Prælatus ſibi perſuadere non poteſt mandatum Appoſtolicum adimplere Pontifici ita denunciet & patienter tunc ſubſtinebit ſi de iuſta cauſa illi conſtiterit, ad cuius cognitionem conſtituo quod ſicut in priori parte non obẽperare nefas eſt, ita in poſteriori differre ius eſt. ea quidem ratione quia ſicut iuſto Pontificis mandato non obtemperare piaculum & ſacrilegum quoties ex contemtu, vel malicia non obtemperauerit, quo caſſu obtinent iura in d. c. qui reſiſtit cum aliis, ita iniuſto Pontificis mandato non obtemperare, eiuſque executionem differre pium, & laudabile eſt cum ex religione, & iuſtitia ita factum fuerit, vt eiſdem iuribus apertè probatur, quæ interpretatio ad duo capita refertur, alterum ex defectu poteſtatis, alterum ex defectu voluntatis, vel intentionis, poteſtatis tamquam ſi contra legem diuinam, vel naturalem Pontifex aliquid reſcripſerit vt in dictis iuribus, & c. ſunt quidam 25. quæſt. 1. §. ſed naturalia inſtitutis de iure naturali, c. finali de conſuetudine, tunc enim Deo magis, quam hominibus obedire oportet d. c. quis reſiſtit cum aliis ſupra ex defectu voluntatis, vel intentionis poteſt multis de cauſis contingere, ſi contra vtilitatem publicam, vel ius generale reſcripſerit l. reſcripta C. de precibus Imperatori offerendis, c. reſcripta. 25. quæſt. 2. vel Principis indignatione, l. ſi vindicari C. de pœnis, c. cum apud Teſſalonicam 69. 11. quæſt. 3. vel petentis importunitate, l. 1. C. de petitis bonorum ſublatis lib. 10. hic ex integra Antonij Concij, & Auguſtini collectione. 1. & in Scholiis ad eam c. fin. primo iſto tit. lib. 6. vel afflictione. c. 2. ſupra, vel mendacij expreſſione, l. præſcriptione, l. & ſi legibus, l. fin. C. ſi contra ius vel vtilitatem pub. c. dicenti cum ſuis paragraphis. 25. quæſt. 2. in præſenti ibi, praua inſinuatione, vel veritatis ſuppreſſione, c. ad aures 8. c. ſuper litteris, c. poſtulaſti 27. iſto tit. vel ſi ſcandalum imminet c. cum teneamur. 6. de præb. ita accipiuntur caput ſecundum de filiis preſbiterorum, c. ex parte. 12. & 13. de off. delegati, c. ex parte de capellis monachorum c. cum iuuentute §. cæterum de purgatione Canonica, c. inquiſitioni 44. de ſententia excommunicationis. aliqua itaque ex his cauſis ſuccedente poterit iudex vel Pontificem conſulere argumento text. in l. leges.

9. l. cum de nouo, l. ſi Imperialis C. de legibus. c. 2. de off. delegati, vel ſupplicare, vel appellare argumento legis ſi quis aduerſus, & authenticæ, quæ ſupplicatio C. de precibus imp. offer. auth. de mandatis Principum §. deinde vbi gloſa verbo nuntians, arguit timiditatis Prælatos iniuſtis mandatis obtemperantes, c. ſi quando, c. ſuper eo de off. delegati qua ratione ex cauſa rationabili poſſe differri, & Pontificem conſulere reſpondet noſter text. ad hoc celebris ex gloſa pœnultima Innocentio, Ioanne Andrea, Hoſtienſi, Belam. & omnibus ad Ripam num. 17. omnibus in d. c. cum teneamur, & in c. 2. ſupra. Couarr. in reg. peccatum in primo n. 5. Mandoſio de ſignatura gratiæ §. de mandatis Appoſtolicis, Lanceloto, & Cuco vbi ſuprà, Menochio de arbitrariis caſu 365. & de præſumptionibus lib. 2. præſumptione. 9. & 10. cum allegandis ad ſextum argumentum vbi explicabimus illa verba, (rationabilem cauſam prætendas) eorumq; interpretationem.

3. Non obſtant in contrarium adducta pro ratione dubitandi, Primum non obſtat quia alternatiua, cuius naturam explicauimus in capite præcedenti alterius implementum dumtaxat petit, illius tamen partis electio non ad vnam ſemper perſonam pertinet, licet enim debitori plerumque committatur l. non vtique ff. de eo quod certo loco l. plerumque ff. de iure dotium, c. in alternatiuè. 70. de regulis iuris in 6. interdum etiam creditori nempe legatario l. planè 34. §. ſi ita ff. de leg. 1. d. l. qui duos, l. ſi ita relictum. 43. §. fin. ff. de leg. 2. nec admittitur differentia inter contractus & vltimas voluntates, quia & in his electio competit hæredi l. Lucio. 23. ff. de leg. 2. & citra vltimas voluntates debitori non competit ſcilicet in pœnis alternatiuè impoſitis, ad iudicem enim ſpectat eligere & condignam imponere argumento legis aut damnum, §. 1. ff. de pœnis, c. fin. de tranſactionibus c. quoniam frequenter §. fin. vt lite non conteſtata, ſic interpretandus eſt text. in l. ſi fugitiui, in l. quicumque C. de ſeruis fugitiuis c. à crapula de vita, & honeſtate clericorum, quare Doctores in plures diuiduntur opiniones, verior 4.
eſt in contractibus electionem debitori competere, in vltimis voluntatibus principio inſpiciendam eſſe teſtatoris voluntatem, deinde, cui verba dirigantur. quia ſi hæredi eius erit electio, ſi legatario, ad eum pertinebit, in dubio ad legatarium ſpectat pro vltimæ voluntatis fauore. ita interpretanda ſunt illa iura ſecundum Bar. & communem in d. l. planè, in d. l. non vtique vbi Sacius eleganter explicat in d. l. qui duos vbi doctè Alexander, Iaſſon, & Gomecius in §. huic enim, inſt. de actionibus, Dynus num. 3. Pequius num. 4. in d. c. in alternatiuis, Belamera, Baldus, Immola, Felinus referens decem ampliationes, & decem limitationes in c. inter cæteras ſuprà. ex quorum traditione perſpicuum eſt ſemper inſpiciendum eſſe cui dirigantur principaliter alternatiuæ verba illius etenim erit electio, & ita diximus in pœnis imponendis obſeruari & in reſcripti implemento text. eſt elegans in d. c. inter cætera ſupra ita interpretatur.

Digitized by Google

in præſenti autem non dirigitur ſimpliciter ſed iuxta negotij conſiderationem ex iuſta cauſa relata ad caſſus rationis decidendi vt infra ad ſextum, & ita ſoluitur primum.

5. Non obſtat ſecundum, quia reſpõdeo maiorem veriſſimam eſſe generi ſpeciem derogare vt diximus in c. 1. & repetemus in c. paſtoralis. minorem tamen negamus ſcilicet in d. c. cum teneamur ſpecialiter inſtitutum eſſe ex illis cauſis Pontificis mandato obtemperandum non eſſe quia verius eſt multis ad decidendi rationem relatis, ibi duo conſtitui exempla: alterum ſubrectionis quia reſcriptũ gratioſum ex ſubrectione nullum ipſo iure eſſe diximus in c. cæterum ſupra, & repetemus in c. ad aures, & in c. ſuper litteris infra, vnde iudex poterit ipſum nullum declarare abſque Pon-
6. tificis cõſultatione, quia ita à lege inſtitutum eſt Pontificiſque conſultatio fieri debet quando ex prudenti negotij conſideratione ex iuſta cauſa mouetur ne adimplere poſſit vt in præſenti, & in c. 2. de off. deleg. & ad ſex-
7. tũ ſtatim reſoluemus. Alterum exemplum eſt ſi in mandati executione ſcandalum immineret, quo caſu obtemperare nõ debere docuit ibi text. ad hoc celebris niſi fortiter repugnet ſcandali occaſione peccatum committi non poſſit. c. qui ſcandalizauerit iuncta inſigni gloſa infra j. de regulis iuris. c. 2. de noui ope. nuntiatione. Quare aliis omiſſis conſtituendum eſt ſcandali occaſione mortale peccatum committi non poſſe, citra peccatum autem pro ſcandalo vitando iuris regulas infringi frequentiſſimum eſt. ad quam interpretationem reducuntur text. in c. illas 12. de. c. 1. 51. de. c. cum inter verba. 11. quæſt. 3. c. niſi cum pridem verſ. pro graui ſcandalo de renuntiatione. c. 2. de præſcriptionibus. c. Deus qui de vita & honeſtate clericorum. d. c. cum teneamur. c. 2. de noui operis. d. c. qui ſcandalizauerit, l. æquiſſimum 17. in primo ff. de vſufructu, gloſa in d. c. qui ſcandalizauerit nunquam ſatis explicata ibi nec in dictis iuribus latè tamen diſputata ibi in d. c. 2. de præſcriptionibus, vbi latè Felinus & Pariſius, Diuus Tho. ſecunda ſecundæ quæſt. 43. art. 1. & ibi Caietanus, Coua in regula peccatum in principio nu. 5. Tiraquellus de pœnis temper. cauſa 46. Menoch. de recuperanda remedio 1. num. 290. Crabreta conſilio 717. volumine 4. Tiberius Decianus conſilio 8. num. 52. volumine. 1. conſilio. 63. volumine. 3.

Vnde ſicut bonorum Eccleſiæ re- 8.
petitio ad vitandum ſcandalum poteſt differri, non tamen auferri, quia illud continet peccatum, illud minimè ex vera interpretatione c. 2. de præſcriptionibus, ita mandati Appoſtolici executio poteſt ad vitandum ſcandalum differri vt in d. c. cum teneamur, vbi ad tertium argumentum latè diſputant. ita in præſenti ex cauſa poteſt differri vſque ad Pontificis cõſultationem in ſimilibus caſſibus ad decidendi rationem relatis. ita ſoluitur ſecundum.

Nec obſtat Tertium quia hic non negatur Pontificis potentia nec vo- 9.
luntas, ſed quando ex iuſta cauſa de ea dubitatur Conſulendus Pontifex eſt, ex noſtro textu ad hoc celebri, ex dicta gloſa penultima, & commum

omnium ſecundum Felinum, & Decium in primo, Ripam num. 17. Nauarrum exceptione. 6. in præſenti cum ſupra relatis, quo caſu iudex nec arguendus, nec puniendus eſt quia ceſſat diſpoſitio dicti. §. adiicimus ita interpretandi. ſoluitúrque tertium.

10. Nec obſtat, quartum quia reſpondeo ſi de certa Pontificis voluntate conſtiterit, eius mandatum licet durum & aſperum reuerenter adimplendum eſſe quia ita ſcriptum eſt l. proſpexit ff. qui & à quibus, ſic obtinet text. in d. c. in memoriam, at vero ſi de iniquitate conſtiterit nequaquam erit adimplendum vt ſequenti argumento probabimus. nec obſtat text. in d. c. paſtoralis. 18. §. quia vero de off. deleg. vbi mandatum delegati Appoſtolici etiam iniuſtum ordinarius exequi debet, ergo à fortiori Pontificis. quia reſpondeo in eodem textu rationem aſſignari non cognitionem, ſed executionem demandari. Vnde non poterit de eius iuſtitia cognoſcere. ſed huic rationi expreſsè repugnat iniqui mandati executionem implendam non eſſe c. inter cæteras. 9. de re iudicata. c. ſi quando 8. de off. deleg vbi poteſt differri imo & appellari, c. ſuper eo. 15. de off. deleg. reſpondeo caſus eſſe diuerſos & non contrarios, quia in §. quia vero licet delegati ſententia iniuſtè fuerit pronuntiata poſtquam tranſierit in rem iudicatam executioni mandanda eſt, ſibi etenim imputet qui appellationem non interpoſuerit c. fin. §. ſi vero contra ius litigatoris 2. q. 6. c. cum inter. 15. c. ſicut. 16. de re iudicata, c. concertationi de appell. libro 6. gloſa fin. & communis in d. c. inter cæteras, gloſa verbo, & ſi ſciat in d. §. quia vero communis ſecundum Immolam, Abb. Felinum. num. 17. & 19. ibi Francum num. 6. in d. concertationi, Coua. in 4. 2. p. c. fin. num. 18. communior ſecundum Nauarrum c. 25. num. 12. & referendos 11.
ad ſextum argumentum. ideo ordinarius ſciens ſententiam iniuſtam fuiſſe eam executioni mandare debet, quia non cognitioni, ſed executioni iam locus eſt. cæterum in c. ſi 12.
quando delegatus beneficiarium in poſſeſſionem abſque titulo inducens per ſe, vel miniſtrum ſuum cauſam præbet ordinario vt intruſum in ſua diœceſi admittat. Vnde ſtricta iuris diſputatione violenter reſiſtere poſſet propter delegati autem authoritatem reſpondet Pontifex vt non reſiſtat, ſed precibus à delegato petat vt mandatum reuocet; quod ſi non reuocauerit poterit appellationem interponere d. c. ſuper eo, ita in praxi frequentiſſimum eſt vt latè reſoluit in d. c. ſi quando. ſoluitúrque quartum.

Non obſtat quintum quia veriſ- 13.
ſimum eſt ſi de reſcripti iniquitate conſtiterit reiiciendum eſſe, Deo enim magis quam hominibus obedire oportet, d. c. qui reſiſtit, d. c. ſi dominus d. c. Iulianus. vnde propria authoritate poterit illud refutare d. l. reſcripta, d. c. reſcripta, etiam ſi à principio fuerit æquum & iuſtum, deinde iniquum, cum primum enim de iniquitate conſtiterit reiiciendum erit d. l. ex facto 43. ff. de vulgari, in præſenti enim iniquum eſſe cœpit principis beneficium l. ſi qu. C. de operibus publicis. c. 1. de conſuetudine, vbi

Digitized by Google

iuxta veriorem interpretationem cõſuetudo etiam à principio vtilis cum primum Eccleſiæ incipiat eſſe iniuria infirma eſt, idem in reſcripto Appoſtolico iuxta communem ſtatim referendam, qua ratione eo caſu Pontificis conſultatio neceſſaria non eſt, nec in eo obtinet noſter textus. ita ſoluitur quintum.

14. Non obſtet ſextum quia licet argumenti maior, & minor ſufficienter probentur, non procedit conſequentia inter eos enim caſus eſt & alius ea diſtinctione non comprehenſus in quo propriè obtinet noſter textus, ad cuius interpretationem in primis cõſtituo reſcripto euidenter iuſto non obtemperare vel reſiſtere impium, & ſacrilegum eſſe d. c. qui reſiſtit cum aliis ſuprà, grauiterque puniendum ex d. §. adiicimus, quamuis durum ſit argumento dictæ l. proſpexit, ita obtinet. c. in memoriam in quo omnes

15. ſupra, & infra conueniunt. Secundo conſtituo reſcripto iniquitatem continenti non obtemperare pium, & laudabile eſſe, oportet enim obedire Deo, magis quam hominibus, d. c. qui reſiſtit cum aliis ſuprà etiam ſi à Principio iuſtum fuerit vt diximus argumento legis ex facto, l. ſi aliquando c. 1. nam ex eo quod iniquum fieri incipit repelli poteſt propria etiam authoritate abſque Pontificis conſultatione d. l. reſcripta, d. c. reſcripta c. ſignificantibus 38. de off. deleg. d. c. cum teneamur in 1. exemplo ita etiam commune placitum eſt.

16. Tertio conſtituo, ſi de reſcripti iniuſtitia is, cui committitur dubius fuerit vt eo caſu Pontificem conſulat argumento eſt noſter textus, & in c. 2. de off. delegati c. ex parte de cap. monachorum, pluribúſque placuit ſed apertè errant quia in dubio obtemperare debere & ratione, & authoritate probatur. primo generali omnia in meliori parte trahi l. merito ff. pro ſocio cum relatis ab Alciato de præſumptionibus reg. 1. ſecundo ſpeciali pro iudice præſumẽdum eſſe maximè Principe à fortiori Pontifice Maximo Prouerbiorum 8. non iudices contra iudices l. 2. C. de crimine Sacrilegij. c. in præſentia de renuntiatione, c. cum inter. 13. c. ſicut. 16. de re iudicata. Tertio quia noſter textus ita apertè ſignificat, in primo enim docuit ex reſcripti aſperitate turbari non debere. deinde negotij qualitatem prudenter conſiderandam eſſe, quia prudenter penſata ait textus aut mandatum noſtrum reuerenter adimpleas, ergo docuit indubio adimplere neceſſarium eſſe. quare affir- 17.
mandum eſt obtemperandum eſſe, ex obedientia enim ceſſat culpæ periculum d. §. adiicimus ex gloſa inſigni verbo, obedientiam, in c. ad aures de temporibus ordinationum ornata & communis à Baldo, Immola, & Abb. ibi, & ab Innoc. Hoſti. & communi ſecundum Abb. & Felinum in Principio, Decium num. 4. Ripam. 11. Nauarrum. 9. exceptione hic, Diuus Tho. 2. 2. quæſt. 64. art. 3. & quæſtione. 104. articu. 5. Caietanus q. 76. Soto de iuſtitia & iure libro. 5. q. 4. art. 4. Corraſius in Paraphraſi Sacerdotiorum 2. parte c. 1. num. 5. Cucus, Decius, & Menoch. ſupra.
Quarto conſtituo ſi poſt dubitatio- 18.
nem, negotiique conſiderationem ſibi ex iuſta cauſa perſuaſerit reſcri-

ptum eſſe iniuſtum, poterit eo caſu non adimplere. Vnde cum eius cauſæ expreſſione Pontificem conſulat & tunc patienter ſuſtinebit. ita interpretandus eſt noſter textus patienter ſuſtinere ſignificat ab inobedientiæ peccato, & pœna excuſari nec §. adiicimus procedere, ad quam interpretationem reducenda eſt noſtra gloſa verbo, patienter, & communis ſupra relata. Vnde conſequitur non obtemperantem ſecurum eſſe quamdiu Pontifex conſultationi non reſponderit, quod ſi reſcripſerit non obſtante ea cauſa adimplendum eſſe iudex obtemperare debet etiam ſi durum ſit vt in d.c. in memoriam probatur in d. §. quia vero, & communi ad eius in-

19. terpretationem relata. Quinto conſtituo ante illud reſponſum iudicem ſecurum eſſe non ſolum à peccato, & pœna dicti §. adiicimus, ſed etiam à cenſura in d. reſcripto contenta etiam ſi ipſo iure illata ſit, quia non ex contemtu, vel malitia differt, ſed legis authoritate, dum rationabilem cauſam prætendat iuxta noſtri textus litteram, qua in ſpecie ſecurius erit ſi in reſcripto excommunicatio infertur appellationem interponere argumēto dicti. c. ſi quando 8. iuncto c. ſuper eo 15. de off. deleg. c. ad præſentiam. 16. c. præterea. 4. de appellationibus, & communis ibi, etiam ipſo ſi iure inferatur, quia cum ex iuſta cauſa differat nec peccatum, nec excommunicationem incurrit ex noſtro textu, quem interpretatur Ancharr. conſilio 240. num. 5. Abbas. num. 3. Felinus. 2. Ripa. 17. in præſenti, ita accipienda eſt noua interpretatio Nauarri ad finem huius textus num. 7. Sexto conſtituo eo etiam caſu celebrantem non incurrere irregularitatem, licet enim verius ſit in dubio celebrantem irregularem eſſe c. illud de clerico excommunicato, in propoſita tamen ſpecie non dubius eſt, ſed confiſus de cauſa, qua mouetur authoritate noſtri text. d. c. ad præſentiam, d. c. præterea, etiam ſi Pontifex reſcripſerit vt non obſtante cauſa adimpleat. Si vero cauſam temerariam eſſe declarauerit non erit ſecurus. ita interpretata ſunt illa iura, & c. paſtoralis 53. §. verum vbi gloſa & communis de appell. gloſa verbo, in officiis in c. 2. de ſententia excommunicationis libro. 6. communis ſecundum Dominicum, & Francum num. 2. Nauarrum in c. cum contingat remedio. 3. num. 7. iſto tit. Coua. in practicis. c. 35. num. 6. Maio. de irregularitate libro. 3. c. 13. num. 16. 20.

Ex quibus deducitur duobus in caſibus non obtemperantem ſecurum eſſe. Primo ſi reſcriptum iniquitatem continet tunc propria authoritate, ſine appellatione, vel ſupplicatione poterit repelli, d. l. reſcripta. d. c. reſcripta, C. cum teneamur, reſponſo 1. d. c. ſignificantibus, c. 2. ſupra. Secundo caſu quando poſt dubitationem conſideranti iniuſtum ex cauſa videtur, tunc poterit differre, Pontificemque conſulere, & ab excommunicatione illi impoſita appellare, ita in praxi frequentiſſimum eſt. ſoluitúrque ſextum. 21.

Nec obſtat ſeptimum quia reſpondeo quando conſtat reſcriptum iniquitatem continere, vel ſubrectitium fuiſſe ſine alia conſideratione, 22.

Digitized by Google

vel Pontificis conſultatione poteſt refutari vt ſupra diximus, vt in ſpecie capituli. 2. ſupra. vbi reſolutum eſt latè. ita abſoluitur argumentum & textus.

SEQVITVR ELEGANS TEXTVS IN C. CVM ORDINEM. VI. infra. hoc titulo.

Summarium huius capituli.

1. *In Reſcripto generali impetrato ad conueniendos religioſos non comprehenduntur Ciſtercienſes & ratio num. ſequenti.*
2. *Priuillegium eſt lex priuata, cui derogari non creditur mandato generali.*
3. *Generi per ſpeciem derogatur, an habeat locum in priuillegiis.*
4. *Priuillegio non derogat reſcriptum ſine illius mentione.*
5. *In reſcripto an priuillegij, vel ordinis ſit facienda mentio?*
6. *Priuillegiati alias citati tenentur comparere ſaltem iuſtitiam ſuam allegaturi, Ciſtercienſis non & quare.*
7. *In reſcriptis ſpeciale derogat generali, in priuillegiis primum praeualet niſi in ſecundo illius mentio fiat.*
8. *Si Primum priuillegium eſt ſecundum ius, ſecundum valet licet de primo mentionem non faciat.*
9. *Reſcriptum ſequens tollit priuillegium primum ſecundum ius impetratum, ſi tamen contra ſit priuillegium reſcripto ſequenti ſine ſpeciali mentione non tollitur.*
10. *Qui ex priuillegio habent exceptionem peremptoriam poſſunt conueniri ex ſequenti reſcripto, priuillegij etiam non faciente mentionem primi.*
11. *In quaeſtione de priuillegiis ſunt repetenda, quae traduntur in ſtatutis.*
12. *Priuillegium formam recipiens ex nouis reſcriptis tolli non poterit, niſi in priuillegio ſequenti ſpecialis mentio formae fiat.*
13. *Declaratur noſter textus, vbi ſunt aliquae opiniones.*

SVMMA

SVMMA SEV CONCLVSIO.

RESCRIPTO ad conueniẽdos religioſos impetrato non comprehenduntur Ciſtercienſes non facta illius ordinis mentione.

Pro ratione dubitandi. Primo ſic argumentor. generi ſpecis derogat l. in toto 80. de regulis iuris. c. generi. 34. eodem tit. in 6. etiam in reſcriptis. c. 1. c. paſtoralis 14. §. fin. iſto titulo etiam contra priuilegia d. c. 1. c. inter monaſterium. 20. de re iudicata, ſed priuilegium in præſenti generale erat ſcilicet omnibus Ciſtercienſibus indultum, reſcriptum autem ſpeciale nempe ad aliquam cauſam vt ex littera conſtat. ergo reſcripto derogandum eſſe priuilegio generali.

Secundo, ſic argumentor vt priuilegio poſſit derogare reſcriptum in reſcripto de priuilegio mentionem facere neceſſe eſt d. c. inter monaſterium, & argumento c. conſtitutus 19. infra, ſed in præſenti non priuilegij, ſed ordinis mentionem petit Alexander, vt ex littera probatur, ergo contra noſtri iuris regulas.

Tertio, ſic argumentor qui in ius vocatur etiam coram iudice non ſuo reſpondere tenetur quamuis priuilegio gaudeat l. ex quacumque ff. ſi quis in ius vocatus non ierit iuncta l. ſi quis ex aliena. 5. ff. de iudiciis, niſi ſit clericus à laico vocatus ex c. tuam de ordine cognitionum iuncto. c. ſi iudex laicus de ſententia excommunicationis libro 6. c. at ſi clerici in principio de iudiciis, ſed in præſenti ſignificat Alexander Ciſtercienſes à delegato in ius vocatos fuiſſe, reſpondetque eiſdem, ibi, non teneamini reſpondere, ergo reſpondere tenebantur maximè coram delegato Papæ vices gerente, c. ſanè. 11. de officio delegati.

Quibus non obſtantibus contra- 1.
rium in præſenti diffinitum eſt Ciſtercienſes reſcripto non comprehendi, & idcirco reſpondere non obligari. decidendi ratio propter varios interpretum intellectus, variè etiam à Doctoribus reputatur vt ex gloſa 1. & finali, Innocentio, & omnibus vſque ad Decium in præſenti, eiſdem Ripa, Veroïo, & Mantua, in c. 1. ſupra deprehenditur illa tamen certior eſt. Ciſtercienſibus priuilegium conceſſum fuiſſe, c. ſuggeſtum, c. ex parte, c. nuper de decimis ad priuilegium enim verbum, induxit, refertur in præſenti, & in c. 1. ſupra, vbique communis. cum priuilegium itaque ſit debet conſeruari, perpetuóque manere, c. veniens de præſcript. c. decet. 16. de regulis iuris in ſexto cui rationi apertè repugnat priuilegio quandoque derogari. c. 1. ſuprà, d. c. inter monaſterium. Quare ſecurior ratio eſt priuilegium propriè eſſe le-
gem priuatam l. 1. ff. de priuilegiis 2.
veteranorum, l. dabimus ff. de priuilegiis creditorum. c. priuilegia. 3. d. c. ſanè. 9. c. ex parte c. cum olim de priuilegiis, idcirco priuilegij ſicut alterius facti Princeps immemor præſumitur vt aduertit text. in c. 1. de conſtitutionibus libro 6. probatur ex

Digitized by Google

c. 2. ſupra. c. ex parte. 12. & 13. de off. deleg. c. ex parte de cap. monachorum. qua ratione per reſcriptum non cenſetur priuilegio derogare abſque illius mentione. d. c. inter monaſterium, ita interpretandus eſt noſter text. cum gloſa fin. & communi hic. & verbo, noſcatur in d. c. 1. & fin. in c. 1. ſupra, communior ſecundum Baldum, Belameram, & Immolam num. 3. Abb. 16. Aretinum num. 7. Felinum. 4. Decium. 11. Ripam 70. Veroïum 39. & 68. Mantuam. 32. ibi Rebuſum. 2. tomo tit. de reſcriptis. num. 103. Æmilium deciſione Rotæ. 41. 3. parte, ita tenendum eſt iuncta interpretatione ſecundi argumenti infra.

3. Non obſtant pro ratione dubitandi adducta, primum ex regula generi, quia Reſpondeo non obtinere in priuilegiis vt gloſa in d. c. generi, & finali. in c. 1. ſupra communior ſecundum relatos ibi, & Veroïum num. 4. dicentem eſſe infallibilem, & Cagnolum in d. l. in toto iure num. 16. ſed apertè repugnat capitulum, primum ſupra vbi Immola, & Aretinus an. 7. & relati in d. c. 1. ad tertium argumentum contrarium defendunt, vbi retulimus tres opiniones. communior eſt in priuilegiis regulariter non conſiderari an ſit generale, vel ſpeciale, ſed an ſit prius, vel poſterius. c. veniens de præſcriptionibus iuncta ratione dicti. c. 1. de conſtitutionibus in ſexto. nec obſtare caput primum ſupra quia non loquitur de duobus priuilegiis ſed de priuilegio, & reſcripto. Vnde quia priuilegium erat ſecundum ius commune, generaliterque indultum illi derogat reſcriptum ſpeciale licet de illo mentionem non faciat. in præſenti tamen priuilegium erat contra ius commune ac proinde illi non derogat reſcriptum ſine illius mentione vt diximus 4.
in ratione decidendi, & latiſſimè diſputabimus in d. c. 1. ad tertium argumentum, ſed huic interpretationi aduerſatur noſtri textus littera, non priuilegij, ſed ordinis mentionem exigit, vt ſtatim ad ſecundum.

Non obſtat ſecundum argumentum 5.
quia licet verum ſit in d. c. inter monaſterium vt priuilegio reſcriptum deroget neceſſariam eſſe priuilegij mentionem, diuerſa tamen ſpecies eſt in noſtro textu, quia gloſa & doctores animaduertunt Ciſtercienſes non vnico gaudere priuilegio quoniam primum habuerant non ſoluendi decimas c. ſuggeſtum. 9. c. ex parte. 10. c. nuper 34. de decimis ſecundum vt ſuper illis decimis non conuenirentur etiam reſcripto Apoſtolico ordinis Ciſtercienſis mentionem non faciente.

Non obſtat tertium non ſolum 6.
de decimis, ſed & de quacumque re non teneri reſpondere niſi in reſcripto Ciſtercienſis ordinis mentio fiat. ita ex gloſa Innocentio, & aliis colligit Abb. num. 2. in præſenti, ſed Decius num. 8. dicit eſſe diuinationem quia ex littera ſolum conſtat de priuilegio non ſoluendi decimas, & inde magis vrget difficultas, cum enim ſit priuilegium iure clauſum dicto. c. ſuggeſtum, d. c. ex parte, d. c. nuper de illo mentionem facere neceſſarium non eſt iuxta communiores traditiones; quare allucinantur Doctores in noſtri textus interpreta-

tione, ad cuius interpretationem & cognitionem principio conſtituo in difficili priuilegiorum, & reſcriptum diſputatione ſecuriores eſſe propoſitiones.
7. Prior eſt quod ſicut in reſcriptis præſtat ſpeciale generali ſiue prius ſiue poſterius ſit. c. paſtoralis §. fin. infra, ſic in priuillegiis præſtat primum ſiue generale, ſiue ſpeciale niſi in ſecundo illius mentio fiat. c. veniens de præſcriptionibus vbi gloſa verbo, nullam, communis ſecundum Abb. Felinum, & Pariſium & relatos in c. 1. ſupra, vbi Veroius num. 64. dicit eſſe regulam infallibilem, Mantua an. 29. Ripa 70. & in d. l. in toto iure, Decius num. 20. Cagnolus. 16.
8. Æmilius d. deciſione 41. Secunda eſt ſi primum priuillegium eſt ſecundum ius commune, vel in iure clauſum non valere primum, ſed ſecundum illius mentionem non faciens argumento. c. 1. ſupra. ex ratione capituli 1. de conſtitutionibus libro 6. vbi gloſa verbo, facti, communis ſecundum omnes ibi & proximè relatos, & Abbatem num. 16. Aretinum 7. & 21. Feli. 4. Decium. 11. in c. 1. ſupra
9. & in præſenti. Tertia eſt quando cum priuillegio reſcriptum concurrit ſi priuillegium eſt ſecundum ius commune, vel iure clauſum tolli per reſcriptum illius etiam mentionem non faciens ex d. c. 1. de conſtitutionibus lib. 6. & omnibus proximè allegatis. at vero ſi priuillegium eſt contra ius commune, iurique non eſt incorporatum tolli non poteſt per reſcriptum illius mentionem non faciens d. c. inter monaſterium, &
10. communi omnium ſupra. Quarta propoſitio eſt ex priuillegio habentes exceptionem peremptoriam poſſunt conueniri ex priuilegij reſcripto mētionem non faciente de priuillegio ex d. c. conſtitutus 19. infra, c. 1. verſ. fin. de litis conteſtatione libro. 6. quia tunc non derogatur priuillegio, ſed cognoſcitur de ipſius iure, poteſt enim deficere de renuntiatione, vel compoſitione, c. ex multiplicatione de decimis, vel præſcriptione, c. cum terræ. 5. c. accedentibus. 15. de pripriuillegiis. vel quia illo caſu non obtinet vt in c. ſuſceptum. 9. C. nuper de decimis, ita cōmune placitum eſt ſupra relatis & Veroio, & Mantua n. 36. in c. 1. ſupra. Quinta propoſitio 11.
eſt de priuillegiis tradita in ſtatutis eſſe repetenda ex d. c. conſtitutus iuncto c. 1. de conſtitutionibus libro 6. ita conueniunt omnes. Sexta 12.
propoſitio eſt quando priuillegium reſcriptis poſtea impetratis formam præſcripſerit tolli non poſſe niſi reſcriptum illius formæ mentionem fecerit, ita noſtrum textum recipit gloſa 1. tentant Innocentius, Hoſti. & omnes, qui affirmant Ciſtercienſes tria habere priuillegia, Abb. hic num. 2. & in. c. 1. 16. Ripa. 73. Veroio. 71. Mantua. 35. Vnde Abbas arguit gloſas, & doctores falſo allegare noſtrum textum ad hoc vt priuillegium tolli non poſſit ex reſcripto priuillegij mentionem non faciente, quia noſter textus non dicit priuillegij, ſed ordinis.

Ex quibus difficultas conſiſtit in 13.
inquirenda vera noſtri textus ſpecie quia vt ſupra diximus Decius num. 8. dicit diuinationem eſſe, & Mantua num. 36. dicit faciendam eſſe mentionem priuillegij, vel ordinis, & Ve-

Digitized by Google

roïns num. 71. contra Abbatem defendit ex noſtro textu probari priuillegij mentionem eſſe neceſſariam, pro Decij opinione Ciſtercienſes non habere aliud priuilegium quoad non ſoluendi decimas vrgent noſtri textus verba, quæ Concius in ſcholiis ad iſtum textum, Antonius Aug.2.collectione. c. 1. de reſcriptis in integra referunt hic, volentes ergo vobis ſollicitè prouidere authoritate Appoſtolica mandamus, &c. Vnde apertè ſignificat antea non eſſe prouiſum, & ex hoc textu prouideri ne valeant reſcripta ſine ordinis mentione. erat itaque priuillegium iure clauſum peremptoriam dumtaxat exceptionem præſcribens vnde iuxta ſuperiores communes conſequitur ante iſtum textum Ciſtercienſes ex reſcripto priuillegij etiam mentionē non faciente poſſe conueniri, & reſpondere teneri contra communem iſtius textus lecturam. Cæterum pro communi eiuſdem integræ verba conſidero, ibi, ne contra tenorem priuillegiorum veſtrorum poſſitis quorumlibet temeritate vexari, ergo ſunt priuillegia, quorum tenor, id eſt, forma violatur temeritate petentium conueniri Ciſtercienſes ex reſcripto non faciente mentionem illius tenoris. Vnde apertè probatur communis interpretatio, nec obſtant illa verba, volentes itaque, quia non inducunt nouam prouiſionem, ſed litteras executorias pro priuillegiis contra violantes priuillegiorum tenorem, ita ſecurè affirmandum eſt. at vero quando forma nominatim in priuillegio non aſſignatur obſeruandæ ſunt propoſitiones ſupra relatæ. ita ſoluitur ſecundum.

Nec obſtat argumentum, quia noſtri textus verba, ibi, non teneamini reſpondere, varios intellectus habent. prior eſt intelligi poſtquam Ciſtercienſes coram iudice reſcripti priuillegium allegauerint iuxta d.l ex quacumque, l. ſi quis ex aliena quia ſi non allegauerint poterit iudex eos ſacris interdicere c. ſi duobus. 7. de appell. ita gloſa fin. hic Hoſti. num. 3. Andreas. 12. Abb. 5. quia priuillegium etiam notorium excuſat à proſequendo, non tamen à proponendo, inde priuillegiatus reſpondere debet gloſa verbo, alias cauſas in clem. appellanti de appellat. ibi communis, & ornata à Iaſone in d. l. ex quacumque àn. 31. ff. ſi quis in ius vocatus, à Felino hic n. 8. & 10. Decio num. 9. & in d. c. ſi duobus num. 7. Tiraquelo de retractu §. 8. gloſa 5. num. 17. contrarium tamen alij affirmant ſecundum intellectum aſſignantes ad noſtrum textum vt verba, non teneamini reſpondere, propriè accipiantur, vt nec comparere debeant, quia iudex nullam habebat iuriſdictionem, & idcirco excommunicatio ab eo lata nullius erit momenti. c. fin. de præb. vbi communis, gloſa fin. in c. placita 15. quæſt. 4. verbo, congrueret in c. conuenior. 23. quæſt. 8. ita noſtrum textum interpretatur Innocentius in præſenti receptus ſecundum plures relatos à Decio conſilio. 125. à Guidono Papa deciſione 276. à Iaſſone, & Decio vbi ſupra. in qua contrarietate textus alij dicunt veriorem eſſe tertium intellectum ſcilicet de principali cauſa, vt hic de decimis ſententiam ferre non poſſe, ſed de contumacia ferre poſſe vt in d. c. ſi duobus,

Digitized by Google

etiam contra priuillegiatum non comparentem ex dictis iuribus, & communi, gloſa verbo, alias cauſas, in d clem. appellanti ex Abbate, & aliis hic ſecundum relatos, & Decium conſilio 241. num. 3. cum adductis à Coua. in practicis. c. 5. ex quibus omnibus verior opinio eſt ex reſcripto nullam competere iuriſdictionem, & omnia inde ſequentia nullius momenti eſſe. ſed quia dum hæc irrita declarantur, vt in d. c. fin. de prębendis ſub excommunicatione perſiſtere & periculoſum, & ſcandaloſum eſt, frequentiſſima omnium praxi tam receptum eſt in ius vocatos etiam ſi priuillegium habeant coram iudice incompetenti reſpondere, & priuillegium allegare ex d. gloſa. & communi. ita ſoluitur argumentum & textus.

SEQVITVR EXPLICANDVS TEXTVS IN CAP. EAM TE VII. iſto titulo.

Summarium huius capituli.

1. *Mandatum reale tranſit in ſucceſſorem, perſonale extinguitur cum perſona.*
2. *Sede vacante omnis iuriſdictio temporalis, & ſpiritualis tranſit in capitulum, niſi in quibus prohibetur.*
3. *Delegatio epiſcopi non tranſit in Capitulum ſede vacante, ſed delegatio capituli tranſit in epiſcopum & quare.*
4. *Quia mandatum capitulo factum fuit reale tranſibit in epiſcopum.*
5. *Intellectus ad noſtrum text. an capitulo fuerit data poteſtas conferendi per reſcriptum.*
6. *Epiſcopi competit iure diuino præbendarum præſentatio.*
7. *Præſentatio præbendarum ſede vacante non pertinet ad capitulum.*
8. *Pontifex derogat epiſcoporum prouiſionibus per reſeruationes.*
9. *Alexander. 3. non eſt vſus reſeruationibus, ſed dabat litieras vt ordinarij certis perſonis conferrent.*
10. *In Eccleſia Tornacenſi ius conferendarum præbendarum ad epiſcopum, & non ad capitulum pertinebat.*
11. *Explicatio noſtri text. quod reſcriptum fuit directum in capitulum tamquam vices gerens epiſcopi.*

12. *Contra gloſam h. verbo, infecto.*
13. *Capitulum hic rectè fuit excuſatum per creationem epiſcopi.*
14. *In caſu noſtri text. epiſcopus reſcripto debuit obtemperare cum primum Conſecratus fuit.*
15. *Commiſſio data tamquam vices gerenti exequenda eſt per principalem.*
16. *Quoad intellectum noſtri text. nihil intereſt quod epiſcopus fuerit Archidiaconus.*
17. *Contra gloſam finalem in præſenti.*
18. *Declaratur noſter text. ibi, non eſſes in epiſcopum conſecratus & numero ſequenti.*
19. *Ex confirmatione habet epiſcopus plenariam poteſtatem, & iuriſdictionem ex conſecratione conſequitur, eaquæ ſunt ordinis, & numero 21.*
20. *In confirmatione epiſcopi facta in conſiſtorio vacant omnia beneficia, & penſiones electi, & confirmati.*
22. *Reſcriptum reſtringibile quomodo capiat extenſionem.*
23. *An Iudæi ſint admittendi ad dignitates diſputatur, & an ad ſacerdotium, declaratur Tridentinum ſſ. 23. c. 5. & 7. de reformatione.*
24. *An alienigenæ admittantur ad dignitates & numeris ſeqq.*
25. *In Hiſpania alienigenæ habere beneficia, nec dignitates poſſunt.*
26. *Reſcriptum non facta originis mentione eſt ſubrecticium.*
27. *Iure communi alienigenæ non ſunt incapaces ad beneficia & penſiones.*
28. *Alienigenæ fiunt incapaces ſtatuto, & ita non poſſunt habere beneficia, & cætera.*
29. *Alienigenæ quando particulari defectu poſſint fieri in capaces beneficiorum.*
30. *Licet fas non ſit alienigenam præferri naturali, ſi tamen præferatur collatio valet.*
31. *Quid ſi in noſtro textu non fuiſſet facta mentio originis in reſcripto an valeret.*

Digitized by Google

SVMMA SEV CONCLVSIO.

RESCRIPTO ad conferendam præbendam directo ad capitulum epiſcopi vices gerens epiſcopus poſtea creatus, ad quem præbendarum collatio pertinet obtemperare debet.

Pro ratione dubitandi primo ſic argumentor. cum primum capitulo commiſſa fuit præbendæ collatio à Pontifice data capitulo fuit, & conferendi poteſtas c. præterea. 5. verſ. finali de off. deleg. c. Abbatem 40. in fine infra, ſed in præſenti excuſatur capitulum conferendi defectu in verſ. ipſi vero, ergo eius excuſatio admitti non debuit.

Secundo ſic argumentor. reſcriptum ſui natura reſtringendum non extendendum cum ſit de perſona ad perſonam ampliari non poteſt c. cum dilecta. 22. c. ſignificante 34. c. Rodulfus 35. infra. iſto tit. c. P. & G. 40. de off. deleg. nec de collatione ad collationem c. fin. de præbendis, ſed reſcriptum in præſenti directum fuit capitulo vt ex littera conſtat, ergo ad epiſcopum non extendi debet.

Tertio ſic argumentor. Iudæos ſui conuerſione, & infamia, & natione, à functionibus, dignitatibus, officiis, & beneficiis iure excludi certum eſt. c. conſtitui. 17. quæſt. 4. c. quoniam, c. fin. 48. de. c. ſi officia. 59. de. l. 1. verſiculo ſecundo loco ff. de poſtulando, l. nemo C. eodem, Deuthoronomij. c. 28. Hieremiæ. c. 5. l. in Eccleſiis. 11. C. de epiſcopis & d. c. hortamur 71. de. c. bonæ 4. §. fin. de poſtulatione Prælatorum, ibi nec poteramus ſalua conſcientia in illa Eccleſia &c. ſed in præſenti Iudæum impetrantem eſſe littera probat, ergo epiſcopus excuſationem non habebat non admittendi eum.

1. Quibus non obſtantibus contrarium in præſenti reſpondet Alexander, decidendi ratio eſt, mandatum de conferenda præbenda Capitulo factum fuiſſe reale, & idcirco ad nouum epiſcopum tranſiiſſe, ad cuius cognitionem primo ſciēdum eſt magnam eſſe diſputationem quando Pontificis delegatio vni directa in alium tranſeat, c. paſtoralis §. præterea de off. ordinarij c. quoniam Abbas 14. de off. delegati. in ſumma delegatio realis in ſucceſſorem tranſit, perſonalis non tranſit, quæ autem realis, quæ perſonalis ſit ex reſcripti verbis, & intentione deprehendi debet, ſi autem non deprehendatur, ſi dignitati committitur iudicatur realis, & in ſucceſſorem tranſit, ſi perſonæ committitur perſonalis cenſetur, & in ſucceſſorem non tranſit ex ratione capituli ſi gratioſè de reſcriptis libro 6. d. c. quoniam Abbas, vbi latiſſimè diſputaui.

2. Secundo ſciendum eſt omnem in ſpiritualibus, & temporalibus epiſcopi iuriſdictionem in capitulum ſede vacante tranſire, c. iis quæ, c. cum olim de maioritate, & obed. c. 1. eodem in 6. c. ad abolendam in principio de hæreticis. c. penult. & finali de ſuppl. neglig. Prælatorum, niſi in iis, quæ nominatim capitulo prohi-

Digitized by Google

bentur, d. c. iis quæ, d. c. 1. vt prohibetur. c. 1. & 2. de inſtitutionibus libro. 6. & ne ſede vacante libro. 6. Trid. ſſ. 7. c. 10. ſeſſ. 23. c. 10. forma præſcribitur ſeſſ. 24. c. 18. ita contra veteres regulam probant Abb. & Felinus in d. c. iis, quæ, ad praxim applicat Rebufus de beneficiis. c. de deuolutionibus num. 58. Corraſius in paraphraſi 2. p. c. 7. Cucus lib. 2. tit. 9. num. 93. Decius conſilio. 19. num. 149. volumine. 3. Ioa. Franciſcus & alij infra.

3. Tertio ſciendum eſt delegationem epiſcopo factam non tranſire in capitulum ſede vacante, licet enim in iuriſdictione ſuccedat vt ſupra non in dignitate cui videtur delegatio facta d. c. quoniam Abbas, vbi ex eo ſpectatur nouus Prælatus contraria ratione delegatio capitulo ſede vacãte facta in epiſcopum tranſit, quia capitulo tum delegatur, tamquam dignitati epiſcopi vices gerenti. Vnde tamquam realis in epiſcopum tranſit quia ſuccedit in illa dignitate, & maioritate, ita contra Veroium, & alios communior eſt reſoluta in d. c. quoniam Abbas. ad tertium.

4. Ex quibus facilè deducitur noſtri text. interpretatio, & ratio mandatum capitulo factum tranſire ad epiſcopum poſtea creatum, quia mandatum reale fuerat, ac proinde ad epiſcopum tamquam ſucceſſorem vt tranſeat ratio poſtulat, ad hoc noſter text. eſt celebris iuxta eam interpretationem, quam non benè fuerunt aſſequuti gloſa, verbo, infecto, & verbo deberes, Innocen. & omnes hic vſque ad Ripam hic, idem Mantua, & Veroius in d. c. quoniam Abbas, & referendi ad primum argumentum.

Non obſtant pro ratione dubitandi adducta. Primum quia ſi in præſenti Alexander conferendi facultatem capitulo committeret, poſſet vtique & conferre, & exequi argumento dicti c. præterea. deinde ſi capitulo tamquam proprio Prælato conferre mandaret, deberet vtique conferre argumento dicti. c. Abbatem, certum enim eſt quando Pontifex Prælato tamquam ordinario aliquid præceperit augendo tunc iuriſdictionem ordinariam inde legatam Appoſtolicam conuerti. c. licet de off. ordinarij. ij. qui. 12. verſiculo cum quoque de præbendis libro. 6. c. ſi ſoli de conceſſione præbẽdæ in ſexto, ſed in præſenti non tamquam proprio Prælato Alexander conferre mandauit, huic interpretationi multa repugnant, vnde gloſa verbo infecto, gloſa verbo, deberes, tres intellectus ad noſtrum text. referunt à noſtris improbatos. Quartum aſſignat Innocentius veriorem teſte Abbate conuictum à Decio num. 6. qui quintum aſſignat reprehenſum à Ripa num. 44. 6. aſſignante num. 51. peiorem dicit additio ſub littera. 6. ad Decium num. 6. 7. potuit Immola num. 5. explicat Siculus num. 58. ſed litteræ contradicit. 5.

Quare conſtituo præbendas conferendi poteſtatem iure directo ad epiſcopos tamquam Appoſtolorum ſucceſſores pertinere c. in nouo. 21. d. c. 1. c. decretum. c. regenda, cum ſequentibus. 10. quæſt. 1. c. nullus. 16. quæſt. 7. cum capitulis olim communicatam c. quando, c. nouit, c. ea noſcitur 6.

Digitized by Google

noſcitur, de iis, quæ fiunt à Præl. plerumque, & capitulo dumtaxat competentem. c. cum Eccleſia.30.de elect. vel ſingulis de capitulo. c. fin.
7. de præbendis libro. 6. Secundo conſtituo ius conferendi præbendas epiſcopo competens ſede vacante in capitulum non trãſire quia nominatim interdictum eſt iuxta communem in decidendi ratione relatam ex c. 2. ne ſede vacante. c. 1. de inſtitu. libro. 6. c. vnico ne ſede vacante in 6. exigit enim ſpeciale mãdatum c. licet de off. Vicarij in 6. Tertio conſtituo Pontifi-
8. ces Maximos epiſcoporum prouiſionibus frequentiſſimè derogare per reſeruationes vt in prioribus cancellariæ regulis per expectatiuas, & alias
9. gratiæ litteras. Quarto conſtituo Alexandrum. 3. & doctiſſimum, & Romanæ praxis ſcientiſſium reſeruationibus vti noluiſſe, ſed ipſiſmet ordinarijs mandabat vt certæ conferrent perſonæ ita in præſenti capitulo mãdauit.
10. Quinto conſtituo in Eccleſia Tornacẽſi ius conferendi præbendas ad epiſcopum dumtaxat non ad capitulum ſpectare, vt ex littera conſtat, omneſque fatentur. Sexto con-
11. ſtituo veram noſtri textus relationem eam fuiſſe ſcilicet, Alexandrum capitulo ſede vacante mandaſſe vt Martino præbendam conferret, Martinus diu moram agens litteras capitulo præſentauit poſt noui epiſcopi conſecrationem, capitulum reſpondet ſuam poteſtatem extinctam eſſe nec ad ipſum præbendas conferre pertinere. probatur primo quia alias capituli excuſationes Alexander non admitteret. Secũdo quia apertè cõſtat ex integra Ant. Auguſt. ſecunda collectione, vbi verſiculi, ipſi vero, hæc ſunt verba, ipſi verò ſicut eodem Martino referente recepimus litteris noſtris poſt tuam conſecrationem receptis quia donatio præbendarum &c. excuſantur itaque capitulares ex defectu poteſtatis ceſſante poſt conſecrationem capituli obligatione, & in nouum epiſcopum transfuſa, vt ſubtiliter docuit Innoc. num. 4. & 7. Hoſtienſis, Ioannes And. Baldus num. 10. Belam. num. 1. Card. num. 12. Butrio. 23. Annania 4. Abbas. 10. communem dicit Felinus num. 17. hic Iaſon in l. 1. in principio ff. ſi ex naturali cauſa agatur, improbatur tamen ab Immola num. 7. Andrea Siculo 82. Decio. 6. verſiculo ſubceſſiuè Ripa 44. hic magna enim illis videtur diuinatio Alexandrum ſcripſiſſe capitulo tamquam epiſcopi 12
vices gerenti, leue fundamentum eſt vt à communi recedant, quam ita defendo, nullo in caſu Alexandri reſponſum verificari poteſt niſi in eo, quem Innoc. probat, ergo in eo intelligi neceſſe eſt. probatur antecedens quia non potuit Alexander ſcribere capitulo tamquam ſubcedenti in præbendarum collatione per epiſcopi mortem quia ius conferendi nõ tranſit in capitulum ſede vacante vt ſupra reſolutum eſt, nec ſedes iam vacabat vt ex integra conſtat, nec 13
tamquam dignitati iuxta formam capituli quoniam Abbas de off. deleg. c. ſtatutum de reſcriptis in ſexto dando poteſtatem conferendi, d. c. Abbatem, quia eo caſu etiam poſt conſecrationem durabat in capitulo obtemperandi obligatio, d. c. ſi gratioſè, c. cum aliquibus vbi gloſa 14

Digitized by Google

verbo concedimus, de reſcriptis in 6. nec tamquam habenti collationem cum epiſcopo iuxta tēpora, d. c. ea noſcitur c. nouit, c. quāto, tūc enim nulla ratione excuſaretur capitulū pro ea parte, quæ ad illud ſpectabat, nec tamquam vnico præbendarum collatori, vt in d. c. cum Eccleſia Bulterana quia poſt. epiſcopi etiam conſecrationem capitulum obtemperare debebat eadémque ratione nec tamquam habenti collationem vt ſingulis iuxta capitulum. ſi. de præbendis in ſexto nec tamquam executori, quia epiſcopi conſecratio non excuſabat ab inobedientia capitulum, ergo ſcripſiſſe capitulo tamquam epiſcopi Vices gerenti, cuius poteſtas in epiſcopum iam tranſierat vt fateamur neceſſe eſt.

12. Ex qua eleganti interpretatione primo deducitur erraſſe gloſam verbo, infecto, dicentem epiſcopi non obligari de neceſſitate, & gloſam verbo, deberes, dicentem obligari epiſcopum, quia capitularibus competebat vt ſingulis, erraréque Immolam opinantem ius conferendi ad capitulum etiam pertinere, & Decium putantem ad capitulum tamquam ad ſingulos pertinere, & Ripam probantem capitulo tāquam executori ſcripſiſſe.

13. Secundo deducitur quod ſi Martinus ante epiſcopi creationem litteras capitulo præſentaret, capitulum litteris obtemperare deberet, nulláque excuſaretur ratione, poſt epiſcopi tamen creationem rectè excuſaretur iuxta ſuperiorem interpretationem.

14. Tertio deducitur epiſcopum cum primum creatus eſt, confirmatus, & conſecratus ad obtemperandum obligari ex eadem ratione, & inde merito ab Alex. reprehendi.

15. Quarto deducitur, quod commiſſio alicui tamquam ſubſtituto, & vices gerenti facta ad principalem tranſit ex noſtro textu ad hoc celebri ſecundum Innocentium & eius ſequaces.

16. Quinto deducitur ad noſtri textus intellectum nihil intereſſe quod epiſcopus fuiſſet Archidiaconus, & Canonicus eiuſdem Eccleſiæ, vel alterius, illa enim verba ab Alex. referuntur ad repellendam epiſcopi excuſationem, quaſi diceret, non potuimus tibi ſcribere tamquam epiſcopo, cum tempore datæ eſſes Archidiaconus, & Canonicus licet tempore præſentationis iam eſſes epiſcopus.

17. Sexto inde deducitur imprudenter gloſam finalem ex noſtro tex. colligere in reſcriptis datam præferri præſentationi quia ex hoc text. non probatur, aliud enim agit Alexander nempe conuincere epiſcopum vt debeat obtemperare mandato ad capitulum tamquam eius ſubſtitutum directo, ſic idem obligatio obtemperandi finita ſede vacante in eum tranſlata ſit.

18. Septimo deducitur & interpretandus eſt noſter textus ibi non omnes in epiſcopum conſecratus ſignificat Alexander ante conſecrationem epiſcopum non habere obtemperādi obligationem vnde & conſequitur nec potuiſſe præbendam conferre, cui interpretationi fortiter repugnat epiſcopum cum primum confirmatus eſt iuriſdictionem, & neceſ-

ſariam & voluntariam habere, c. quoniam 75. d. c. cum in cunctis.70. §. finali, c. ſuffraganeis. 11. c. tranſmiſſam, 15. c. quod ſicut 28. de elect. c. ſuper iis de accuſationibus, c. accedentibus de exceſſibus Prælatorũ, præbendas autem conferre ad iuriſdictionem pertinet vt diximus in principio argumenti quo non eſt neceſſaria conſecratio, in qua difficultate dd. ſupra relati variè noſtrũ text. intelligunt, ſed aliis omiſſis obſeruandum eſt argumentum eſſe veriſſimum quia ex confirmatione epiſcopus habet plenariam poteſtatem &
19. iuriſdictionem, ex conſecratione autem conſequitur ea, quæ ſunt ordinis epiſcopalis ex dictis iuribus, & idcirco beneficia epiſcopi ipſo iure vacant ante conſecrationem, magna tamen fuit diſputatio, quo tempore vacent, confirmationis, vel poſſeſſionis ex gloſis, & communi ibi, cum itaque ea, quæ ſunt ordinis ante conſecrationem exercere non poſſit, diſputabant etiam quo tempore conſecrandus ſit gloſa verbo, tempore, in d. c. cum in cunctis. §. 1. communis ibi, & in dictis iuribus, Caſadoro deciſione. 2. de conſtitutionibus nu. 3. Coua. in c. alma mater. 2. p. §. 2. Mandoſio in reg. Cancellariæ 16. qu. 4. num. 4. templum iudicum lib. 2. tit. de epiſcopo. c. 1. §. 2. Cucus lib. 2. tit. 6. Æmilius deciſione Rotę. 401. 2. p. hodie diffinitum eſt intra tres menſes non conſecratum fructus ammittere, Trident. ſeſſ. 23. c. 2. pra-
20. xique receptum eſt eodem conſiſtorio epiſcopum à Pontifice confirmari, omniáque eius beneficia, & pen-
21. ſiones vacare pronunciatum. Vnde ceſſant dictæ diſputationes, ad argumentúmque reſpondeo Alexandrum non ignoraſſe epiſcopo poſt confirmationem iuriſdictionem cõpetere, cum & ipſe docuerit in iuribus ſupra allegatis, in præſenti tamen alia eſt eius mens nempe reprehendere epiſcopum allegantem mandatum ipſi non dirigi, qua ſi dixerit Alexander tempore dati reſcripti Archidiaconus eras, & canonicus, non in epiſcopum conſecratus, ſicut iam exiſtis tempore præſentationis vt conſtat ex integra iam relata. ergo obtemperare debebas reſcripto ad capitulum directo tamquam ſubſtitutum, & tui ipſius vices gerens ex veriori interpretatione. ita ſoluitur primum.

Nec obſtat ſecundum quia reſ- 22.
pondeo reſcriptum ſui natura reſtringibile non impediri extenſiones à delegationis natura, vel iuris beneficio, aut interpretatione prouenientes. c. ſedes, 15. c. ſignificauit. 36. iſto tit. c. 1. c. de cauſis 4. c. præterea. 5. c. ſignificaſti. 7. c. ſane. 11. c. ex litteris. 29. de off. delegati cum aliis. Vnde cum mandatum capitulo tamquam epiſcopi ſubſtituto, & vices gerenti directum epiſcopum iam confirmatum obliget reſcripto vt obtemperet ex dicta obligatione in eum transfuſa neceſſe eſt, & idcirco non impeditur quinimo obligatur ex ipſius reſcripti natura. ita ſoluitur ſecundum.

Nec obſtat tertium in quo duæ 23.
ſunt diſputationes altera de Iudæis, altera de alienigenis. circa priorem Iudæos etiam ad fidem conuerſos, à dignitatibus, beneficiis, officiiſque Eccleſiaſticis excludendos fore probatur. 1. ad Timotheum. c. 3. ibi non

Digitized by Google

Neophitum ne in ſuperbiam elatus in iudicium incidat diaboli. c. quando, ibi gens, 24. d. c. quoniam. c. fin. 48. d. c. Neophitus 61. d. d. c. conſtitui, 17. quæſt. 4. c. monaſteriis. 19. quæſt. 3. contrarium autem admittendos eſſe probatur quia fides à Iudæis primo recepta fuit, & eorum authoritate Eccleſia fundata fuit. c. in nouo. 21. d. & inde Neophiti interdum admittebantur c. 1. 57. d. deinde Deus, quem Eccleſia immitari debet non potentes, nec principes, ſed immobiles, humileſque in religionis fundamentum elegit, nec perſonarum acceptor eſt, ſed virtutis, Pauli ad Romanos. c. 12. ad Galatas. 2. ad Epheſios. c. 6. c. venerabilis 37. de præbendis, c. ad decorem de inſtitut. text. optimus in præſenti, quare Doctores opinionibus diniduntur, quæ ita reducuntur propoſitionibus. Prior eſt propriè Neophitos admittendos non eſſe, propriè dicuntur recenter conuerſi, accipiūtur triēnio non probati ex Iuſtiniano in auth. de Monachis §. ſi quis igitur, & Diuo Gregorio in d. c. Monaſteriis Biennio, communior eſt vt epiſcopi relinquantur arbitrio. Secūda propoſitio eſt Neophitos in fide iam inſtructos virutéq; inſignes poſſe ab epiſcopo admitti. Tertia propoſitio in fide Catholica natos à parentibus Iudæis, Sarracenis, vel gentilibus prouenientes ad Sacerdotium, Eccleſiaſticáque beneficia admitti poſſe, omnes conueniunt admitti debere, communior eſt, niſi quos ex cauſa ſingulari iniurios Eccleſiæ epiſcopus arbitrabitur. Quarta propoſitio eſt eoſdem eaſdémque rationes Eccleſiæ ſtatuto per fidem Appoſtolicam confirmato rectè excludi, & verior eſt, & communior. Quinta in capellaniæ, vel beneficij creatione eos ab inſtituente eadem ratione excludi poſſe. Sexta idem in clericorum conuentu, vel congregatione inſtitui poſſe facilius probatur. Septima in Collegiis, vel aliis congregationibus à fortiori eos poſſe excludi, ratio poſtulat, ad quas reducenda ſunt dicta iura; & vtriuſque partis fundamenta, inde interpretandus eſt noſter text. in cuius explicatione omnes torquentur, verius eſt Martinum recenter conuerſum fuiſſe vt ex text. principio conſtat, diuina tamen gratia virtute probatum, cuius ſciens, & prudens Alexander. 3. eum admitti mandauit. Vnde epiſcopus cauſa nulla potuit excuſari. Inde etiam interpretandum eſt Tridentinum ſeſſ. 23. c. 5. & 7. in quinto de natalibus, in ſeptimo de genere inquirendum eſſe diſponitur multi opinantur ad illegitimos dumtaxat referri, verius eſſe illegitimos hæreticorum filios recenter conuerſos, & Eccleſiæ iniurios comprehendi: inde etiam accipienda eſt Gregorij. 13. conſtitutio anno 80. edita, genus lege Pontificia prohibitum excludens, excluſio enim ad ſuperiores propoſitiones refertur ſic explicanda ex gloſa fin. & communis Immolæ, Abbatis vltimo notabili, Felini, Decij num. 6. Ripæ. 29. hic, Coua. in clementina ſi furioſus 1. p. §. 2. nu. 7. Simancas in catalogiis inſtitutionum tit. 46. & in defenſione ſtatuti Toletani ſub nomine Didaci Velazquez c. 37. latè in praxi, Petrus Surdus conſilio. 122. altera diſputatio eſt de

24. alienigenis, quos admittendos eſſe, vtraque ratio Appoſtoli, & Pontificis in d. c. venerabilis rectè probat, quia vndequaque venerint diuina gratia cenſentur vocati, c. ad decorem de inſtitutionibus, atque in Eccleſiaſticis virtutem magis, quam authoritatem, & originem reſpiciendum eſſe probant Appoſtoli authoritates, & dictum caput, venerabilis optimè noſtrum textum contrarium tamen non admittendos eſſe probatur dictis Deutheronomij, & Hieremiæ authoritatibus vbi populo per inprecationem ſacerdotes alienigenas pollicetur Deus. Geneſis c. 11. vbi linguarum confuſione caſtigatur, pulchrum argumentum eſt actuum c. 2. vbi ad publicandam ſacroſancti Euãgelij legem diuina Spiritus ſancti gratia Appoſtolos variis linguis edoceri ſcriptum eſt inde d. l. in Eccleſiis 11. C. de Epiſcopis & clericis, c. nec emeritis; c. nullus. 61. d. c. portandum 71. d. c. bonæ 4. §. finali de poſtulatione Prælatorum, c. fin. de clericis peregrinantibus, Cancellariæ regula de idiomate. Vnde in omnibus ferè religionis Chriſtianæ nationibus à dignitatibus, beneficiiſque alienigenæ excluduntur in Hiſpania l. 14.
25. cum ſeqq. l. 34. tit. 3. lib. 1. compilationis l. 1. & 2. tit. 3. lib. 7. compilationis, de aliis referuntur infra allegandis rationéſque aſſignantur multæ, quæ ad duo capita reducuntur, Alterum charitatis, quam in originarios, veluti proximioribus magis conſiſtere lex præſumit arg. c. eſt probanda, c. exterum 86. d. alterum, præiudicij reſpectu regni, & reipublicæ, quæ omnibus communia ſunt. aliæ ſingulares rationes ſunt vnicuique Prouinciæ, vt de Hiſpania refertur in Regum Catholicorum Hiſtoria. c. 222. de aliis referuntur infra dd. quare nationis, & originis in reſcripto mentionem facere neceſſe eſt d. c. bonæ gloſa fin. in c. ſi proponente 42. iſto tit. communis ibi & in d. c. bonæ, & in d. c. hortamur gloſa in pragmatica ſanctione in principio verbo, exterorum, gloſa in regula Cancellariæ de idiomate vbi Ludouicus Gomecius, & Mandoſius, Rebufus in praxi beneficiorum c. de reſcriptis mixtis & c. ſequenti. Coua. in practicis c. 35. Copinus de dominio Franciæ libro. 1. tit. 12. inde diſputantes qua ratione exteri, & alienigenæ in beneficiis, & penſionibus incapaces dicantur.

In cuius explicatione primo, Conſtituo reſcriptum ad beneficia impetratum in facta originis mentione ſubrecticium eſſe argumento dictorum iurium. ergo in d. c. ſi proponente, & communis ſupra relatæ. 26.

Secundo conſtituo alienigenas iure communi ad beneficia & penſiones incapaces non eſſe, nec iure noſtro incapacitatem deprehendi ex dictis iuribus, nec aliis. 27.

Tertio, conſtituo alienigenas ex dictis rationibus & authoritatibus, priuilegio, vel ſtatuto incapaces fieri poſſe, atque ita in Hiſpania probari ex priuilegio Sixti. 4. Regibus conceſſo. 28.

Quarto, conſtituo alienigenas particulari defectu incapaces fieri poſſe, ſcilicet ex idiomatis ignoratione dicta Cancellariæ regula de idiomate, Luys Gomes, & Mandoſius, & Corraſius in præd paraphraſis ſecunda parte. 29.

Digitized by Google

30. Quinto, conſtituo alienum clericum naturali præferri fas non eſſe, ſi tamen præferatur collationem iure valere, itaque interpretandus eſt textus in d. c. nec emeritis, d. c. nullus d. c. bonæ cum aliis, niſi vero priuilegium, vel ſtatutum vt in diœceſi Palatina, Burgandia, & Calagurritana, verum collatio aliter facta nulla eſt vt referunt Coua. & alij ſupra.

31. Sexto, conſtituo ita interpretandum eſſe noſtrum textum mandatum à Martino ei impetratum ſi originis mentionem non faceret ſubrecticium foret, cui Epiſcopus obtemperare non potuit c. cum teneamur de præbendis c. ſi quando ſupra, vbi diximus. at vero cum originis mentionem fecerit Epiſcopus nulla ratione excuſari potuit niſi in Eccleſia Tornacenſi priuillegium, aut ſtatutum contrarium foret iuxta ſuperiores traditiones. ita ſoluitur textus.

SEQVITVR EXPLICANDVS TEXTVS IN C. AD AVRES. VIII. iſto titulo.

Summarium huius capituli.

1. *Non valet reſcriptum ad beneficia impetratum tacita impetrantis dignitate, & ratio, & numeris ſequentibus.*
2. *Tacita cauſa, quæ faceret difficilius concedi reſcriptum facit eum nullum.*
3. *An appellatione beneficij maioris, dignitates comprehendantur, diſputatur.*
4. *An noſter textus loquatur in reſcripto ad beneficia.*
5. *An in reſcripto ad lites, & de intellectu textus.*

SVMMA SEV CONCLVSIO.

NON valet reſcriptum ad beneficia impetratum tacita impetrantis dignitate.

Pro ratione dubitandi primo ſic argumentor. beneficij appellatione maiores etiam dignitates comprehendi certum eſt in rubrica, & ca. vnico vt Eccleſiaſtica beneficia, c. maioribus de præbendis, c. 2. de conceſſione præbendæ c. penultimo de verborum ſignif. c. 1. de re-

gulis in ſexto, ſed impetrantes in noſtro textu ſe beneficiarios dicebant vt ex littera conſtat, ergo dignitatis mentionem facere opus non erat.

Secundo, ſic argumentor. reſcriptum tacita impetrantis dignitate ſubrecticium eſt. c. ſuper litteris. 20. iſto titulo ſed ſubrecticium iure directo valet donec irritetur. c. cæterum. 3. c. ſi autem. 9. c. plerumque 23. iſto tit. c. vt debitus 59. de appellationi-
1. bus, ergo non rectè hic diſponitur non valere.

Quibus non obſtantibus contrarium in præſenti reſpondet Lacius. tertia decidendi ratio ex littera deprehenditur, ibi (cum intentionis noſtræ, &c. perpetuum enim eſt Principis beneficium, ad alterius iniuriam non extendi, textus ita interpretandus in l. fin. ff. de conſtitutionibus Principum, lex facto, 45. ff. de vulgari, ibi) etenim iniquum incipit fieri Principis beneficium, l. 2. §. merito, §. ſi quis à Principe ff. ne quid in loco publico, l. ſi quando 8. l. ſi aliquando C. de operibus publicis c. de Eccleſiaſticis. c. reſcripta 25. quæſt. 2. c. intelligentia iuncta gloſa 1. de verb. ſign. c. ſi propter tua de reſcriptis libro. 6. cum itaque minora beneficia dignitatibus concedere ſine minorum clericorum iniuria fieri non poſſit, vt apertè reſpondet noſter textus non præſumitur voluiſſe Pontificem minoribus detrahere, & idcirco reſcriptum tacita dignitate
2. non valet, quia in reſcriptorum tractatu certum eſt ſuppreſſa aliqua cauſa, qua expreſſa Pontifex negaret, aut ſaltem difficilius cõcederet, reſcriptũ ſubrecticium eſſe ex doctiſſimo reſponſo dicti. c. ſuper litteris. 20. infra, ita gloſa in præſenti, verbo intentionis, Enricus, Baldus num. 2. Ripa. 6. Veroius. 9. Mantua. 11. quæ ratio in ſe veriſſima eſt, non tamen ſatis concludens quoniam obtineret etiam quando reſcriptum motu proprio conceditur, eadem etiam iniuria minoribus irrogaretur, valet in reſcriptum. c. ſi motu proprio. 23. de præb. in 6. ergo ea ratione non mouetur Pontifex in præſenti.

Quare ſecunda decidendi ratio aſſignatur non valere in præſenti reſcriptum tacita dignitate impetratum, quia ſi exprimeretur Pontifex negaret, vel difficilius concederet, d. c. ſuper litteris ne minores clerici à Potentioribus opprimerentur argumento legis primæ ff. de allienatione iudicij, & l. 1. C. ne liceat Potentioribus c. 1. de allienatione iudicij, ita ſignificat noſter textus, & cap. ne liceat potentioribus eodem de allienatione. ratio in ſe vera eſt retinet tamen ad oppreſſionem iudicialem. noſter autem textus videtur loqui de reſcripto ad beneficia.

Vnde tertia decidendi ratio ex textu probatur iuxta duo beneficiorum principia, alterum pluralitatis prohibitæ, c. quas actiones, c. de multa de præb. extrauag. execrabilis de præbendis Trident. ſeſſ. 7. c. 4. & 5. & ſeſſ. 24. c. 17. altera maiora maioribus, minora minoribus conuenire beneficia. c. poſtulaſti. 27. infra iſto tit. c. conquerente de clericis non reſidentibus, c. cum teneamur ibi, (de quo poſſet commodè ſuſtentari) de præb. & digni. c. ſi pauper. 30. de præb. libro. 6. idcirco tacita digni-

tate reſcriptum non valet. ea enim expreſſa Pontifex forſan moueretur ad negandum vel difficilius concedendum d. c. ſuper litteris. ratio eſt ne maiores reddituum abundantes vt ex littera conſtat minoribus detrahant, & prædicta iuris principia infringantur. inde laudatur noſter textus à relatis, & ſtatim referendis, vel intercedenti pluralitatis ratio ſit vltra traditus ad text. in d. c. quod in tantum, & d. extrauag. execrabilis, ne plurales redditibus abundantes minoribus detrahant; quæ ratio congruit noſtri textus interpretationi, vt obtineat in reſcripto ad beneficia. multi tamen defendunt procedere in reſcripto ad lites vt ad ſecundum diſputatur, quo caſu magis conuenit ſecunda ratio, de vtriuſque reſolutione in ſecundo agendum eſt.

Non obſtant in contrarium adducta, quia priori reſpondeo maiorem ſatis controuerſam eſſe, minor autem negari poteſt ſcilicet impetrantes ſe beneficiarios dixiſſe quia noſtri textus verba, ibi (ſimplici nomine) magis ſignificant ſe dixiſſe clericos, quam beneficiarios, ſed iſte intellectus conuincitur facilè ex illis verbis (redditibus abundantes) quæ ad beneficiarios ſpectant, & ratione probatur quia taciturnitate beneficij etiam modici, & tennis reſcriptum vtique vitiatur d. c. poſtulaſti, c. ad audientiam. 31. c. in noſtra. 32. infra c. non poteſt de præb. libro. 6. ineptúmque foret beneficium tacenti dignitatem non exprimere imputari, ergo difficultas conſiſtit in maioris explicatione an beneficij nomine maiora, & dignitates comprehenden-
5.
tur, in quo duæ ſunt communes contrariæ, altera communis eſt beneficij appellatione maiora, & dignitates comprehendi ex iuribus in primo argumento allegatis. altera communis eſt ſolum comprehendi quod exprimitur, nec ad aliud extendi. c. fin. de præb. c. quamuis 4. c. cum illis. 16. in principio & in paragraphis de præb. libro. 6. inter quas plures aſſignantur compoſitiones vt refert Innoc. Hoſt. & omnes in præſenti ſecundum Immo. Abb. & Felinum n. 2. Decium. 4. Ripam. 19. Veroium. 15. Mantuam. 17. hic Æmilium, Rotæ deciſione. 245. 3. parte Mandoſium conſilio 55. num. 18. communior tamen eſt prior obtinere in fauorabilibus, poſteriorem in odioſis, ex vulgari regula, odia reſtringi in ſexto facilè tamen conuinci poteſt etiam in odioſis, & pœnalibus, comprehendi dignitates etiam Epiſcopos. c. Fœlicis §. ſi quis de pœnis in ſexto, clemẽtina vnica de ſequeſtratione poſſeſſ. & fructuum, quorum pœna etiam ad Epiſcopos extenditur, quare communiori ſententiæ adiiciendum eſt niſi rei, de qua agitur natura aut ratio contrarium poſtulauerit, vt ex eiſdem iuribus apertè probatur, ac proinde in præſenti ſi ſequimur reſcriptũ eſſe ad beneficia ambitioſum eſt, indicta tacita dignitate ſubrecticium, quia ambitionis natura reſtringẽdum eſſe poſtulat, d. c. quamuis. ſi ſequimur eſſe ad lites quatenus minores à potentioribus opprimuntur odioſum eſt, & ita reſtringi debere eadem ratio poſtulat vt diximus ad rationem decidendi, & ſtatim explicabimus. ſoluiturque primum argumentum.

Non

7

4. Non obſtat ſecundum, quia ad eius cognitionem ſciendum eſt noſtrum textum duas habere interpretationes. altera eſt obtinere in reſcripto ad beneficia, primo ex noſtri textus ſumma, & verbis, ibi (ſuper minoribus beneficiis) Secundo quia hic dignitatem exprimere neceſſe eſt, vt ex littera conſtat, ſed iure Pontificio cautum non eſt in reſcripto ad lites dignitatis mentionem exigi, quamuis alia petantur requiſita in c. cæterum. 3. c. ſi autem 9. c. ad hæc infra c. ſuper litteris. 20. infra hoc titulo cum aliis vt refert Rebuſus in praxi. c. de reſcripto iuſtitiæ, Menoch. de arb. caſu. 202. Cucus libro, 2. tit. 4. Naua. in c. ſi quando ſupra. Tertio quia reſcriptum in noſtro textu nullum ipſo iure eſſe probatur ibi (vires nolumus obtinere) reſcriptum autem ad lites non ipſo iure ſed exceptione oppoſita annullatur, d. c. cæterum cum aliis ſupra. c. ſignificantibus. 38. de off. deleg. ergo in reſcripto ad beneficia intelligi vt fateamur neceſſe eſt, gloſa verbo litteras, & omnium ſententia communior vt ab Innoc. & aliis probant Immola, Abbas, Felinus, Decius Veroius, & Mantua in præſenti, Menoch. caſu. 201. num. 40. & ſupra relati & ad rationem decidendi.

5. Altera eſt in reſcripto ad lites noſtrũ textum accipiendum eſſe, primo ex textu ibi, (ſuper minoribus beneficiis inquietent) in integra ſcribitur (vexent) quod ad moleſtiam iudicialem magis pertinet. Secundo ex textu ibi, (actor) nomen enim eſt ad iudicij formam neceſſarium, l. 1. C. de edendo, l. actor C. de probat. c. forus, de verb. ſignificatione, nec à Lucio tertio beneficij impetrator vocaretur actor niſi ex impetratione ad iudicialem contentionem. Tertio quia Lucius 3. apertè reſpondet non valere reſcriptum ne pauperes clerici à potentioribus opprimantur; huiuſmodi autem oppreſſio iudicialis eſt, quia & iure ciuili conſtitutum erat ex Principis reſcripto pauperes non poſſe à potentioribus extra domicilium trahi l. illicitas. §. ne potentioribus. ff. de off. præſidis, l. vnica C. quando imperator inter pupillos, & viduas, l. 1. & 2. C. ne liceat potentioribus. l. 30. tit. 2. parte 3. l. 15. & 16. titulo 7. parte 3. l. 1. & fin. ff. de allienatione iudicij cum relatis à Coua in practicis. c. 6. & 7. deciſione pedamontana 144. Mandoſius de ſignatura gratiæ §. ceſſiones. Menochius conſilio. 2. & 36. volumine. 1. ita etiam Pontifex in præſenti prohibet pauperes clericos à Potentioribus moleſtia affici ex Appoſtolico reſcripto non facta dignitatis mentione impetrato. ita Veroius hic in principio quæ interpretatio litteræ magis conueniens eſt. nec obſtant prioris fundamenta. primum quia illa verba (ſuper minoribus beneficiis impetrantes) ita contentioſo conueniunt, ſicut gratioſo, poſtea tamen in Pontificis reſponſo ibi (ſuper minoribus beneficiis inquietent) contentioſo propriè competunt: nec obſtat ſecundum quia licet antea iure noſtrum cautum non eſſet, ſufficit ex noſtro textu Lucium tertium ita docuiſſe vt ab hinc ſatis conſtitutum ſit. Pontificum enim reſponſa, aut ſecundum antiquas traditiones prodita ſunt, aut nouis quæſtionibus nouæ conſtitutiones applicantur, atque

vtraque in ſpecie ius, non gratia, vel diſpenſatio producitur c. ex multa in primo de voto. c. conſultationi, vbi gloſa.& communis de temp. ordinationum inde ſi iuxta antiquas traditiones conſtitutio ſit veteris iuris declaratio, vel reformatio eſt: ſic iuxta nouas quæſtiones nouum etiam ius conſtituitur. c. 1. de allienatione iudicij. c. 2. iuxta communiorem interpretationem de iudiciis cum pluribus aliis. ita in præſenti Lucius. 39. eleganter nouæ conſulens quæſtioni conſtituit nullum eſſe reſcriptum tacita impetrantis dignitate impetratum ad conueniendos clericos pauperes ſuper minoribus beneficiis quia Appoſtolicæ intentionis, non eſt huiuſmodi conſentire oppreſſionibus, quare in poſterum dignitatis, & Eccleſiæ mentionem facere neceſſe eſt, ad impetrandum reſcriptum contra pauperes clericos ſuper minoribus beneficiis. ad hoc celebris eſt noſter textus cum Decio & Veroio num. 2. Menoch. ſupra n. 39. & 40.

Nec obſtat tertium quia reſpondet Veroius noſtrum textum 9. ibi (vires nolumus obtinere. intelligi oppoſita exceptione vt in c. cæterum ſupra, ſed errat, quia & cōmunior & verior eſt ipſo iure nullum eſſe. & ita noſtrum textum accipi diuerſa tamen ratione idcirco reſpondendum, quod ſicut communi traditione reſcriptum ad lites ſubrecticium non eſt ipſo iure nullum ſed exceptione annullandum. c. cæterum ſupra ita communi traditione ſi doloſum fuerit ipſo iure nullum eſt. c. ſequenti, c. ſedes. 15. c. ſuper litteris 20. infra iſto titulo quia dolus, & fraus nemini patrocinantur maximè ſi Principem fallere procurant l. 1. C. de iis qui à non dominis, l. 1. C. de natalibus reſtitu. l. & ſi legibus C. ſi contra ius, vel vtil. pub. c. dicenti §. & ſi legibus. 25. quæſt. 2. quia ad inducendam nullitatem quoties interuenerit dolus nulla differentia eſt inter reſcripta gratiæ, & iuſtitiæ, ac proinde in præſenti reſcriptum ad lites tacita impetrantis dignitate contra pauperes clericos ſuper minoribus beneficiis impetratum ipſo iure nullum eſt, ita accipienda eſt Doctorum traditio Decij in primo, Veroij num. 14. in præſenti Veroij num. 11. in d. c. ſuper litteris, Zuarez allegatione. 2. nu. 31. Rebuſi. 2. tomo. tit. de reſcripto n. 94. Menochij d. caſu. 201. num. 2. & 10. ita abſoluitur textus.

SEQVITVR EXPLICANDVS TEXTVS IN C. SI AVTEM IX. infra iſto titulo.

Summarium huius capituli.

1. *Valet ſecundum reſcriptum de primo mentionem non faciens, ſi eo*

Digitized by Google

dolo, aut negligentia impetrans non fuit vſus, & datur ratio numero ſequenti.

2. *Dÿ, & leges diligentes adiuuant, ius non adiuuat negligentes.*

3. *An dolus, & negligentia ex lapſu temporis præſumatur.*

4. *An reſcripta ſint perpetua, & de intellectu legis, falſo. C. de diuerſis reſcriptis.*

SVMMA SEV CONCLVSIO.

VALET ſecundum reſcriptum ab aduerſario impetratum etiam ſine prioris mentione, quo primus impetrans dolo, vel negligentia vſus non fuerit.

Pro ratione dubitandi primo ſic argumentor, primus impetrans agere ſemper poteſt cum reſcriptum ſui natura perpetuæ cauſam habeat, l. falſo C. de diuerſis reſcriptis, auth. conſtitutióque, de dignitatibus §. fin. c. ſicut. 36. de præb. in 6. c. decet. 16. de regulis iuris in ſexto, & excipere in perpetuum poterit quia ad reſcripti præſentationem annus conceditur c. plerumque 23. iſto tit. ſed annua ad agendum perpetua ſunt ad excipiendum. l. curæ §. fin. ff. de doli exceptione, l. licet C. de exceptionibus ergo reſcriptum primo impetratum per non vſum amitti non poteſt.

1. Quibus non obſtantibus contrarium in præſenti diffinitur, limitatur enim communis traditio reſcriptum de primo mentionem non faciens non valere c. cæterum ſupra iſto titulo cum adductis in ratione decidendi hic repetendis vt non obtineat in doloſo, vel negligente vt reſpondet Lucius 39. in doloſo, ratio eſt dolum, & fraudem nemini patrocinari etiam in reſcriptis argumento legis ne ex dolo ff. de dolo, l. 3. C. de repudiis, c. ſedes. 15. c. ex ratione c. ſuper litteris infra, C. 1. & 2. de allienatione iudicij, gloſa & communis in præſenti, & in d. l. falſo cum allegatis à Menoch. caſu. 201. num. 76. & de præſumptionibus lib. 1. præſumptione 58. Petro Surdo conſilio. 15. cum aliis infra, in negligente ratio eſt, vel in pœnam quia Dij & leges facientes adiuuant. † non negligentes, l. non enim. 16. ff. ex quibus cauſis maiores, l. quod autem. 6. §. ſciendum ſibi enim vi- 2.
gilauit, l. Pupilus 24. ibi (ius ciuile vigilantibus ſcriptum eſt) ff. quæ in fraudem creditorum, c. placuit & 2. 16. quæſt. 3. c. 1. de præſcriptionibus, aut quia præſumitur temporis lapſu iam reſcripto vti nolle in præſenti, & in d. c. plerumque c. 2. §. fin. de conceſſione præb. c. ſi clericus. 11. de præb. in 6 l. 35. tit. 18. parte 5. gloſa 1. & communis in præſenti, & in d. l. ex falſo ex Meneſio num. 6. Rebufo in praxi c. de differentia inter reſcripta num. 42. Menoch. d. caſu 201. Æmilio Rotæ deciſione. l. 266. 1. parte Maſcardo de probat. concluſione. 118. & concluſione. 1092. † Vnde de

3\. ducitur à gloſa 1. in præſenti temporis lapſu & dolum & negligentiam præſumi, in negligentia communiter recipitur, & in dolo communiter quia dolus non præſumitur cum delictum ſit l. merito. 51. ff. pro ſocio c. eſtote miſericordes de reg. j. infra, cum infra allegatis, & Petro Surdo conſilio. 10. niſi ex argumentis, indiciiſque probabilibus l. dolum C. de dolo. l. dolus C. de reſcindenda venditione. c. 2. de renuntiatione libro 6. gloſa verbo cauſa in l. apud Celſum ff. de doli exceptione, gloſa 1. in d. l. dolus, Aluericus, & Alex. in d. l. dolum, Felinus, & Decius in primo hic, Surdus conſilio 32. Maſcardus de probationibus concluſione. 530. & 868. Vnde fit ad noſtrum text. & cap. plerumque interpretationem negligentiam per lapſum anni probatam eſſe dolum intra annum probari poſſe ex Immola, Abb. n. 4. Felino, & Decio in præſenti in principio, Veroio in c. 1. n. 54. ſupra iſto tit. Æmilio ſupra, gurdo conſilio. 3. idcirco ſi primus impetrans comminatus eſt de moleſtando aduerſarium pro arbitrio dolus dicetur prolatus, vel ſi litteras impetrauit ad decipiendum aduerſarium c. oblatæ. verſ. ſi vero de appell. in quo plurimum valet iudicis arbitrium, ex Innoc. in d. c. plerumque, Decio in d. c. oblatæ Menoch. de arb. caſu 204. quibus in caſibus valet ſecundum reſcriptum etiam de primo mentionem non faciens, niſi primum impetrans ex impedimento vti reſcripto non potuiſſet vt docuit noſter textus in fine, & in d. c. plerumque. impeditis enim vtraque lex ſemper conſuluit, l. non enim. 16. ff. ex qq. cauſis maiores, c. quia diuerſitatem de conceſſione præb. c. commiſſa. 35. verſ. annus de dicto libro 6. veluti ſi iudicis copiam non habuerit vt in præſenti, & in d. c. plerumque idem in quocumque alio iuſto impedimento, ſi ipſe primus impetrans diligentiam habuerit, vel proteſtatus fuerit c. fin. de appell. gloſa verbo proteſtara in c. cupientes §. quod ſi per viginti de electione in ſexto ibi, & in præſenti cõmnis, Coua. in 4. 2. parte c. 3. §. 5. n. 12. Surdus conſilio 13. Maſcardus concluſione 116. & 884. Menochius de arb. caſu 118. ita accipienda eſt noſtri textus, & capituli plerunq. interpretatio.

Nec obſtat dubitandi ratio, † quia 4. textus in d. l. ex falſo plures habet interpretationes ibi, & hic relatas & à Menoch. d. caſu. 201. num. 77. quibus omiſſis veriſſimum eſt reſcriptum ſui natura perpetuum eſſe, ita à Rota diffinitum fuit reſcripta per nõ vſum non amitti, vt refert Puteus deciſione. 379. libro 2. limitatur tamen in noſtri textus, ſpecie in qua primus impetrans ex ſecundo reſcripto in ius vocatus ante quam ſuo reſcripto per dolum, vel negligentiam vſus non fuerit excuſari non potuit vt docuit Lucius 3. hic, & Innoc. in d. c. plerumque ſic interpretantes d. l. falſo, ad quem intellectus reducendus eſt. Bar. Aluericus, & communis in d. l. falſo teſte Meneſio ibi n. 6. Abb. nu. 4. Felino, & Decio in principio in præſenti. l. 35. tit. 18. p. 5. Menochius caſu. 204. nec obſtat d. l. curæ §. fin. quam interpretatur Iaſon in l. nam & poſtea §. ſi minor n. 23. ff. de iure dotium, Abb. Felinus & Decius in præſenti, Me-

Digitized by Google

noch. d. caſu. 201. & 204. quibus omiſſis reſpondendum eſt illam traditionem annua ad agendum perpetua eſſe ad excipiendum plures habere limitationes, inter eáſque obtinere aſſignatam in præſenti, & in d. c. plerumque, exceptionem ſcilicet perpetuam eſſe niſi lex, vel Princeps certũ terminum vtendi præſcripſerit propter dolum & negligentiã in præſenti reſtringitur poteſtas vtẽdi reſcripto, quæ iure noſtro annum habebat d. c. plerumque, etiam hodie vt in praxi aduertit Mãdoſius ad caſus annales n. 131. ſicut & perpetuum eſt quando à lege vtẽdi tempus præfinitum eſt l. in contractibus C. de non numerata, l. quoties C. de precibus imp. offer. §. ſi inſt. de litterarum oblig. cum relatis à Iaſſone in l. nam & poſtea §. quod ſi minor num. 25. ff. de iu. dotium, Immola, Abb. Feli. num. 5. Decio 4. in præſenti, Menoch. d. caſu. 204. ita abſoluitur argumentum & textus.

SEQVITVR EXPLICANDVS TEXTVS IN CAP. AD HÆC. X. INfra hoc titulo.

Summarium huius capituli.

1. *Non valent reſcripta, quibus iudices dantur, vel negotia futura committuntur, & ratio traditur.*
2. *An commiſſio ſola generalis & incerta faciat reſcripta non valere, & an incertitudo ſola iudicum, an vtrumque requiratur, vt reſcripta viribus careant &c. latè diſputatur.*
3. *Incertitudo, quæ commodè ad certitudinem reduci poteſt actum non vitiat, & quando dicatur commodè ad certitudinem reduci, & num. finali.*
4. *In noſtro textu non valuit reſcriptum incertum, quia ad certitudinem commodè reduci non potuit.*
5. *Praxis Romana quod in certis dignitatibus, & certa tamen Eccleſiâ fiebant commiſſiones.*
6. *Intellectus ad textum in c. 2. de off. delegati.*
7. *Declaratur c. 1. & fi. de off. delegati in 6. circa conſeruatores.*
8. *Quid de iure ciuili de incertitudine.*
9. *Incerta dos à patre promiſſa valet & quare.*
10. *Legata an incertis perſonis ſiant.*

Digitized by Google

SVMMA SEV CONCLVSIO.

NOn valet reſcripta quibus incerti iudices dantur, vel negotia futura committuntur.

Pro ratione dubitandi ſic argumentor, aut huiuſmodi reſcripta continent incertitudinem quoad iudices vel generales commiſſiones quoad negotio, aut ſumus in dubio, ſed in nullo caſuum iſtorum noſter text. iure procedit, ergo non rectè à Lucio.3. reſponſum. maior probatur ex noſtri textus littera ad eos caſſus expreſsè relata. minor patet primo quia incertitudo, quæ ad certitudinem commodè reduci poteſt non vitiat l. cum poſt. 70. §. gener. ff. de iure dotium, l. 3. C. de dotis promiſ. l. quidam relegatus. 5. l. quem hæredi 25. ff. de rebus dubiis, c. paſtoralis 14. §. quoniam. c. ſedes. 25. c. Rodulfus. 35. c. Abbatem 40. iſto tit. c. duobus eodem in ſexto maximè cum impetrantium electione vt quotidie fit authoritate Trid. ſeſſ. 25. de reformatione. c. 10. valeat certificari. Secunda pars minoris quod commiſſio valeat ad omnia negotia probatur, l. cum Prætor. 12. ff. de iudiciis, c. diſpendia eodem de reſcriptis in ſexto vt in foraneo iudice epiſcopi, qui eſt delegatus ad negotia alicuius caſtri gloſa verbo, foraneo, in clem. & ſi principalis de reſcriptis, & in iudicibus conſeruatoribus c. 1. & fi. de off. delegati in ſexto. Tertia pars ſcilicet ſi ſit dubia Pontificem conſulendum eſſe probat textus in c. 2. de off. deleg. ergo conſequentia procedit.

Quibus nonobſtantibus contra- 1.
rium † in præſenti diffinitum eſt à Lucio. 3. c. quando de reſcriptis, ſcilicet litteras ad omnia negotia, & ad incertos iudices eligendos ab impetrante non valere, cuius deciſionis ratio proponitur in præſenti in illis verbis (examen ordinarij iudicis &c.) quæ ſic explicantur, quod cum incertitudo commiſſionis cauſet læſionem iuriſdictionis ordinariæ, ac proinde Eccleſiaſticus ordo perturbetur, c. peruenit. 30. in fi. 11. quæſt. 1. c. nunc vero 9. qu. 3. reſcripta ex tali incertitudine commiſſionis non amittuntur, quia præſumitur id non fuiſſe ex mente Pontificis c. ſuper eo in fine de off. delegati, c. per tuas de maio. & obed. ita Innoc. Abb. num. 3. Immola num. 1. Decio num. 4. & alij in præſenti vnde Immola d. num. 1. dicit ſumi rationem vt reſcripta cenſeantur odioſa ac proinde reſtringenda tamen licet prædicta ratio ſic add. explicetur vltra procedunt verba noſtri textus hic, vt ſic non ſolum conſideret læſionem iuriſdictionis ordinariæ, ſed etiam præiudicium litigantium, quia ſibi eliget propicios, & litigantibus ſuſpectos, & ſic vtrumque in noſtra decretali videtur
conſiderari. Vnde † quærendum erit 2.
an commiſſio ſola generalis & incerta faciat vt reſcripta non valeant, an incertitudo ſola iudicum, an vtrumque requiratur vt reſcripta viribus careant, & an vt incertitudo iudicum vitiet ſiue ſola, ſiue iuncta cum

commiſſione generali requiratur, vt relicta fuerit electioni impetrantis, in quo gloſa in præſenti verbo, elegerint, tres refert opiniones. Prima vt incertitudo iudicum ſola ſufficiat ſine commiſſione generali, & cõmiſſionem generalem ceſſante in certitudine iudicum non ſufficerent reſcripta iuribus careant. Secunda opinio vt commiſſio generalis ſola ſufficiat ceſſante incertitudine iudicum vt in præſenti ceſſauit electi enim fuerant iudices in impetratione. Tertia opinio vt incertitudo iudicum, & commiſſio generalis fuerint in cauſa vt reſcripta inualidentur, tamen potiorem rationem fuiſſe prædictæ inualidationis incertitudinem iudicum, quam vltimam ſequitur gl. tamquam veriorem ex qua non cognoſcitur an ſenſerit vt incertitudo iudicum ſola vitiet necne. Vnde Abb. in præſenti num. 6. ex Compoſtelano, & ex eis communis traditio vt refert Decius hic num. 12. exiſtimant generalem commiſſionem ad omnia negotia præſentia, & futura ſolam ſufficere vt reſcripta non valeã tamquam impetratæ contra Stylum curiæ c. fin infra. item ex incertitudine iudicum reſcripta non valere, quę interpretatio licet in ſe vera ſit, de quo infra tractabitur quoad text. noſtrum non procedit, nec ex eius deciſione cognoſcitur imo contrarium, cum omnia ſimul iuncta conſiderentur vt cognoſcitur in illis verbis (examen ordinarij iudicis) vſque ad nos igitur. item quia ſi verum eſſet reſcripta reddi ſuſpecta ex eo quod impetrentur ad futura negotia cum verba in noſtra decretali ſimpliciter iaceant ſcilicet ad omnia negotia intelligenda ſunt de præſentibus negotiis, non autem de futuris vt ſic magis conueniant Stylo Curiæ, contra Stylum enim eſt reſcripta ad futura negotia impetrari d. c. fin. de reſcriptis infra, deciſio Rotæ in nouis deciſione. 18. tit. de reſcriptis num. 2. & quia regulare eſt diſpoſitiones ad futura non extendi, vt in huius rei confirmationem plura cumulat Felinus in c. fide conſtitutionibus n. 16. & Bar. in l. ſi ita de auro & argento legato iuncto textu, pro quibus eſt bonus textus in l. item eorum §. ſed ſi ita ff. quod cuiuſque vniuerſitatis nomine vſque adeo vt non comprehendat reſcriptum ad omnia negotia impetratum ea quæ ſtatim poſt datam reſcripti fuerint orta clem. litteras de reſcriptis vt notat Immola in terminis in d. c. finali. num. 1. vnde clauſula noſtri text. in præſenti in illis verbis (ad omnia negotia) non debuit extẽdi ad futura, ne fiat extenſio contra ſtylum curiæ, ac proinde reſcripta ex tali commiſſione non debuerunt viribus carere, & cum ſint ambigua debere intelligi de præſentibus, non tamen de futuris vt ſic magis valeat actus quam pereat l. quoties la. 2. ff. de rebus dubiis vt notat Decius hic num. 12. ex qua traditione obſeruo concluſionem vt reſcripta ex commiſſione generali ad omnia negotia procedant, & admittantur. item reſcripta ad negotia præſentia, & futura viribus carere etiam ſi nihil aliud interueniat, ex quo reſcripta non debeant admitti. nec obſtat traditio Decij in præſenti num. 12. qui contrarium tenuit quaſi non

ſit ratio diſcriminis cur magis reſcripta ad futura negotia plurimum admittantur, quam ſi ſint vnius, quod de eius ratione diſcriminis apparebit in ſolutione rationis dubitandi, quam tamen concluſionem aliquibus caſibus non procedere probant in præſenti ex rationis defectu Immola, Abb. in principio, Aretinus num. 4. & 5. Felinus in principio, Decius nu. 6. vt ſtatim explicabimus.

3. Nec obſtāt † pro ratione dubitandi adducta. ad cuius explicationem primo reſpondeo ex incertitudine, quæ ad certitudinem reduci poteſt actum, vel diſpoſitionem non vitiari, non ſimpliciter accipiendum eſſe, ſed quando poteſt commodè ad certitudinem reduci, quando autem dicatur commodè difficilior diſputatio eſt, ſed verior interpretatio commodè intelligi quando ipſius actus natura, ratio, æquitas, vel iuris interpretatio poſtulauerit, ita interpretamur dictam, l. cum poſt §. gener. ff. de iu. dotium. l. 3. C. de dotis promiſſione c. 2. c. ex parte. 12. de off. delegati, c. paſtoralis. 14. c. ſedes. 15. c. Rodulfus. 35. cum ſequenti, c. Abbatem 40. iſto tit. c. quamuis. 4. in fine de præb. in 6. Cui interpretationi fortiter repugnat incertitudine actum vitiari iure noſtro quamuis facilè ad certitudinem reduci potuerit. c. cum terra 14. de electione. c. 2. eodem in 6. apertius in præſenti vbi impetrātis electione facilè iudicum incertitudo ad certitudinem reduci poteſt, quod nouiſſima praxi frequentiſſimum eſt ex Trid. ſeſſ. 25. c. 10. ex quo reſcriptum ad omnes Synodales incertum impetrantis electione ad certitudinem quotidie reducitur, quare Innoc. Hoſti. Ioa. And. Enricus, & Belamera in præſenti, poſt quos ſequuntur proximè relati, diſtinguunt inter reſcripta iuſtitiæ, & gratiæ, in reſcriptis. itaque Iuſtitiæ, ex incertitudine vitiari magis probant. In reſcriptis autem gratiæ non vitiari, quia in illis maior, in iſtis minor aliis irrogatur iniuria vt conſiderat noſter text. ita in præſenti magis receptum eſt quod in noſtri text. ſpecie rectè defenditur, in aliis non vtique, quia reſcriptum incertum ad beneficia commodè reducibile conſeruatur, aliàs euaneſcit iuxta veriorem interpretationem capituli Abbatem 40. iſto tit. c. ex parte. 12. de off. deleg. c. quamuis. 4. in fine de præb. in 6. ita etiam ad lites plerumque conſeruatur c. paſtoralis 14. §. fin. c. ſedes. 15. c. Rodulfus. 35. iſto tit. ita obſeruandum eſt, & reducitur omnium diſputatio in præſenti & relata ab Hipolito, in rubrica de probationibus num. 354. cum relatis à Maſcardo de probat. concluſione, 994. tomo. 2. Menoch. de arb. quæſt. 68. num. 42. caſu 149. & 188. Surdo conſilio 128. ex qua interpretatione deducitur primo. verſ. noſtri text. intellectus 4.
reſcriptum incertum non valere, quia ad certitudinem commodè reduci non poteſt, dirigitur autem ad iudices incertos de incertis. Vnde ſi Pontifex conſuleretur de quibus cogitauerit certum non poteſt dare reſponſum, ex quo ad certitudinem reducatur abſque noua impetratione, nouáque conceſſione priori propter incertitudinem iam vitiata, inde ſecundo † antiqua Romanorum praxis 5.
commit-

committendi cauſas dignitatibus incertis de certa tamen Eccleſia iuxta formam poſtea præſcriptam in c.ſtatutum de reſcriptis libro. 6. hodie apertius reformatam Trid. d. ſeſſ.25. c. 10. de qua latè diſputauimus in c. quoniam Abbas de off. deleg. iuxta ſuperiores traditiones rectè defenditur,qua commodè illa incertitudo ad certitudinem reducitur ita intelliguntur omnia iura ſupra allegata in reſcriptis contentioſis, & gratioſis ſecundum relatos, & Mandoſium in
6. Cancell. reg. 3. q. 4.an. 1. ad 7. Tertio †deducitur vera interpretatio dicti. c. 2. de off. delegati incerta reſcripta non vitiari, quia Pontificis reſponſa ad certitudinem facilè reduci poſſunt,vt ibi diximus ad primum argumētū. Quarto † deducitur inde inter-
7 pretanda eſſe iura in c.1.& in c. fin. de off. delegati libro. 6. vbi iudices incerti nempe cōſeruatores ab ipſa parte eligi poſſunt, hodiéque paſſim obſeruatur ab vniuerſitatibus, collegiis, monaſteriis, locíſque piis iuxta noſtri text. deciſionem quia obſeruandum eſt fieri ſpeciali Pontificis priuillegio c. 1. in primo verſ. & diſtrictè iuncta gloſa verbo certo de priuillegiis lib. 6. propter cuius abuſum reformatur Trid. ſeſſ. 14. c. 5. de quorum inſtitutione, & off. ante Trid. An. Carr.cōſilio 132. num. 4. Decius conſilio 247. Stephanus Beltrandus conſilio 102. volumine. 2. Carolus Ruinus conſilio 3. volumine 4. poſt Trid. Mandoſius de praxi ſignaturæ §. conſeruatoriè folio. 91. cum itaque priuillegium ſit non comprehenditur noſtri text reſponſo ſicut nec reſcriptum ex certa Pontificis ſcientia incertos iudices continens gloſa verbo, elegerint in fine in præſenti, communis ſecundum Immolam, Abb. & Deciū num. 5. & Cucum lib. 1. tit. 4. num. 62. videtur enim diſpenſaſſe Quintilianus Mandoſius in reg. Cancellariæ 16. quæſt. 5. ceſſat enim noſtri textus ratio imo ſi non eligeretur ab ipſo impetrante, ſed ab altero iudice valeret vtique reſcriptum, etiam ſi futura negotia comprehenderet, annexa, vel dependentia, à principali cauſa, vel in foro conſcientiæ ſatis diuerſo ab altero iuſtitiæ, c. tua. 26. de ſponſalibus. ita ſæpe conceditur confeſſarius eligentem à commiſſis, & committendis abſoluturus, quia nemini irrogatur iniuria. c. 2. de pœnis, & re. lib. 6. Nauarrus. c. 4. num. 2. probant omnes in præſenti & quod fortius eſt Romanæ curiæ ſtylo ex clauſula cæterum in litteris Appoſtolicis, Rotæque executorialibus frequentiſſima dantur iudices incerti ab impetrante eligendi, Stafileus de litteris gratiæ tit. de mandatis de prouidendo forma. 9. & 10. Ludouicus Gomez ibi num. 36. quia ſicut valet expreſſa Pontificis voluntate, ita etiam ex tacita. Quinto deducitur idē † ob- 8.
ſeruari iure ciuili quando facilis eſt ad certitudinem reductio l. 1. §. in honorariis. ff. de variis, & extraord. cogn. Sexto inde † ducitur veriorem 9.
interpretationē eſſe dicti §. gener, & legis. 3. C. de dotis promiſſione incertam dotem promiſſam à Patre valere quia facilè reducitur ad naturalem eius obligationem quia certa eſt dotandi l. qui liberos. 18. ff. de ritu nuptiarum, l. fin. C. de dotis promiſſione, in alio autem permittente quia

Digitized by Google

certa non eſt non valet l. 1. C. de dotis promiſſione cum relatis ab Stephano conſilio 618. num. 55. volumi-
10. ne. 5. à Menochio conſilio 93. vol. 1. à Begio cõſilio 68. n. 43. vt latiùs dixi in d. c. 2. Septimo deducitur. † idẽ eſſe in legatis, quæ olim incertis perſonis fieri non poterant §. incertis inſt. delegatis, niſi ciuitati, collegio, vel cauſæ piæ l. ciuitatibus. 122. ff. de leg. 1. l. omnibus. 26. ff. ad Trebell. l. id quod pauperibus, l. nulli C. de epiſcop. & cler. c. ſi pater de teſtamentis in 6. l. 20. tit. 3. p. 6. hodie probabilius valent ſi ad certitudinem commodè reduci poſſint, §. ſed nec huiuſmodi §. tutor inſt. de legatis vbi Faber, Angelus, Octomanus & Balduinus, Coua. in c. cum tibi num. 14. de teſtamentis, Tiraquellus ex priuile- 11.
giis piæ cauſæ c. 56. Acoſta in d. c. ſi pater verbo pauperes. num. 8. ex quibus † facilè ſoluitur dubitãdi ratio in noſtro text. ſecundum communiorem intellellectum in vtroque caſu reſcriptum non valere, ſiue iudices dentur incerti ſiue futura committantur negotia iuxta ſtrictam iuris diſputationem ſtylo vt diximus plerumque remiſſam, cæterum ex intellectu litteræ magis conformi vtrumque conuenire neceſſe eſt, & incertos dari iudices ab impetrante eligendos de futuris etiam negotiis cognituros ſecundum Decium, ita ſoluitur argumentum & text.

SEQVITVR TEXTVS IN CAP. AD AVDIENTIAM XI. IN ORDINE. iſto titulo.

Summarium huius capituli.

1. *Reſcriptũ Appoſtolicum falſa Latinitate conſcriptũ vitiatur, & quare*
2. *Contra præſumptionem iuris, & de iure non admittitur probatio.*
3. *Reſcriptum falſa Latinitate vitiatur, ſed non amittitur gratia, conſulitur Pontifex.*

SVMMA SEV CONCLVSIO.

1. REſcriptum Appoſtolicum, falſa Latinitate † reſcriptum vitiatur, interpretatio eſt vniuerſo orbi Romana gratię, & iuſtitiæ reſponſa poſtulanti vt Pontifex pro dignitate reſponderet, Cancellariam gratiæ, & iuſtitię auditoria continentem doctiſque & prudentibus miniſtris abundantem inſtituit, quorum conſilio, induſtria, & exercitatione omnia expurgantur

reſcripta, idcirco tantæ ſunt authoritatis, vt quæ falſa Latinitate conſtitui non Appoſtolica ſed adultera cenſeantur arg. c. in Canonicis. 19. d. c. fin. 20. d. c. Appoſtolicæ. 35. quæſt. 9. c. cum adeo 17. infra, c. ad hæc ſupra, c. porrecta de confirmat. vtili, vel inutili, c. dura de crimine falſi communis. ibi doctè Octauianis Veſtrius in praxi Romana in principio & lib. 1. c. 34. & 6. Rebufus in praxi. c. quæ contra bullam opponi poſſunt in principio num. 20. & 37. Ludouicus Gomeſius, & Mandoſius in principio ad reg. Cancellariæ, idem Mandoſius in reg. 31. quæſt. 7. quid cum ſint contra Curiæ ſtylum, & in ſolita de falſitate, ſuſpicionem inducunt
2. arg. legis conſtitutionibus 74. ff. ad Municipalem. c. 2. ſupra iſto tit. vbi latè diximus, ideo iuris & de iure præſumptio † contra quam nō admittitur ex eodem reſcripto probatio ex communi in præſenti non tamen reſcriptum ipſo iure nullum eſt ſed propter ſuſpicionem eius differtur implementum vſque ad Pontificis conſultationem, vel ſupplicationis verificationem, vnde vitiatur reſcriptum, ſed non admittitur † gratia ita ſignificat noſter textus ibi (fidem te nolumus adhibere) extrauag. vnica §. ad hæc de ſententia ex commu. ita accipienda eſt gloſa, communis hic ex Alex. in l. ſi ſeruus, §. eum qui nu. 2. ff. de leg. 1. Decius hic num. 3. Rebuſus vbi ſupra n. 20. Auendano c. 29. num. 27. Menoch. de arb. caſu. 187. num. 45. reſcriptúmque vitiabitur ſic rectè ſaluari non poteſt text. in præſenti, ibi (manifeſtum) c. 1. de iudiciis vbi communis. vnde ſi vitium contigerit in defectu litteræ, vel ſyllabæ non vtique vitiatur, l. qui habebat 54. ff. de manumiſſis teſtamento. c. ex parte de fide inſtrum. gloſa & communis in præſenti ſicut nec in ſacramentis vitiare poteſt. c. ſi non ſacrificatus. 71. c. retulerūt 85. de conſecratione d. 4. quia verba ſacri oraculi nō ſubiiciuntur regulis donati. c. ſedulo. c. indignum 38. d. cum relatis in præſenti & à Rebuſo, & Mandoſio ſupra.

SEQVITVR TEXTVS IN CAP. EX PARTE XII. IN ORDINATIONE iſto titulo.

Summarium huius capituli.

1. *Secundum reſcriptum valet non facta prioris mentione quando primum erat ſubrecticium.*

Digitized by Google

SVMMA SEV CONCLVSIO.

1. CONTRA ſecundum reſcriptum opponi poteſt † quod non fecerit mentionem de priori, quod impetrauit appellans non facta appellationis mentione, ex quo regula generalis non valere ſecundum reſcriptum de priori mentionem non faciens c. cæterum, c. ſi autem ſupra, limitatur in præſenti ſi primum ſubrecticium fuerit, & ideo irritum vel irritandum, ratio eſt contra Decium in præſenti quia Pontifex non ſecundum ita concederet quamuis ſciret primum illo modo impetratum fuiſſe iuxta ſubtilem rationem. c. ſuper litteris infra latiùs diſputandum eſt. primum autem hic ſubrecticium fuiſſe apertè conſtat non facta appellationis mentione vt probat gloſa in præſenti & communis, & Menoch. caſu. 202. num. 44. Cucus lib. 1. titulo 4.

SEQVITVR TEXTVS IN CAP. SVSCITATVS XIII. ISTO TITVLO.

Summarium huius capituli.

1. *Commiſſio facta pluribus cum clauſula quod ſi non omnes, intelligitur de impotentia tam iuris quàm facti.*
2. *Et de hoc impedimento debet iudex facere copiam coniudicibus.*

SVMMA SEV CONCLVSIO.

1. RESCRIPTVM clauſulam, quod ſi non omnes continēs intelligitur de impotentia iuris & facti interpretatio eſt inter iudices ordinarios altero deficiente alios rectè procedere l. imperatores. 21. §. magiſtratus. ff. de appell. quia in ſingulis tota iuriſdictio eſt l. vnica. ff. de off. conſulis, inter delegatos vno deficiente cæteri cognoſcere nequeūt l. vno ex tribus. 39. ff. de re iud. c. cauſam. 16. c. prudentiam 21. §. vno delegatorum de off. deleg. niſi delegarentur cum clauſula, quod ſi non omnes intereſſe nequiuerint alij procedant, tunc enim vno deficiente reliqui procedunt ſicut ordinarij, debēt tamen conuenire, tunc enim præſtat maior pars, licet aliqui contradixerint vno tamen abſente legitimè non excuſato iudicium nullum foret, hæc eſt communis omnium interpretatio niſi ex noua clauſula à Romanis fre-

Digitized by Google

quenter obſeruata vt omnes, aut duo, vel vnus cauſam diffinire poſſit. cap. cum plures de off. deleg. in ſexto cuilibet enim omnis conceditur poteſtas ita præſenti omnes adeo vt ſi alter dumtaxat de cauſa cognouerit alij ſe intromittere non poſſunt niſi propter illius impotentiam, ita communis in dictis iuribus & à Coua. in practicis. c. 4. Menoch. de arb. caſu. 87. & de ipſius clauſulæ natura, & antiquitate, Guillermus Cornerius ſelectionum libro. 1. c. 7. illa itaque impotentia in delegato neceſſaria, vt illius clauſulæ, quod ſi non omnes virtute alij rectè procedere poſſint eorúmque ſententia firma ſit totius diſputata, explicatur hic dupplici ex capite. alterum eſt ſiue iuris, ſiue facti impedimentum ſit intelligi. alterum eſt † quod de huiuſmodi impedimento delegatus alios ſocios litteris, vel 2.
alio modo certiores faciat ita docuit noſter textus ibi (nuntium) communis hic & in d. c. prudentiam, Rota noua. 4. & 7. de off. delegati cum alleg. à Coua. & Menochio ſupra.

SEQVITVR TEXTVS IN C. PASTORALIS. XIIII. iſto titulo.

Summarium huius capituli.

1 *Si de reſcriptorum contrarietate non conuenerint delegati arbitrorum iudicio terminabitur.*

SVMMA.

1. SI de reſcriptorũ contrarietate † delegáti non conuenerint eligant arbitros quorum iudicio reuocatio fiat, cuius intellectum explicabimus in c. ſuper litteris quando reſcripta ſunt incerta propter contrarietatem diſputauimus in c. 2. de off. delegati.

SEQVITVR TEXTVS IN §. QVONIAM.

Summarium huius §.

1. *Cum ex reſcripto alicui cauſa committitur plenariam recipit poteſtatem.*

Digitized by Google

SVMMA.

EX reſcripti clauſula cõtra quoſdam, & ſuper quibuſdam competit delegato iuriſdictio in habitu poſt perſonarum, vel rerum expreſſionem reduci-
1. tur ad actum, inde regula communis ex reſcripto † cum primum cauſa alicui committitur plenariam ipſe recipit poteſtatem c. præterea. 5. de off. deleg. vbi latiſſimè dixi, limitatur ex noſtro textu non procedere quando perſonæ, vel negotium in reſcripto non exprimantur, vt docuit noſter textus, iuriſdictio in habitu, & actu explicatur in l. quoties C. de iudiciis, l. nullum. C. de teſtibus, diſputatur latè in c. 2. de iudiciis deſcribitur Trid. ſeſſ. 23. c. 15. Deinde probat noſter textus ſpeciale reſcriptum generali derogare. c. 1. ſupra, vbi latè diſputatum eſt.

SEQVITVR EXPLICANDVS TEXTVS IN C. SEDES XV. iſto titulo.

Summarium huius capituli.

1. *Reſcripti clauſula refertur ad ſimiles, non autem ad maiores caſus, & ratio.*

SVMMA.

RESCRIPTI Clauſula † & contra alios & ſuper aliis refertur ad ſimiles non ad maiores, ratio eſt, quia genus poſt enumeratas ſpecies reſtringitur ad ſimiles nominatim, non extẽditur ad maiores l. fin. §. fin. ff. de tritico, vino & oleo leg. c. Rodulfus 25. iſto tit. c. ſtatutum. 22. de electione libro 6. c. qui ad agendum de procuratoribus libro 6. clementina non poteſt de procuratoribus, clem. 1. de præbendis rationis ratio eſt quia maiores niſi exprimantur non comprehenduntur arg. c. cum Beatus 45. d. c. quia periculoſum 4. de ſententia excommu. communis hic & in d. clem. non poteſt. Bar. num. 2. communis ſecundum Iaſſonem num. 5. in l. ſed ſi quis §. quæſitum ff. ſi quis cautionibus cum allegatis à Menoch. de arb. caſu 68. Vnde non ſolum in reſcriptis ſed & in aliis obtinet contra glo-

Digitized by Google

ſam in præſenti verbo, maiores, & gloſam verbo, grauiora in d. clem. non poteſt. vbi communis & ſecundum relatos à Couarr. reſolutionum lib. 2. c. 5. num. 8.

SEQVITVR TEXTVS IN C. EX TENORE. XVI. INFRA. iſto titulo.

Summarium huius capituli.

1. *Si diuerſa reſcripta contra vnum quis impetrat, & omnibus vtitur, omnium commodo priuatur.*

SVMMA.

1. SI contra vnum diuerſa reſcripta † ſuper eadem re ad diuerſos iudices quis impetrat, eiſque vtitur, vtriuſque commodo priuatur, ratio eſt quia cum primum alterum præſentat efficitur commune l. 3. ff. quod quiſque iuris. Vnde illi in vita parte renuntiare non poteſt l. fin. C. de fructibus, & litium expenſis, c. fin. de mutuis petitionibus. l. 37. tit. 18. parte 3. communis in præſenti, Innoc. Abb. & communis in c. ex conquæſtione de reſtitutione ſpol. Menoch. caſu. 121. Cucus lib. 1. tit. 4. nu. 161. vtriuſque tamen virtute rerum conueniri vel impetrans vtroque priuetur neceſſe eſt, ita intelligendus eſt noſter textus cum gloſa 1. & communi, Sozino in c. 1. art. 12. num. 47. de mutuis petitionibus, Gomecio in c. diſpendia num. 25. de reſcriptis in ſexto Meneſio in l. ſi quis maior num. 16. C. de tranſactionibus. Coua. de pactis. prima parte. §. 3. num. 2.

SEQVITVR EXPLICANDVS TEXTVS IN C. CVM ADEO. XVII. iſto titulo.

Summarium huius capituli.

1. *Impetratio ſecundi beneficij nulla eſt non facta prioris mentione, & ratio quare.*

SVMMA.

1\. NVLLA eſt ſecundi beneficij impetratio † ſine prioris mentione, ratio eſt quia non præſumitur Pontificem habenti aliud dare contra pluralitatis interdictum, c. quia in tantum. 5. de præb. Trid. ſeſſ. 24. c. 17. inde de beneficio etiam tenui, & de ſpe, & penſione mentionem facere neceſſe eſt. c. ad audientiam 31. c. in noſtra 32. infra c. non poteſt. 21. de præb. libro 6. imo & de qualitate c. ad aures. ſupra. c. conſtitutus infra cum relatis à Menoch. d. caſu 201. à Mandoſio de ſignatura gratiæ §. diſpenſationes ad plura, rationis ratio eſt quia poteſt exinde Pontifex moueri ad negandum, vel difficilius concedendum ex vera interpretatione. cap. ſuper litteris infra. vbi diſputandum eſt.

SEQVITVR EXPLICANDVS TEXTVS IN C. CAVSAM XVIII. iſto titulo.

Summarium huius capituli.

1. *Reſcripta ad iuris obſeruantiam reducuntur, & quare.*

SVMMA.

1\. RESCRIPTA † ad iuris obſeruantiam reducuntur, ratio eſt reſcripti proprium eſſe ſecundum ius conſtituere l. reſcripta C. de precibus imp. offer. c. dicenti §. reſcripta. 25. quæſt. 2. c. ex multa de voto c. ſuper litteris in fin. infra, etiam contra recti ſermonis proprietatem l. ſcire, §. ſufficit ff. de excuſat. tutorum, l. quamuis. C. de in ius vocando, l. nec à viis C. de emancipationibus c. ſuper eo. 15. de off. deleg. c. quamuis de reſcriptis in ſexto, communis hic & in d. c. ſuper eo, Alciatus reg. 3. præſumptione 11.

Rebuſo in praxi. c. differentiæ inter reſcriptum & priuilegium num. 28. Coua in practicis. c. 15. num. 5.

SEQVITVR EXPLICANDVS TEXTVS IN CAP. CONSTITVTVS XIX. hoc titulo.

Summarium huius capituli.

Se ipſum ſumat.

Reſcriptvm ad Eccleſiam collegiatã non faciens numeri mentionem ſi numerus ex conceſſione infringitur non valet ex rationibus relatis in c. cum adeo, vt ſtatim diſputandum eſt.

SEQVITVR EXPLICANDVS DIFFICILIS ATQVE OPTIMVS TEXTVS IN C. ſuper litteris XX. iſto titulo de reſcriptis.

Summarium huius capituli.

1. *Doloſa ſubreptio in tantum vitiat reſcripta, ſimplex autem ſolum quatenus fuit conceſſionis cauſa, & num. 6. & 15. cum aliis ſequentibus.*
2. *Dolus aut bonus, aut malus.*
3. *Diffinitio doli mali.*
4. *Dolus verus, aut præſumptus.*
5. *Dolus, & fraus nemini patrocinantur.*
7. *Reſcriptum ad lites dolo interueniente eſt nullum.*
8. *Si ſit ſubreptione, aut obreptione obtentum, & quid hæc ſignificent.*
9. *Proceſſum fulminatum ex litteris ſubrecticiis an poſſit iudex cum*

primum ſibi conſtiterit parte non petente irritare nam. 10. concordantur regulæ iudex ad priuatam vtilitatem non interponit officium ſuum, quæ deſunt aduocatis partium iudex ſuppleat.

11. Reſcriptum doloſum an vicietur quoad Capitula ſeparata & diſtincta.

12. Et an ſi impetretur à Viro ſanctimonia, & dignitate illuſtri.

13. Dolus probatur, & quomodo.

14. Iure ciuili poteſt alienus iudex inuito proprio prorogari. Iure Canonico non.

15. Quid ſit ſimplicitas.

16. Quid ſit ignorantia, & quando præſumatur.

17. Et quando ſimplicitate, aut ignorantia reſcriptum ſubreptitium valeat.

18. Et an parte opponente, vel non opponente procedat delegatus ad declarandum valere reſcriptum in forma communi.

19. Si cauſa tacita vel expreſſa in obtinendo reſcripto eſt talis, quæ ſi deficeret, induceret Pontificem ad negandum reſcriptum totum vitiatur, & numeris ſequentibus, & an delegatus poſſit cognoſcere de cauſa principali, aut ſolum de ſubreptione.

20. Pœna conformis debet eſſe delicto in fine apponitur omniũ concluſio,

21. An mendacium omnino vitiet reſcriptum, duæ opiniones impugnatæ ab Innocentio.

22. Mendacium aliud proprium, aliud improprium, argumentum procedit in mendacio proprio.

23. Clauſula, ſi preces veritate nitantur, an ſit conditionalis.

24. Intellectus ad textum in l. & ſi legibus, C. ſi contra ius, vel vtil. pub.

25. Reſcripta ad ius commune eſſe reducenda, & ſimplicitati parendum, declaratur.

26. Nullo mendacio iudicis cognitionem impediri, declaratur, & an reſcripta iuri contraria ſint admittenda.

27. Noſter textus in omnibus iudiciis recipitur.

28. Reſcripti forma adimplenda eſt quando eſt valida.

29. Reſcriptum in Tertij præiudicium non eſt attendendum, & ita impetratum contra Salmantinum non habet locum contra Zamorenſem.

30. Impoſſibilium nulla eſt obligatio, non habet locum in noſtro textu.

quia non fuit impoßibilitas.

31. *Mendacium quando vitiet reſcriptum.*

32. *An noſter textus obtineat in reſcripto ad lites, ab beneficia, & ad gratias.*

33. *Declaratur caput Paſtoralis. 14. in principio ſupra hoc titulo.*

SVMMA.

RESCRIPTA ſubreptio doloſa in totum vitiat, ſimplex autem ſolum quatenus fuit conceſſionis cauſa.

Pro ratione dubitandi primo ſic argumentor. mendacium omne dolum implicat, l. ſed ſi hac 10. §. patronum ff. de in ius vocando, ibi hoc ipſo, quo adrogaret celat conditionem cap. Beatus Paulus §. ille 22. quæſt. 2. ſed doloſus impetrator carere debet impetratis l. ſi quis obrepſerit 29. ff. ad l. Corneliam de falſis l. magis puto §. manet. ff. de rebus eorum, l. tranſactionem C. de tranſactionibus. cap. ad aures 8. c. ſedes 15. ſupra c. plerumque 23. infra, ergo quocumque mendacio reſcriptum nullum eſt.

Secundo ſic argumentor. conditio de præſenti conceſſioni adiecta ſi falſa eſt in totum vitiat l. cum ad præſens 37. ff. ſi certum petatur, l. cum in ſecundo ff. de iniuſto rupto, ſed in reſcriptis huiuſmodi conditio eſt, ſcilicet ſi preces veritate nitantur l. fin. C. de diuerſis reſcriptis. c. 2. ſupra, ergo ſi mendax eſt in totum vitiabit.

Tertio, ſic argumentor, mendacij qualitas pro maiori pœna plerumque conſideratur, pro nullitate tamen ſemper eadem eſt, l. & ſi legibus C. ſi contra ius, vel vtil. pub. c. dicenti §. & ſi legibus 25. quæſt. 2. ergo omne mendacium reſcripta in totum vitiat.

Ex quibus probatur opinio damnata à Innoc. 3. in præſenti, ibi aliis aſſerentibus.

Quarto, ſic argumentor reſcripta ad iuris obſeruantiam reducuntur c. cauſamque 18. cum ibi allegatis ſupra, ſed iure communi ſimplicitati, & ignorantiæ ſemper parcendum eſt l. 2. §. fin. ff. ſi quis in ius vocatus, l. de die §. ſi ſeruus ff. qui ſatisdare cogantur, l. 1. §. fin. ff. de edendo, cap. ſcriptura. 3. de conſecratione d. 2. c. cum vniuerſorum de rerum permutatione etiam ad vitandam ſubreptionem C. gratia iſto tit. in ſexto. ergo ſimplicitate impetratum valere debet. defenditúrque opinio improbata ab Innoc. 3. in præſenti. ibi, (aliis verò dicentibus.)

Quinto, ſic argumentor nullum impetrantis mendacium iudicis cognitionem impedire poteſt l. ſi quis ex aliena ff. de iudiciis, textus difficilis in l. præſcriptione C. ſi contra ius, vel vtil. pub. c. dicenti §. præſcriptione. 25. quæſt. 2. reſcriptum doloſum non vitiat in totum contra verſiculum, nos igitur.

Sexto, ſic argumentor reſcripti forma ita ſpecificè adimplenda eſt vt aliter geſtum nullum ſit, c. cum dilecta. 22. c. Rodulfus. 35. infra, c. pru-

Digitized by Google

dentiam. 21. c. venerabili 37. de off. deleg. c. ſtatutum §. fin. de reſcriptis in ſexto l. diligenter 5. ff. mandati. ſed quando mendacio reſcriptum impetratur nullum eſt, & inde nec eius forma obſeruanda, quod ſi iudex ſecundum formam iuris ex illo reſcripto cognoſcit contra eius formam procedit, ergo nulla ratione illius reſcripti virtute cognitionem habebit contra verſiculum, inter alios.

Septimo, ſic argumentor. etiam ſi Pontifex iuxta veram relationem eodem modo foret conceſſurus reſcriptum non valet ex textu difficili in c. Rodulfus 35. c. ſignificante 34. infra. ergo nihil intereſt noſtri textus conſideratio in eodem verſiculo Papa conceſſurus ſit vel non.

Octauo, ſic argumentor. impoſſibilium nulla eſt obligatio, vel diſpoſitio l. impoſſibilium 144. ff. de reg. iuris, c. nemo poteſt. 6. de reg. j. in ſexto, ſed impoſſibile eſt delegatum comprehendere an Pontifex conceſſurus eſſet an non, probatur quia ſecretæ voluntatis Deus ſolum cognitor eſt, c. erubeſcant, 32. de c. in ciuitate de vſuris, c. dilecto. 28. de verb. ſignificatione. cap. à nobis 28. de ſententia excommu. inde eius declarationem petere neceſſe eſt, cap. ſi vero. quarto de ſententia excommu. maximè cum impetrantis importunitate, vel concedentis negligentia ſæpè concedantur, cap. ex parte 12. & 13. de officio delegati, cap. ad aures ſupra, ergo delegatus ad impoſſibilem conſiderationem obligari non debet.

Nono, ſic Argumentor. vt reſcriptum irritum ſit. neceſſarium non eſt Papam alias conceſſurum non eſſe, ſed difficilius concedere cap. poſtulaſti. 27. ibi, (de leui non ſcribimus) infra quia minima ſubreptio reſcriptum vitiat. c. ſi motu proprio 23. de præb. in ſexto, ergo contra eundem verſiculum.

Decimo, ſic argumentor iudex non debet de reſcripti ſubreptione cognoſcere, ſed vtriuſq; cõmiſſionis delegati c. paſtoralis. 14. in principio ſupra, ergo cõtra eundem verſ. & ſequentẽ.

Quibus non obſtantibus Innoc. † 1
3. hic reſpondet ſui rationem doloſam in totum fruſtrare, ſimplicem vero quatenus fuit cauſa conceſſionis, dolo itaque & ſimplicitate Innocentij reſponſum fundatur, cuius ratio vtraque in ſpecie altius repetenda eſt, & 1. conſtituo dolum † eſſe 2
aut bonum, aut malum, bonum antiqui dixere ſolertiam, nos ad um l. 1. §. non fuit autem, de dolo. Virgilius 2. Æneidos. Mutemus Clypeos, Danaûmque inſignia nobis Aptemus dolus, an virtus quis in hoſte requirat. explicat Anianus Marcelinus libro. 17. Aulus Gelius libro. 12. c. 9. Alciatus reg. 3. præſumptione. 27. dolum malum prius veteres acceperunt, ſed conſulti ad praximi applicauerũt l. 1. de in integ. reſtitutione, toto tit. ff. de dolo, & doli exceptione, de dolo, & contra de dolo, & contumacia, c. cum contingat de iure iur. c. quamuis pactum de pactis libro. 6. cuius formulam ante omnes Gallus Aquilius inſtituit, probauit Cicero officiorum. 3. & ſæpe de natura Deorum, ad diffinitionem reduxit Seruius Sulpicius dicens eſſe † machinationem 3
alterius circumueniendi cauſa cum aliud agitur aliud ſimulatur. l. 5. §.

dolum malum de dolo, placuit Pequio in l. iuris gentium. 7. §. dolus malus de pactis, Iulius Paulus receptarum ſententiarum libro. 5. tit. 8. reprehenditur tamen à Labeone in d. §. dolum malum diffinitione, eſſe machinationem, fallaciam, & calliditatem ad circumueniendum, fallendum & decipiendum alterum adhibitam, ſequitur Vlpianus ſemper docens quod vt dolus malus committatur machinationem cum fallacia, vel calliditate coniungi neceſſe eſſe, d. §. dolum l. rei communis, 45. l. merito. 51. ff. pro ſocio. l. conſilij. 47. ff. de regulis iuris, Doctores diuiduntur, & quorum melior ſententia menti mirantur ſeruum Sulpicium à Labeone reprehendi, niſi contradicendi ingenio, quo ipſum præſtare refert Pomponius in l. 2. de origine iuris, ita priorem defendunt Alciatus paradoxorum lib. 6. c. 9. Octomanus, Duarenus, Ludouicus Buſardus in Scholiis ad d. l. 1. Cuiacius ibi, Iacobus Rebardus & Diuo Auguſtino, & aliis eam numero, & authoritate præſtare probat Petrus Velez de Gueuara in rub. de dolo. alterã autem Labeonis & Vlpiani ſequitur turba, gloſa, Bar. & alij in d. l. 1. communis ſecũdum Medi. de diffinitionibus. 2. p. c. 30. Berrucius de verborum ſignifi. libro. 4. verſ. dolus, relati à Coua. de pactis. 3. p. §. 4. nu. 2. Deciſione Pedemontana 41. & 53. Peduſina. 18. vtraque diffinitio includitur ab Horacio de arte Poëtica, Numquam te fallant animi ſub vulpe latentes.

4. Secundo conſtituo dolum eſſe † duplicem. alterum verum, id eſt, ex animo, vel propoſito alium non præſumptum id eſt, non ex animo, nec ex propoſito, ſed quia re ipſa læſio contingit doli præſumptionem inducens l. ſi quis cum aliter 36. ff. de verb. obligat. l. exceptiones §. fi. ff. de exceptionibus l. ſi ſuperſtite C. de dolo, vterque in noſtro text. comprehẽditur & explicatur in d. c. cum contingat, & in d. c. quamuis.

5 Tertio conſtituo † vtriuſque legis conditores dolum, & fraudem nemini patrocinari ſemper curaſſe ſicut & in edicti perpetui obſeruatione Prætores. d. l. iuris gentium §. prætor, §. dolo, d. l. 1. l. ſi remunerandi. 6. §. Marius, ibi nullam actionem eum propter calliditatem ſuam habere ff. Mandati, l. itaque fallo ff. de furtis eadem exceptionis de dolo inſtituendæ cauſa fuit, l. 1. §. penultimo. l. 2. in principio ff. de dolo, maximè in Principem ex doloſo reſcripto l. 1. C. de natalibus reſtitu. l. fin. C. de iis, quia non dominis. l. 36. tit. 18. p. 3. & in aliis. c. intelleximus de iudiciis. c. ſi vere. 33. de ſent. excõmu. vt referunt ſupra allegati, & Tiraquellus de tetractu in præfactione num. 72. & Menoch. de arb. caſu. 194. & 208. eadémque ratione reſcripta dolo aut fraude impetrata in totum vitiare docuerat text. in c. ad aures 8. c. ſedes 15. c. ex tenore. 16. ſupra. c. plerumque. 23. infra, eleganter noſter text. rationem aſſignans in ſuæ improbitatis pœnam ſumitur ex l. ita demum. 36. in principio ff. de arbitris. C. ibi, ne doli ſui premium ferat l. verum. 63. §. tempus ff. pro ſocio, l. dudum C. de repudiis, l. 1. l. ne ex dolo. 12. ff. de dolo, omnia comprehendit noſter text. & ad praxim applicat,

ideo celebris vbique reputatur maximè in c.cæterum, c. ad aures, c. ſedes ſupra in præſenti latiſſimè ab Innocentio ad Veroium, & Mantuam relatos à Tiraquello de retractu §.1.gloſa 9. Nauarro c. 70. num. 177. Menoch. de arb. caſu. 201. num. 3. Maſcardo concluſione. 531. tomo. 1. Æmilio deciſione Rotæ. 254. 2.p.Mandoſio conſilio.40. & 94.cum infra allegandis.

6. Ex qua ratione † primo deducitur noſtrum text. in doloſa impetratione non conſiderare an Pontifex alias eſſet conceſſurus quia cum primum de dolo conſtiterit in totum vitiatur reſcriptum ſine alia conſideratione, vt docuit noſter text. in verſ. nos igitur in primo, receptiſſimúmque eſt à relatis & referendis. Vnde explicanda eſt frequentiſſima praxis ab Innocentio inducta in præſenti reſcriptū ex falſi narratione ipſo iure nullum eſſe probata à Rotæ deciſione vt refert Belamera deciſione. 4. & nouiſſimè vt refert Æmilius d. deciſione. 254. num. 4. 2. p. intelligitur enim ex falſi expreſſione doloſa vt reſolutum eſt, non tamen in ſimplici, vel ignoranti vt reſoluendum eſt.

7. Secūdo deducitur † vera interpretatio, c. cæterum ſupra. Cuius communis intellectus eſt, reſcriptum ad lites ſubreptitium ipſo iure nullum non eſſe regulariter, ſed exceptione irritandum, ita omnes ibi & in c. ad aures. c. ſi autem ſuprà, omnes in præſenti, Nauarrus in c. ſi quādo in principio, Menoch. caſu 202. Cucus lib. 1. tit. 4. num. 16. Mandoſius d. conſilio 94. num. 3. ex noſtro tamen textu ille interpretandus eſt, vt obtineat citra doli impetrationem, interueniente namque dolo, etiam ad lites ipſo iure nullū eſt. ita ex littera noſtri text. ibi nullum ex litteris, & ibi (nullatenus.) Ex quibus nullitas ipſo iure inducitur auth. ſi qua mulier iuncta glo. verbo nullatenus C. ad Velleia. communis ibi, & infra ſic intelligitur textus in d. c. cæterum ibi (tali dolo, & fraude) in c. ad aures iuxta verum intellectum vt loquatur in reſcripto ad lites doloſo, & inde nullo, vt ibi diximus, & c. ſedes ſuprà c. ſignificantibus 38. de off. deleg. Sic Innocentius in c. cum dilecta nu. 3. infra, communis ibi, & in præſenti ſecundum Abbatem num. 2. Felinum, Decium, Veroium, & Mantuam in principio Menoch. d. caſu. 201. num. 19. Mandoſium conſilio 40. num. 3. Vnde colligitur reſcriptum litiſpendentiæ mentionem non faciens ipſo iure nullum eſſe, etiam ſi motu proprio concedatur ex ſuperioribus, & cap. ſi motu proprio. 23. de præbendis in ſexto dixerat Cucus d. lib. 1. tit. 4. num. 116.

Tertio deducitur ex noſtro textu eiuſque ratione † idem eſſe in reſcripto obreptitio, & ſubreptitio antiqui interpretes docebant obreptionem falſi narratione, ſubreptionem veri taciturnitate committi ex d. l. ſi quis obrepſerit ff. de falſis & aliis, ſed errant quia obrepere propriè eſt fallere, & incautum aggredi apud Ciceronē de Senectute, de diuinatione Philipica. 1. & apud Iureconſultos l. ſed ſi hac. 10. §. patronum ff. de in ius vocando l. ſi autem 8. §. 1. ff. de negotiis geſtis, l. ſi fideiuſſor. 29. §. ſi cum debitor ff. mandati. vnde promiſcuè 8.

vtitur lex. 1. C. ſi nuptiæ ex reſcripto, quare in præſenti idem in vtroque caſu ſtatutum eſt, ac proinde ſi contra reſcriptum ex obreptione, vel ſubreptione doloſum probatur exceptio iudex & contra reſcriptum, & cõtra cognitionem ſuam pariter pronuntiare debet ex noſtro textu, & communi, ita in praxi recepta ſecundum Iaſonem in l. præſcriptione n. 3. C. ſi contra ius, vel vtil. pub. Decium, & Mantuam in præſenti in principio, Rebuſo. 2. tomo de reſcriptis. num. 124. Menochium caſu. 201. num. 9. Mandoſio ita accipiens conſilio 94. num. 3. & 4. ita tenendum eſt quamuis contrarium ex Innoc. & Abbate num. 7. contendat Veroius in vtraque lectura. num. 1. quamuis ad imponendam pœnam maius reputetur vitium falſæ narrationis, quam ſuppreſſionis, d. l. ſi quis obrepſerit vbi omnes, Veroius in præſenti lectura. 2. nu. 4. & relati à Menoch. caſu. 214. Cuco ſupra.

9. Inde etiam grauior diſputatio eſt an proceſſum ex litteris obreptitiis, vel ſubreptitiis fulminatum poſſit iudex cum primum ſibi conſtiterit parte etiam non poſtulante irritare, quod videtur noſter textus probare in d. verſ. nos igitur, docens ſi delegato facta fuerit fides de obreptione, vel ſubreptione nullatenus de cauſa poſſe cognoſcere, textus etiam difficilis in c. cum dilecta. 22. infra. c. 2. iuncta gloſa, verbo, quaſſauimus vt litè non conteſtata. contrarium tamen probatur ex illa communi valere proceſſum ex reſcripto ſubreptitio confectum quamdiu pars non poſtulauerit, gloſa & communis, in c. 1. iſto tit. libro. 6. probata in d. c. ad aures, & in d. c. cæterum, ad cuius cognitionem ſciendum eſt duo eſſe iuris principia inter ſe pugnãtia alterum eſt iudicem ad priuatam † vtilitatem officium 10. ſuum non debere interponere. l. 4. §. hoc autem iudicium ff. de damno infecto. alterum eſt, quæ deſunt aduocatis iudicem poſſe ſupplere rub. & l. vnica C. vt quæ deſunt aduocatis iudex ſuppleat vtriuſque interpretatio ex d. l. vnica deprehenditur, ſcilicet quæ iuri publico, aut legibus contraria ſunt iudicem pro officij dignitate ſupplere parte etiam non poſtulante, de iure publico ſatis inſtitutum eſt ex d. l. ſignificátque conſultus in d. §. hoc autem iudicium. c. conſtitutus 45. verſiculo, ne tamen. c. ablatæ 57. verſ. ſuperior de appellationibus in qua Theorica & praxi omnes infra referendi conuenerunt, de legibus latiſſimè diſputant Bar. & Baldus in d. l. vnica & in d. §. hoc autem vbi latiùs Ripa, qui plures caſus perſequũtur, quorum potiores ſunt, alter de quæſtione iuris, alter de quæſtione facti ex ipſius proceſſus actis reſultante. in quæſtione iuris dicunt nõ intelligi §. hoc autem iudicium, poſſeque iudicem ex officio ſupplere, ita interpretandam eſſe. d. l. vnicam, ita Ripa num. 31. in d. §. hoc autem iudicium, Gregorius Lopezin l. 13. tit. 4. p. 3. gloſa fin. & alij infra, vnde aduocatum falſas leges allegantem ex off. repellet, arg. legis. 1. §. 1. & legis fin. ff. ad l. Corneliam de falſis, accuſatorem non legitimum ex c. 1. de accuſationibus, ſine actione agentem ex l. edita actio C. de edendo. c. 1. de mutuis petitionibus, gloſa verbo pœna, verſ.

tertia in l. vbi pactum 40. C. de tranſact. vbi Bar. Paulus num. 7. Alexander num. 7. Meneſius. 10. vel procuratorem ſine mandato ex l. filius familias §. veterani ff. de procuratoribus, gloſa verbo, abſentia in fine. in c. 1. §. ſed ſi pars de electione in ſexto communis ſecundum Francum ibi n. 4. & proximè relatos, aut excommunicatum repellere. c. decernimus de ſent. excommunicationis libro. 6. vbi etiam laico iudici permittitur, alter caſus eſt de geſtis in proceſſu quoniam ſi iudici tamquam iudici ex ipſo proceſſu cõſtiterit, poterit officium ſuum interponere d. l. vnica, ibi (legibus) quo caſu non obtinet dictus §. hoc autem iudicium ex communi ibi Ripa num. 28. Romano conſilio. 227. num. fin. ita praxi obſeruari Maranta. 4. p. deciſione. 20. num. 15. Rolandus conſilio. 93. num. 8. volumine. 1. Iulius Clarus in praxi quæſt. 15. numero 2. deciſio Pedemontana. 1. num. 42. ita l. 2. in fine C. de temporibus appell. c. cauſamque de iudiciis c. cum olim 24. de verb. ſignificatione cum aliis à Ripa, Meneſio, Rolando, & Pedemontana adductis ad interpretationem dictæ l. vnicæ, & d. §. hoc autem iudicium.

10. His ita compoſitis † difficultati reſpondemus noſtrum text. intelligi parte poſtulante ex Belamera in principio & aliis, ſed & non poſtulante intelligendum fore contendimus ex d. c. cum dilecta, ſed Abb. num. 7. interpretatur, officium ibi interponi quia verſatur ius publicum in quo ita ſtatutum eſt ex d. l. vnica vt diximus, ius autem publicum in ſacris, in ſacerdotibus, & in beneficiis conſiſtit l. 1. §. huius ſtudij ff. de iuſtitia, & iure, c. ſi diligenti de foro comp. & ibi communis in quibus lege etiam Pontificia iudex officium ſuum parte non petente impartitur, d. c. conſtitutus, d. c. ablatæ, c. bonæ clem. 1. de poſtulatione Prælatorum. Vnde cum in c. cum dilecta agatur de re ſpirituali dixit textus (duximus irritandum) quod veriſſimum eſt, ſed contendimus idem reſponſurum Pontificem in re non ſpirituali, quia in d. c. cum dilecta non fundatur Pontifex in eo quod ſit res ſpiritualis, quod exprimere ſolet c. de dolo, & contumacia, & exprimeret argumenro legis §. ſin autem ad deficientis, C. de caducis tollendis, c. ad audientiam de decimis, deinde quia in noſtra ſpecie licet non ageretur de re ſpirituali, quod in reſcriptis Appoſtolicis frequentiſſimum eſt, & ita verſaretur ius publicum, ſufficit tamen iuxta ſecundam interpretationem dictæ legis vnicæ, & d. §. hoc autem iudicium, quod ſit quæſtio iuris, ſcilicet de iure eſt Principis reſcriptum alteri non præiudicare, l. 2. §. ſi quis à Principe. ff. ne quid in loco publico, c. ſuper eo. 15. de off. deleg. c. ad aures. 8. ſupra vbi diximus, etiam quo ad minimum præiudicium, gloſa verbo præiudicium, in c. cum olim de conſuetudine, communis, ibi, & ſecundum Decium in d. c. ſuper eo num. 3. vnde poterit à iudice refutari l. reſcripta C. de precibus Imp. offer. c. dicenti §. reſcripta. 25. quæſt. 2. Rurſus quia cum de obreptione, vel ſubreptione fides iam facta iudici fuerit vt proponit noſter textus iudici tamquam iudici conſtat ex ipſo proceſſu. Vnde iuxta tertiam inter-

interpretationem d. l. vnicæ, poterit iudex proceſſum irritare parte non poſtulante etiam ſi facti quæſtio fuiſſet iuxta ſuperiorem communem ita aduertendum eſt.

11. Quarto deducitur † ex decidendi ratione reſcriptum doloſum vitiari etiam quoad capitula ſeparata, & diſtincta, ita docuit noſter text. ibi (nullum ex litteris &c.) c. ſedes. 15. ſupra vbi doloſus precator in aliqua parte omni ipſius reſcripti commodo carere debet, c. conſtitutus. 19. ſupra, vbi impetratio ſubreptitia viriatur quoad Canonicatum, & præbendam. Vnde idem erit quoad alia capitula communis ſecundum omnes in d. c. ſedes, vbi Immola numero 5. Abbate num. 4. Felinus limitatione. 4. Decius in principio, & omnes in præſenti, vt referunt Decius, Veroius, & Mantua in principio, & num. 2. Mandoſius conſilio 66. nu. 9. in praxi deducens omnia in reſcripto contenta, & ex reſcripto doloſo ſequuta nulla eſſe, vnde interpretantur. c. ſi eo tempore hoc tit. in ſexto. Si doloſum fuiſſet reſcriptum vitiari ad beneficium ſimplex ſicut ad curatum, ita ſemper communis, & in d. c. ſi eo tempore, Archidiaconus, Ioannes And. Dominicus num. 7. Francus ann. 2. Vnde quia non fuit dolo impetratum valuit quoad beneficium ſimplex quia fuerat alternatiuum, vt conſtat ex principio illius textus ibi cum cura, vel ſine cura, ſufficitque ex altera parte adimpleri, c. inter cæteras. 4. ſupra vbi diximus.

12. Quinto deducitur † in totum vitiari etiam ſi impetratum fuerit à viro ſanctimonia, & dignitate illuſtri textus elegans in c. 1. vt lite pendente, vbi reſcriptum à D. Thom. Cantuarenſi impetratum ea ratione irritum fuit, conſiderátque ibi Baldus receptus à Iaſſone, in l. præſcriptione in fine C. ſi contra ius vel vtil. pub. Decio in c. prudentiam, num. 14. de off. deleg. Mantua num. 2. hic Mandoſio d. conſilio 40. numero 3.

Sexto deducitur dolum † iure noſtro probari poſſe quamuis regula- 13. riter non præſumatur, ita deprehenditur ex noſtro textu ibi (poſtquam ſibi de hoc facta fuerit fides, dolus itaque delictum continet, delictum non præſumitur l. merito. 51. ff. pro ſocio c. eſtote miſericordes de regulis iuris infra, ergo nec dolus, vt ibi cum allegatis à gloſa hic verbo, priori, modo communis ſecundum omnes in principio, Beroium num. 70. & relatos à Petro Surdo conſilio. 10. à Menochio de præſumpt. libro. 2. quæſt. 48. Maſcardo concluſione. 530. & 531. ideo dicenti dolum incumbit onus probandi, l. ait Prætor. 10. §. ita demum cum ſeqq. ff. quæ in fraudem creditorum, optimè in præſenti, communis ſecundum relatos, & à Menochio de arb. caſu. 216. num. 21. & cum in animo conſiſtat probari poteſt ex argumentis, & indiciis animum declarantibus l. dolum C. de dolo, l. dolus C. de recidenda venditione. c. 2. de renuntiatione in ſexto, gloſa verbo cauſa in l. apud Celſum ff. de doli exceptione, gloſa. 1. in d.l. dolus, vbi Aluericus, & Alexander & relati à ſuperioribus, à Petro Surdo con-

N

ſilio 32. Menochio lib. 1. præſumptione. 58. à Mardo concluſione 848. quæ interpretatio ita accipienda eſt vt propriè ſui natura in reſcripto ad lites in quo non præſumitur dolus, c. accedens de crimine falſi, niſi ex clauſula inſolita & contra ſtylum. c. 2. ſupra. c. ex parte. 13. de off. deleg. in reſcripto autem gratiæ in dubio præſumitur dolus ſi fuerit ſubreptitium. c. ſi proponente 42. infra. c. ſi motu proprio. 23. de præb. in ſexto, ita accipienda eſt gloſa in præſenti verbo, priori modo, & ſuperior communis & in præſenti ex Innocentio, Hoſtienſi, Ioanne, Andrea, Enrico an. 6. Baldus, & Belamera in principio, Abbas num. 7. Felino, Decio. 8. Veroio. 70. Mantua in principio hic Pariſio conſilio 74. num. 39. volumine 4. Rebuſo in praxi c. de differentiis inter reſcriptum gratiæ, & iuſtitiæ num. 25. & ſupra relatos, diſcriminis ratio magis communiter recepta ab ipſis aſſignatur in reſcripto iuſtitiæ iudicem dumtaxat dari qui facilè adiri poteſt, & à contraria parte ſi ſuſpectus recuſari l. apertiſſimi C. de iudiciis etiam epiſcopus, c. ſi contra clericum de foro comp. & ideo modicum continet præiudicium, d. c. accedens ſed pro modicis lex non præſumit dolum committi l. ſi oleū 10. §. finali, & l. ſequenti ff. de dolo, gloſa in d. c. accedens, communis ſecundum Ananiam, & Socinum ibi num. 2. inde communior ſententia ſupra relata à Menochio, Surdo, & Maſcardo ad præſumendum dolum ſemper intereſſe committentis deſiderat, at vero in reſcripto gratioſo tribuitur ius in re, vel ad rem, ſcilicet conceditur beneficium vacans, vel vacaturum & idcirco lex præſumitur pro illo intereſſe dolum in ſubreptione committi d. c. ſi proponente, c. in noſtra. 32. c. ad audientiam. 31. c. conſtitutus 19. c. ad aures 8. ſecundum communiorem intellectum ibi relatum, c. quamuis 4. d. c. ſi motu proprio, ita communis proximè relata Menoch. de arb. caſu. 201. n. 7. Cucus lib. 1. tit. 4. n. 16. diſplicet tamen nouioribus quia licet vtriuſque reſcripti naturam explicet, non tamen concludentem aſſignat differentiam, vnde ipſi interpretantur in reſcripto iuſtitiæ dumtaxat dari iudicem, cuius electio & à partibus fieri poſt per prorogationem relicto proprio iudice l. ſi conuenerit. 15. ff. de iuriſdictione l. 1. & 2. ff. de iudiciis, l. 1. C. de ord. iudiciorum, & ſic vt eſt prorogabile, ita & remiſſibile quia quilibet poteſt Iuri ſuo renuntiare l. pœnultima C. de pactis 6. ſi diligenti de foro comp. c. ad Appoſtolicam de regularibus inde valet proceſſus non oppoſita exceptione in reſcripto ad lites vt diximus ſuprà, inde recuſatio ab aduerſario ommiſſa poſt litem conteſtatam opponi non poteſt l. fin. C. de exceptionibus, c. inter monaſterium de re iudicata, at vero in reſcripto gratiæ datur ius non impetrabile à parte ſed dumtaxat à ſuperiore, vt beneficij collatio. c. ex frequentibus de inſtitutionibus c. 1. de regulis iuris in ſexto, vel priuillegium. c. de iis. 30. de priuillegiis, ideo ipſo iure nullum eſt c. ad aures ſupra, & Rebuſus ſupra num. 12. hæc differentia elegans

eſt non tamen concludit quoad ſuperiorem propoſitionem, quia non rectè congruit in reſcripto ad lites, regulariter dolus non præſumitur quia datur in eo iudex à parte per proro-
14. gationem eligibilis. Deinde † quamuis iure ciuili poſſit alienus iudex prorogari proprio etiam inuito d. l. ſi cõuenerit cum aliis ſupra. Iure autem Pontificio prorogari non poteſt abſque proprij licentia, c. 1. c. ſignificaſti de foro comp. Vnde ſuperior ratio ſicut communior ita & verior eſt, hactenus de reſcripto doloſo.

15. Altera noſtri text. pars eſt † de reſcripto per ſimplicitatem vel ignorantiam ſubreptitio, primo namque cõſtituo ſimplicitatem eſſe puritatem, vel ſynceritatem, inde homo ſimplex eſt purus, & ſyncerus doloſo contrarius Cicero Academic. quæſtionum in principio, ſimplicem virum, qui nos nihil celat de amicitia, prærerea ſimplicem, & communem & conſentientem eligi par eſt. inde ſimplicitas legibus dicitur amica l. finali §. tales itaque C. de furtis, apertius in §. ſed quia ſtipulationes inſt. de fideicommiſſariis. c. ſancta. 2. quæſt. 7. clem. de pœnitentiis, & remiſſionibus. inde ſimplicitati ſubueniendum eſſe reſpondet Conſultus in l. 2. §. fin. de re militari cum multis à gloſa hic verbo ſimplicitatem, & communi hic, & à Tiraquello de pœnis temperandis, cauſa. 11. Menochio de arbitrariis caſu. 193. deciſione Peduſina 34. cum aliis infra niſi requiratur ſcientia c. Petrus vbi gloſa & communis 39. d. Puteus deciſione. 163. lib. 2.

16. Secundo conſtituo † ignorantiam eſſe ſcientiæ contrariam Cicero pro Lucio Sylla, nam cuius ſcientiam de omnibus conſtat fuiſſe eius ignoratio de aliquo purgatio debet videri inde ignorantia regulariter præſumitur niſi ſcientia probetur l. verius. 21. ff. de probationibus, c. 1. de conſtitutionibus in ſexto quare ignorantiæ parcẽdum eſſe vtroque iure ſtatum eſt l. genero ff. de iis, qui notantur infamia, l. ſi fideiuſſor. 29. ff. mandati. c. fin. qui matrimonium accuſare niſi vbi exigitur diligentia l. 2. ff. ſi quis teſtamẽto liber eſſe iuſſus fuerit, c. innotuit. 20. iuncta gloſa verbo ignorantiam, de electione, c. ad falſariorum, gloſa verbo dixerit de crimine falſi communis ibi & in præſenti, & ex Tiraquello d. cauſa. 11. Menoch. de arbitrariis quæſt. 72. deciſio Pedemontana. 71. Petrus Surdus conſilio. 150. Maſcardus concluſione 879. tomo 2. Æmilius Rotæ deciſione. 207. parte. 3. Mandoſius conſilio. 67. n. 7. inde interpretantes illa iura, & cap. 2. de conſtitutionibus libro. 6. vtriuſque naturam deſcribit Horatius de arte Poëtica ibi, Deſcriptas ſeruare vices, operumque colores: Cur ego ſinequo, ignoróque Poëta ſalutor. Cur neſcire pudens prauè quàm diſcere malum. 17.

Tertio conſtituo † noſtrum text. in reſcriptis ſimplicitate, vel ignorantia impetratis duas regulas conſtituere, prior eſt in verſ. inter alios quando ſubreptio ordinatur dumtaxat ad impetrandum formam aliquam ſingularem non tamen ad ſubſtantiam reſcripti quam Pontifex alias eſſet conceſſurus, concedereque ſolitus eſt ſcilicet impetratum reſcriptum ſuper cauſa principali ſimpliciterque peti, quia i-

nopia laborat cauſam intra tres menſes diffiniri reſcriptum ad cauſam in forma communi concedendum eſſe certum eſt, ſed quia dixit ſe pauperem conceditur cum forma intra tres menſes diffiniendi in hac ſpecie oppoſita ſubreptione reſcriptum valet in forma communi, ad quam reduci ius eſt, c. cauſamque. 18. ſuprà, & ſecundum ea iudex procedere debet reiecta temporis forma quia Pontifex ea occultata non negaret reſcriptum in forma communi, & ideo valet reſcriptum ex noſtro textu ad hoc celebri & gloſis, & communi infra. & cap. dudū 14. verſiculo conſiderantes de præb. in ſexto ex qua interpretatione intelligenda eſt illa traditio in reſcriptorum tractatu frequentiſſima, à reſcripti forma recedendum non eſſe in tantum quod omnia contra formam geſta nulla ſunt c. cum dilecta. 22. infra, c. prudentiam 21. de off. deleg. cum aliis multis, & ita ab omnibus receptiſſimum eſt, quam ita interpretamur vt obtineat quando forma valida eſt, nam ſi fuerit infirma non reputatur forma argumento legis. 4. §. condemnatum ff. de re iud. clem. paſtoralis eodem titulo, & quando forma eſt ſubſtantialis, non ſi fuerit accidentalis vt in ſpecie à nobis propoſita, quia contra accidentalem geſta non reputantur nulla ex textus noſtro in præſenti, & argumento capituli. 1. & c. venerabilibus §. ſanè de ſententia excommunicationis in ſexto, gloſa fin. in c. cum deſideres de ſentent. excommunicationis, Felinus in d. c. cum dilecta numero 12. Nauarr. c. 26. num. 8. Coua. in c. alma mater. 1. p. §. 9. num. 8. §. 11. & communis infra.

Cæterum ſi delegatus iuxta illam reſcripti formam parte non petente procedit, vtique valet vt diximus in priori parte text. Et probatur in Clement. ſæpè verſic. fin. iuncta gloſa verbo, partibus, de verb. ſignificatione, communis ibi ex ſecundum referendos, opponente autem parte delegatus eam formam reiiciet, & in forma communi ſecundum iuris regulas procedere poterit ex d. c. cauſam, eademque communi quia in eo caſu vtile per inutile non vitiatur, & ita vtile reſcriptum à Pontifice in forma communi concedendum non vitiatur per inutilem clauſulam ſubreptione impetratam ex ſimplicitate, vel ignorantia ex communi ſupra, & ſtatim referenda, & quia ſi fuiſſet ex dolo totum vitiatur reſcriptum, vt reſoluimus ſupra in priori textus ratione. Hæc eſt vera ratio & interpretatio dicti verſiculi, inter alios. 18.

Altera pars eſt † quando ſubreptio etiam ex ſimplicitate vel ignorantia ordinatur ad totius cauſæ reſcriptum inde impetrandum totum itaque vitiari ſi alias à Pontifice concededum non foret, ſed ſubreptio ipſa conceſſionis cauſa fuerit quo caſu nec ſimplicitas, nec ignorantia poterit excuſare c. 2. c. ad aures 8. ſupra, textus ſic interpretandus in c. 1. vt lite pendente, qua in ſpecie delegatus ex eo reſcripto cognoſcere non poterit in cauſa principali ſed de ſubreptione dumtaxat, at in dictis iuribus cap. ſignificantibus 38. de off. deleg.

ita interpretandus eſt noſter textus in verſ. ſi vero ad hoc celebris, vtriuſque rationem aſſignat textus in fine ab omnibus ad hoc laudatus vt in vtroque caſu delegatus obſeruet iuris præcepta, quibus potuit delegans moueri, ratio eſt quia ſequitur eius vices, c. ſanè 11. de off. deleg. quæ ratio elegans eſt ad procedendi formam à delegato obſeruandam non tamen ad infirmandum, vel ſuſtinendum reſcriptum. Quare ſolida ratio eſt pœnam delicto, & culpæ conformem

20. eſſe † debere, & puniendum eſſe delinquentem in eo quod commiſit l. Diuus ff. de off. Præſi. l. reſpiciendum. 11. ff. de pœnis iuncto. c. fin. de tranſactionibus l. ſancimus C. de pœnis, c. 2. in fine de iis, quæ fiunt à maiori parte capituli, c. litteras de temporibus ordinationum, ac proinde ſicut peruerſitatis pœnam doloſum omni reſcripto priuari docuit noſter textus in verſ. nos igitur, ita verſ. inter alios ex ſimplicitate vel ignorantia mentientem circa formam ſpecialem eadem forma priuari, non tamen reſcripto in forma communi vt puniatur dumtaxat in eo quod deliquit, eademque ratione ita mentientem quoad totum reſcriptum toto priuari docuit textus verſ. ſi vero, hæc eſt vera noſtri textus ratio, & interpretatio, ad quam reducenda eſt gloſa verbo, expreſſa, verbo, veritas, verbo, procedat, & latiſſima diſputatio Innocentij, Hoſtienſis, Ioannis Andreæ, Enrici, Belameræ, Baldi, Cardinalis, Brutij, Immolæ, Abbatis, Felini, Decij, Veroij, vtraque lectura Mantuæ in præſenti, & in c. ad aures, vbi & Ripa, Mandoſij. Æmilij, Rebuſi, Surdi, Menochij & Maſcardi ſupra ex noſtri textus littera plures quæſtiones deducentium, quorum ſumma interpretatio eſt in reſcriptorum tractatu tres eſſe principales regulas. prior eſt reſcriptum doloſum in totum vitiari etiam quo ad alia capitula, nec inde delegatum cauſæ cognitionem habere. Secũda eſt reſcriptum ex ſimplicitate, vel ignorantia ſubreptitium circa formam ſpecialem, quo ad illam dumtaxat vitiari, valere autem in forma communi. Tertia eſt ita ſubreptitium quo ad reſcripti formam in totum vitiari, & inde delegatum cognitionem non habere niſi de ſubreptione.

Non obſtant pro ratione dubitandi † in contrarium adducta. primum mendacium dolo contineri, ex dolo reſcriptum vitiari omnino, ad cuius, & ſequentium explicationem, primo conſtituo Innocentij 3. tempeſtate. ex l. præſcriptione, l. & ſi legibus C. ſi contra ius, vel vtil. publ. l. reſcripta C. de precibus Imp. offerendis duas eſſe contrarias opiniones. alteram Placentini, & ſequacium, ex quocumque mendacio reſcriptum omnino vitiari vt refertur in præſenti, ibi (aliis aſſerentibus) alteram Azonis & aliorum ex reſcripto etiam doloſo non impediri iudicis cognitionem vt in præſenti ibi (aliis vero dicentibus.) 21.

Secundo, conſtituo vtramque ab Innoc. 3. doctiſſimè impugnari in verſiculo, nos igitur, vt conſtat ex decidendi ratione, & infra latius diſputabitur.

Tertio, conſtituo primum argumentum Placentini opinionem probare omni mendacio dolum conti-

neri, ex dolo reſcriptum omnino vitiari reſpondeo tamen non obſtare
22. quia † mendacium aliud proprium, aliud improprium eſt, proprium eſt falſa vocis ſignificatio cum voluntate fallendi cap. Beatus Paulus. §.ille 22. quæſt.2.vbi ex Diuo Auguſto,ita Gratianus deducit, c. 1. eadem cauſa & quæſt. ibi, (quattum ſola mentiendi, fallendique libidine quod proprium mendacium eſt) ex quibus, & ex Pauli, & Petri authoritate Gelaſius Papa docuit quod non videtur mentiri,qui animum fallendi non habuit in d. c. Beatus Paulus. in proprium autem eſt quod abſque fallendi voluntate mentitur, vt ex eiſdem iuribus apertè deprehenditur, vtriuſque exemplum in noſtro textu conſtituitur, proprij mendacij quando doloſa impetratio fuit,de qua in verſiculo,nos igitur improprij quando ex ſimplicitate vel ignorantia mentitur, vt in verſ. inter alios, & verſ. ſi vero, de omnibus diximus in decidendi ratione, ex quibus argumento reſpondeo illud obtinere in mendacio proprio, non autem in improprio, de quo melius docuit noſter textus, ita ſoluitur primum, cui adiungenda eſt diſputatio quinti argumenti.

23. Non obſtat ſecundum † prouiſioni adiectam conditionem ſi falſa eſt vitiare, ſed reſcriptum conceditur ſub conditione ſi preces veritate nitantur: vnde ſi falſæ ſunt reſcriptum omnino vitiabitur, ad cuius cognitionem repetenda eſt illius clauſulæ diſputatio relata in c. 2. ſupra. inde reſpondet Baldus in l. præſcriptione 9. C. ſi contra ius vel vtil. publ. clauſulam ſi preces &c. non inducere conditionem, ſed admonitionem arg. l. muto. 6. §. 1. ff. de tutelis, ſed improbatur à Veroio in præſenti lectura 1. num.51. quia conditio appellatur à l. fin. C. de diuerſis reſcriptis, cap. dicenti §. vniuerſa 25. quæſt. 2. ſed Veroius fallitur Baldi ſententiam non rectè aſſequutus, Baldus enim non ignorauit eſſe conditionem, ſciebat tamen non facere actum conditionalem,quia clauſula, ſi preces, reſcripti conceſſioni ſemper ineſt d.l.fin. d. §.vniuerſa,d. c. 2. ſupra, conditio tamen,quæ ineſt actum conditionalem non facit l. 3.ff.de leg.1.l. conditiones 98.ff. de conditionibus & demonſtrationibus cap. ſignificaſti 4. de electione, idcirco docuit Baldus non irritari reſcriptum tamquam ex conditionis defectu,ſed quia ſi preces veritate non nitantur remanet reſcriptum iuris diſpoſitioni ſubiectum,idem docuit Salicus ibi num.11.& communis in præſenti relata ad rationem decidendi, quare ſi fuerunt doloſæ in totum vitiantur,ſi ex ſimplicitate vel ignorantia quo ad formam vitiatur forma, quo ad cauſam principalem totum vitiatur reſcriptum iuxta elegantem noſtri textus deciſionem. ſoluitúrque ſecundum argumentum.

Non obſtat tertium mendacij † conſiderationem fieri ad maiorẽ pœnam, non ad nullitatem l.& ſi legibus C. ſi contra ius,vel vtil.publicam, ergo ex quocumque mendacio indiſtinctè reſcriptum nullum erit. quo argumento vtuntur etiam Placentini opinionem defendentes, ad cuius explicationem ſciendum eſt illam lege varios habere intellectus, prior eſt vt loquatur in priuilegiis, gloſa Bart. & 24.

communis ibi, vnde docuit Baldus milites frequentiſſimè illius legis pœna inuolui, & cap. dicenti §. & ſi legibus 25. quæſt. 2. vbi Archidiaconus eundem intellectum probat, nouioribus tamen diſplicet quia dicit textus ille, legibus conſentaneum, ſed priuillegium legibus regulariter contrarium eſt, c. priuillegia 3. de cum allegatis in c. cum ordinem. c. 1. ſupra. Vnde 29. intellectus eſt loqui de reſcriptis gratioſis, ſcilicet continentibus feudum beneficium, vel criminis indulgentiam l. reſcripta in fine. C. de precibus imp. offerendis probant Baldus, & Salicetus in d. l. & ſi legibus vbi Paulus veriorem dicit, ſequitur Iaſſon in principio, ſed reſtringitur textus littera, rurſus in d. l. reſcripta ab eiſdem Imperatoribus eodem tempore condita de omni reſcripto intelligitur conſtitutio, quare 39. intellectus eſt vt loquatur de quocumque reſcripto gratioſo, vel contentioſo ita placuit Baldo, & Saliceto, veriorque eſt intellectus, cuius praxim Baldus explicat, & cæteri proſequuntur. conſtat ergo in quocumque reſcripto Cæſares reſpondiſſe mendacem penitus impetratis carere & ſi imprudens mendacium fuerit ſeuerè puniendum fore, idem tranſcribitur in d. c. dicenti §. & ſi legibus, & inde magis vrget argumentum ex illis verbis (penitus impetratis carere) ſemper nullum eſſe, & ita quo ad nullitatem diſtinguendum non eſſe, ſed dumtaxat quoad maiorem pœnam. Reſpondeo tamen non obſtare quia ille textus apertè docuit reſcriptum doloſum omnino nullum eſſe & impetrantem totaliter excludi à reſcripti commodo, ita verba illius textus, & d. c. dicenti §. & ſi legibus, & cap. ſedes 15 ſupra interpretatur Oldraldus conſilio 143. num. 2. ab aliis receptus. Vnde reſpondendum textum in d. l. & ſi legibus procedere in reſcripto doloſo, de quo in præſenti in verſiculo nos igitur (& ideo impetrans carere debet impetratis vt diximus in prima decidendi ratione, & probatur ex verbis dictæ legis, & d. c. dicenti, §. & ſi legibus. ibi pœnitus impetratis) & apertius ibi (& ſi nimia fuerit improbitas) vnde conſtat duas eſſe illius textus partes. altera eſt in principio, vbi docet ex improbitate reſcriptum impetrantem pœnitus carere impetratis. in ſecunda ex nimia improbitate impetrantem ſeuerè puniendum fore, rurſus probatur ex Iulio Paulo receptarum ſententiarum lib. 1. tit. 18 in cuius principio docuerat falſis allegationibus vtentem falſi reum eſſe vt etiam Modeſtinus in l. fi. ff. ad l. Corneliam de falſis. l. maiorem C. eodem, deinde docet Iulius Paulus non obtinere quando neſciens falſum inducit. vnde ſumpta eſt lex nec exemplum. 20. C. ad l. Corneliam de falſis poſtremo Iulius Paulus ſcribit ſi reſcriptum à Principe falſa allegatione elicuerint eo vti prohibentur, in cuius ſcholio doctè aduertit Cuiacius ſumptam eſſe dictam legem, & ſi legibus, inde conſtat loqui de reſcripto doloſo, quia quod Iulius Paulus falſa allegatione dixit dolo malo ſcripſit d. l. nec exemplum ita tenendum eſt ex ipſis iuris fontibus noſtrum textum ab Innocentio 3. conditum fuiſſe, quamuis imprudenter Petrus, & Sinus dixerint

procedere ex errore Cannoniſtarum, quos tamen cæteri de temeritate arguunt, ex quibus communis interpretatio in d. l. & ſi legibus,& in d. l. præſcriptione C. eodem, & in præſenti ſecundum Abb. num. 3. Felinum, & Decium. 4. Veroinm 30. & 34. Mantuam. 9. & 10. Menochium, Maſcardum, & Æmilium, & Mandoſium in ratione decidendi, ita defendenda eſt, ſoluitúrque tertium argumentum, cui & quintum argumentum adiungendum eſt.

25\. Non obſtat quartum reſcripta † ad ius commune reduci. cap. cauſam ſupra, iure communi ſimplicitati parcendum eſſe, quia reſpondeo illud procedere non indiſtinctè, ſed quando non requiritur ſcientia, vel cura, quia vbi requiritur non excuſat ignorantia, vt reſolutum eſt in ratione decidendi, ex qua communi diximus non excuſare quando mendacium etiam ex ſimplicitate, vel ignorantia fuit cauſa conceſſionis, quia licet excuſſet à pœna ex eo quod Principem decepit, non tamen ab irritatione reſcripti, ſiue quo ad formam ſi ad illam ordinatur, ſiue quo ad totum ſi illius cauſa fuit, iuxta ſecundam & tertiam regulam, cuius ratio eſt, quia eo caſu ſimplicitati, & ignorantiæ parcendum eſt, non tamen fauendum quod contingeret ſi reſcriptum ſubſtineretur contra iuris regulas, ita adiiciendum communi ſupra reſolutæ ad rationem decidendi circa ſimplicitatem & ignorantiam, ſoluitúrque quartum.

26\. Non obſtat quintum ſatis difficilè † nullo mendacio iudicis cognitionem impediri l. præſcriptione C. ſi contra ius vel vtil. pub ad cuius interpretationem gloſa ibi verbo, debere quinque intellectus refert, diſputat gloſa verbo, ſententiam, & communis Bart. Aluerici, Latius Baldi, & Saliceti, Fulgoſij, Pauli, & Iaſſonis & in præſenti omnes ab Innocentio vſque ad Veroium, & Mantuam, communior eſt illum textum interpretandum eſſe iuxta ſecundam noſtri textus regulam ex eo deductam ad tollendas interpretum contentiones, ſcilicet quando mendacium ex ſimplicitate, vel ignorantia fuit cauſa concedendi formam aliquam, qua ſublata poterit iudex in cauſa principali pronuntiare, ita reſpondent ibi Cæſares oppoſita mendaciorum exceptione debere iudicem in cauſa pronuntiare, ita ex Baldo, Saliceto & aliis dicunt in præſenti magis communem Immola, Abb. num. 3. Felinus, & Decius 4. Veroius 29. & in repetitione 35. Mantua 9. & 10. ſed apertè conuincitur ex eadem lege, ibi (tacendi fraude) fraus tamen ad dolum pertinet l. fraudis 79. ff. de regulis iuris, & ſimplicitati contraria eſt, vt diximus in ratione decidendi.

Quare ſubtiliter Fulgoſius in d. l. præſcriptione num. 8. interpretatur mendacium ibi commiſſum fuiſſe iuxta merita cauſæ, quia dixit aduerſarium eſſe intruſum, vel ſe ſpoliatum iniuſtè c. 2. ſupra, aduerſarius autem oppoſuit mendacij exceptionem ne ad vlteriora procedatur vt in præſenti, in verſ. nos igitur, reſpondet textus iuxta tenorem veritatis de cauſa delegatum ſententiam dicturum eſſe, quia ſi mendacium reſpiceret impetrationem reſcripti quia narrauit

rauit ordinarius ſæpè interpellatur iuſtitia non miniſtrante oppoſita exceptionedelegatus de illa pronuntiare debet, quia hæc eſt dilatoria, & ideo ſtatim de ea pronunciandum eſt l. 2. ad fin. l. 3. ff. de exceptionibus, cap. paſtoralis eodem de exceptionibus. primo caſu eſt peremptoria cum negotio principali diffinienda, l. peremptorias C. ſententiam reſcindi non poſſe c. 1. de ordine cognitionum, quæ interpretatio ſubtilis eſt, conuincitur tamen ex d. l. & ſi legibus, & noſtro textu quia doloſus impetrans carere debet pœnitus impetratis, & de eo reſcripto nullus eſt effectus, & cauſa nullatenus eſt cognoſcendum. Vnde Iaſſon in d.l.præſcriptione in principio & num. 23. ad vitandas difficultates nouè interpretatur litteram, ſcilicet, illa verba (pro tenore veritatis) coniungenda eſſe cum illo verbo(datum) vt interpretatio ſit datum eſſe iudicem ſub illa forma vt pro tenore veritatis in cauſa procedat non attenta ſubreptione, & ita ſecundum hoc iudicem de cauſa ſententiam pronuntiaturum eſſe,quæ interpretatio nullam relinquebat diſputationem, quia potuit Princeps ſubreptionis vitium tollere,ſed reiicitur quia textus litteram inuoluit,& illa forma eſt inſolita.

Quare Veroius num. 29. interpretatur oppoſita mendacij exceptione iudicem de ſubreptionis cauſa cogniturum eſſe ex noſtro textu, & d. l. & ſi legibus, quibus iuxta eum intellectum conſonat etiam d. l. præſcriptione ſed repugnat litteram illius textus magis pertinere ad negotium principale vt ſignificat verbum, de cauſa, l. cauſas C. de tranſactionibus, cap. cauſam matrimonij. 16. de off. deleg. cap. forus de verb. ſignificatione, & verbum, ſententiam, quod in dubio ad diffinitiuam refertur ex communi l. quod iuſſit ff. de re iudicata vbi Ripa, & Rebuſus num. 4.

In qua difficultate principio animaduertendum eſt ipſos Cæſares in propoſita ſpecie adeo confusè reſpondiſſe vt Doctores pro ingenio in opiniones diuidantur quoniam cum docuerint reſcripta contra ius elicita à iudicibus eſſe refutanda l. reſcripta C. de precibus Imperatori offerendis quod ad quaſcumque conſtitutiones extendit finalis C. ſi contra ius, vel vtil. pub. etiam ſi non iuri contraria, ſed conſentanea dolo fuerint impetrata, quod ſi nimio dolo maiori ſeueritati ſubiiciuntur, l. & ſi legibus C. ſi contra ius, vel vtil. pub. adeo quod iudex doloſi reſcripti exceptionem non admittens grauiter mulctetur l. puniri C. ſi contra ius, quod in ſpecie reſcriptum eſt, l. 1. & 2. C. ſi nuptiæ ex reſcripto, l. fin. C. ſententiam reſcindi non poſſe.

Contrarium tamen ſæpè reſcripſiſſe videntur reſcripta etiam iuri contraria admittenda fore, l. quoties, l. vniuerſa C. de precibus imp. offerendis, reſcriptáque non integra relatione impetrata non impedire iudicis de cauſa cognitionem, l. 1. C. ſi contra ius vel vtil. pub. oppoſitáque mendacij exceptione iudicem de cauſa ſententiam ferre oportere d. l. præſcriptione C. eodem adeo quod ſi non cognitio, ſed etiam ſolum executio reſcripto delegata ſit probata fraude negotio principali cognoſcendum eſt

O

l. & ſi non cognitio C. eodem, quæ ſcripta ſunt in cap. reſcripta & in d. c. dicenti cum ſuis paragraphis 25. q. 2. propter quas contrarietates Placentinus quocumque mendacio reſcriptum omnino vitiari affirmabat, in contrarium nullo mendacio iudicis cognitionem impediri Azonis opinio fuerat, ea contrarietate noſtrum textum ab Innocentio. 3. conditum eſſe conſtat ex eius principio, & diximus ſuprà.

Id poſt eius conſtitutionem communis fuerat opinio apud legiſtas Azonis ſententiam ſequutos, multis contrarium affirmantibus, Pontificios vero omnes noſtri textus magiſtralem doctrinam defendetes, quam & veriorem, & magis receptam eſſe probat Iaſſon d.num. 23. Menochius, Surdus, & Maſcardus vbi ſupra, quæ vt verior ita & frequentior eſt & in omnibus ſecularibus, & Pontificiis tribunalibus frequētiſſima, apud omnia enim in vſu eſt noſtri textus praxis ex dictis legibus, & rationibus deducta. Vnde earum legum deprehenditur interpretario, principio dictæ legis reſcripta, in cuius prima parte reſcripta ſubreptitia contra ius impetrata ab omnibus reiicienda fore docuere Cæſares, quod ſignificant illa verba, reſcripta contra ius elicita dixerat Iulius Paulus d. lib. tit. 12. qui reſcriptum à Principe falſa allegatione elicuerit eo vti prohibetur, dicunt Theodoſius, & Valentinianus reſcripta contra ius elicita ab omnibus refutari præcipimus, ita apertè loquitur de ſubreptitiis, nec potuere apertius ſignificare, vt ibi probant omnes & Archidi. Belamera, & Cardi. in d. c. reſcripta, quod extenditur ad quaſcumque pragmaticas in l.fi. C.ſi contra ius, d.c. dicenti §. omnes, in ſecunda tamen parte dictæ legis, reſcripta, admittitur reſcriptum impetranti vtile, & alteri non noxium, quia inconſiderabile alterius præiudicium non præſumitur Princeps reſcribere l.2.§. ſi quis à Principe ff. ne quid in loco publico, cap. ad aures.8.ſupra, vbi dixi ad rationem decidendi, exemplum proponitur à Modeſtino in l. idem. Vlpianus.14. in principio, & §. 1. ff. de excuſationibus Tutorum. Si autem præiudicium non eſt conſiderabile valet reſcriptum ita interpretandus eſt textus in d.l. quoties, & in l. vniuerſa C. de precibus Imp. offer. vtrumque tamen conuenire neceſſe eſt ſibi eſſe vtile, & alteri non iniurium vt ibi probant Baldus, Salicetus, Fulgoſius, Paulus, & Iaſſon Archid. Belamera, Card. in d.c. reſcripta, gloſa Bart. Alexander, Iaſon, Alciatus, & Bruinus in l. 2. ff. ſoluto matrimonio, probatur ex d.l. reſcripta in exemplo quando Princeps crimen indulget, interpretatio enim eſt indulgeri quoad vindictam publicam, vel pœnam fiſco applicandam, non autem parti competentem textus, & ibi gloſa fin. in l. vnica C. de in ius vocando, vbi Decius num. 9. dicit communem, probant ſupra relati, & Lacius Felinus, Decius, Alciatus, Mantua, & Veroius in cap. at ſi clerici §. de adulteriis de iudiciis, ſecundo d. l. & ſi legibus ſequenti die ab eiſdem Theodoſio, & Valentiniano poſt legem reſcripta, fuit edita, eo ſenſu in l. reſcripta dicitur reſcripta contra ius elicita, & ſequenti die dixerunt etiam, ſi legibus

Digitized by Google

conſentanea ſint, dolo tamen impetrata pœnitus effectu carere debent, ſi autem nimio dolo ſeueritati ſubiiciuntur.

Tertio, in d. l. puniri, iudex ſubreptionis exceptionem non admittens grauiter mulctatur, intelligique in quacumque ſubreptione probant ibi omnes, & Pontificij, in §. puniri capituli dicenti, & in præſenti.

Quarto hæc pœna extenditur etiam ſi ſola executio mandetur l. & ſi non cognitio C. eodem ſi contra ius, cap. dicenti, §. & ſi cognitio.

Quinto quando reſcriptum impetratur ad obſeruantiam iuris communis, quamuis in relatione omittatur aliquid ex geſtis non impeditur iudicis cognitio l. 1. C. ſi contra ius, quam intelligit in reſcriptis ad iuris obſeruantiam, & omiſſionem non ex dolo, ſed ex ſimplicitate, vel ignorantia contigiſſe omnes ibi acceperunt, & in l. præſcriptione infra, noſtri in cap. dicenti §. præſcriptione & in præſenti communiter receperunt.

Sexto, oppoſita tamen per aduerſarium mendacij exceptione, ſiue in narratione iuris, ſiue facti, ſiue tacendi fraude impetrans mentitus fuerit delegatus pro tenore veritatis, non pro impetrantis relatione de cauſa cognoſcere debet l. præſcriptione C. ſi contra ius vel, cap. dicenti §. præſcriptione vnde fortiter repugnare videtur dictæ legi & ſi legibus, noſtróque textui, vnde aſſignantur interpretationes ſupra relatæ, quarum communior fuit intelligi in mendacio per ſimplicitatem, quo caſu reſcriptum non vitiatur, niſi quatenus fuit cauſa concedendi, de quo loquitur noſter textus in ſecunda regula verſiculo inter alios, ſed repugnat vt diximus littera ibi (tacendi fraude) ergo de doloſo, ſed poteſt communis defendi ex eo quod fraus, & dolus ſui natura differunt l. iuris gentium. 7. §. dolus, §. ſed & ſi fraudandi ff. de pactis §. in fraudem inſt. quibus manumittere licet vel non, in fraude enim poteſt eſſe dolus. ſed non ſemper eſt dolus, & ita accipitur fraus pro euentu, vel effectu, quia fraudatur quis abſque animo vel dolo fraudantis l. ait Prætor §. ita demum cum ſequentibus ff. quæ in fraudem creditorum, d. §. ſedet & fraudandi & d. l. 79. ff. de regulis iuris. Vnde illa verba (tacendi fraude) non probant dolum impetrantis, ſed effectum quia concedens fraudatur ex mendacio. Vnde non vitiat niſi quatenus fuit cauſa conceſſionis, & ideo quia in illa ſpecie non fuit cauſa vt apertius conſtat ex l. præcedenti quæ eſt lex prima, poteſt in vtraque lege de cauſa cognoſcere.

Ex quibus † & d. l. & ſi legibus, & 27. d. l. reſcripta Innocentius. 3. noſtram conficit conſtitutionem celebrem, & omnibus in iudiciis receptiſſimam.

Nec obſtat ſeptimum d. l. & ſi non cognitio ibi, vt ſi fraus interuenerit de omni negotio cognoſcatur. vnde diſputant executorem ex reſcripto etiam ſubreptitio poſſe de negotio principali cognoſcere, & magis recipiunt poſſe ſi ſic de eo non fuerat antea tractatum, ita concludit ibi Iaſſon, idem in l. à Diuo Pio num. 11. ff. de re iudicata, repugnat tamen, c. paſtoralis §. quia vero de off. delegati cap. de cætero de re iudicata vbi communis, verius eſt quod Conſtantinus ſciens,

& prudens in d. §. & ſi non cognitio, dixit cognoſcatur ſcilicet ab executore ſi ex ſua commiſſione conſtat, vel ab ordinario, vel ab alio ad cauſam principalem delegato, ita tenendum eſt. ſuperior tamen Fulgoſij intellectus in praxi receptiſſimus eſt ſubreptionem etiam doloſam in cauſa principali commiſſam tamquam peremptoriam cum ipſa cauſa diffiniendam eſſe, c. 1. de ordine cognitionum circa reſcripti impetrationem eſſe dilatoriam, proceſſumque impedire cap. paſtoralis de exceptionibus, & ita noſtro textu praxis vtitur. ſoluitúrque quintum argumentum.

28. Non obſtat ſextum argumentum quia veriſſimū† eſt quando forma eſt valida, ſed in ſecunda noſtri textus regula eſt invalida ideoque vitiatur, valétque reſcriptum in forma communi vt reſolutum eſt ad rationem decidendi quoad ſecundam regulam, ſoluitúrque ſextum argumentum.

29. Non obſtat ſeptimum † argumentum quia reſpondeo ex ſtricta reſcriptorum natura ex reſcripto contra hominem Salmantinum impetratum conueniri non poteſt Zamorenſis d. c. ſignificante, & ex reſcripto contra Epiſcopum Salmantinum & alios de Diœceſi impetrato non poteſt conueniri clericus Salmantinus, quia doctiſſimè conſiderauit ibi Gregorius 9. ex illo indiuiduo Epiſcopi Salmantini non poſſe conueniri alium Salmantinum præter Epiſcopum l. hæres 100. §.1.ff. de legatis 3. l. 1. §. item ſi duæ ff. de auro & argento legato cum aliis reſolutis in c. 1. ſupra ad ſextum argumentum, idcirco in illa ſpecie non conſideratur an alias eſſet conceſſurus, quia reſcriptum non extenditur in tertij præiudicium, cap. fin. de præb. cap. ſedes 15. ſupra cum aliis ita ſoluitur ſeptimum argumentum.

Non obſtat octauam argumentum † quia reſpondeo ſatis poſſibile, iuri- 30. que conſentaneum eſſe delegatum deprehendere quando Papa foret conceſſurus, vel non iuxta iuris regulas c. 2. & 3. cum ſequentibus ſupra congeſtis magiſtraliter à gloſa verbo litteras, & ab omnibus in præſenti, Rebuſo & aliis relatis à Menochio de arb. caſu 201. & 202. à Cuco libro 1. tit. 4. de reſcriptis, ita optimè procedit noſter textus. abſoluitúrque octauum.

Non obſtat nonum argumentum quia veriſſimum eſt, & inde affirmandum ex illo textu in cap. ſi proponente & in cap. ſi motu proprio noſtrum interpretandum eſſe † men- 31. dacium vitiare quatenus fuit cauſa concedendi, aut non ita facilè concederetur, qua occaſione magna eſt diſputatio an noſter textus in dictis tribus regulis † obtineat non ſolum 32. in reſcriptis ad lites, ſed & ad beneficia, & ad gratias, & quo ad primam, & tertiam regulam omnes conueniunt eandem eſſe rationem, & diſpoſitionem quo ad ſecundam regulam procedere ad lites, non ad beneficia gloſa verbo, taceatur in d. cap. ſi motu proprio quam ibi probant, & hic multis ornant argumentis Antonius, Decius, n. 6. Veroius n. 36. & in repetitione n. 47. contrarium tamẽ probatur ex cap. ſi eo tempore, cap. gratia de reſcriptis in ſexto cap. dudum 14. verſ. conſiderãtes de præbẽdis in ſexto & aliis, quæ

communior eſt ſecundum Abb. nu. 4. Felinum, & Veroium ſuprà Mantuam num. 14. contrariis reſpondentes, & ita tenendum eſt, ſoluitúrque nonum.

33. † Nec obſtat decimum argumentum † quia reſpondet Card. quem ſequuntur proximè relati noſtrum text. obtinere quando ex vno dumtaxat reſcripto delegatus de ſubreptione cognoſcit, text. autem in c. paſtoralis in principio ſupra, procedit quando ex diuerſis reſcriptis diuerſi ſunt delegati, & ſeparatim cognoſcunt de ſubreptione, vel validitate, docétque Innoc. 3. quod ſi alteri cedere noluerit propter bonum publicum ab omnibus eligantur arbitri, quorum iudicio diffiniendum eſt, ad quem cauſæ cognitio pertineat, à quo tamen iudicio appellatio poteſt interponi c. ab arbitris de arbitris in ſexto hæc eſt vera noſtri text. & dicti. c. paſtoralis interpretatio ſecundum relatos in præſenti, & ſecundum Felinum, & Decium num. 2. in d. c. paſtoralis, & ita ad laudem Dei omnipotentis, & Mariæ matris eius abſoluitur argumentum, textus, & titulus.

Finis huius tituli.

Digitized by Google

AD TITVLVM DE CONSVETVDINE A D. D. DE SAHAGVN.

Summarium ad rubricam huius tituli.

1. *Conſuetudo eſt antiquior lege.*
2. *Quid ſit conſuetudo, & ibi de diffinitione, & quæ ſint neceſſaria ad conſuetudinem.*
3. *In Hiſpania tota iuriſdictio eſt penes Regem.*
4. *Iudex datus ad cognoſcendum ſecundum ius poteſt cognoſcere ſecundum conſuetudinem.*
5. *Ius ciuile etiam ex non ſcripto conſtat.*
6. *Ad conſuetudinem, & non ad reſponſa prudentum refertur lex.* 1. *de donationibus.*
7. *Conſuetudo ſcripta non deſinit eſſe conſuetudo.*
8. *Quotuplex ſit conſuetudo traditur & diſcutitur.*

AD RVBRICAM.

1. CONSVETVDO lege † antiquior fuit, Cicero de inuentione, conſuetudine ius, quod leuiter à natura tractum aluit, & maius fecit vſus l. 2. in principio, & §. ex actis ff. de origine iuris, & inde Romanis legibus frequentiſſima eſt antiquę conſuetudinis memoria l. more maiorum ff. de iuriſdictione, l. moribus ff. de donationibus inter, l. 2. ff. de vulgari, l. more. 8. ff. de acquirenda hæreditate, l. moris ff. de pœnis, ſic traditum eſt ius conſtat ex ſcripto, & non ſcripto l. ius ciuile ff. de iuſt. & iure, l. de quibus. 32. ff. de legibus, §. conſtat inſt. de iure naturali, c. ius generale. 1. d. c. cæterum de teſtibus cogendis l. 4. & 5. tit. 2. p. 1. ſcriptum conſiſtit legibus ſcriptis, non ſcriptum conſuetudine, de qua in dictis legibus, & aliis & C. quæ ſit longa conſuetudo, & hic, & in ſexto ad cuius cognitionem ſciendum eſt primo quid ſit conſuetudo ſecundo quo-

triplex ſit.

2. Ad primum † conſuetudo à Cicerone paulo ante dictũ locum diffinitur, conſuetudinis ius eſt, quod voluntate omnium ſine lege vetuſtas comprobauit à Diuo Iſidoro in c. cõſuetudo 1. d. eſt ius quod ſuſcipitur pro lege cum deficit lex, probatur ex d. l. de quibus, & d. c. cæterum, vbi gloſa verbo, actibus, ibi probata & in d. l de quibus ſecundum Iaſſonem num. 81. Oroſco 31. Corraſio. 2. Medicis de diffinitionibus. 1. p. c. 8. Aſſinio in praxi §. 19. c. 33. Rebufo. 3. tomo tit. de conſuetudine in principio, Menoch. de arbitr. caſu 81. & 82. conuincitur tamen quia conſuetudo legem plerumque vincit d. l. de quibus, §. pœnultimo inſt. de iure naturali, c. fin. infra. vnde omnes in præſenti maximè Decius, Rochus de Curte, & Mantua varias diffinitiones referunt & ſupra relati, & à Maſcardo concluſione. 424. cum ſequentibus de probationibus, eodem tamẽ vitio laborant referuntur enim ad cõſuetudines populi Romani, qui & legis condendæ poteſtatem habebat l. 2. de origine iuris, & legem ſeruandæ conſuetudinis, antiqua enim fuit Romanorum lex, Ritus patriæ, familiæque ſeruato.

Quare ſecurior diffinitio eſt conſuetudinem eſſe ius ex frequentia eorumdem actuum communitatis introductum legis authoritate l. omnes populi ff. de iuſtitia, & iure, d. l. de quibus cum aliis ſupra l. an in totum C. de ædificiis priuatis ibi (probatis iis, quæ in oppido frequenter in eodem genere controuerſiarum ſeruata ſunt) & ita conueniunt omnes, Gregorius Lopez in d. l. 4. Aſſinius d. c. 33. num. 6. Menochius & Maſcardus ſupra ſingulas cõſuetudinis partes explicantes de quibus infra latiùs. Vnde deducitur primo vt conſuetudo legitima ſit legis authoritate vt introducatur neceſſarium forè, vnde ſecundo contendunt plures inutilem hodie conſuetudinem eſſe niſi à Principe probata ſit. Verius tamen eſt non deſiderari explicatãm Principis ſcientiam, neceſſariam tamen eſſe generalem cuiuſcumque Principis approbationem.

Quare cum in Hiſpania † penes 3. Regem iuriſdictio tota ſit dictis legibus partitæ, l. 1. cum ſequentibus tit. 1. & 2. lib. 2. compillationis, Palacios Ruuios in repetitione rubricæ de donationibus in principio, Auendano 1. p. c. 1. cum ſequentibus, Coua. in regula poſſeſſor. 2. p. §. 10. in practicis. c. 1. omnes in l. 1. Tauri. valet conſuetudo Rege etiam inſcio, ſufficit enim legibus conſuetudinem generaliter probaſſe, ita interpretandæ ſunt dictæ leges, communeſque traditiones, Auendano. c. 8. nu. 2. Auiles c. 7. gloſa verbo, parti do. num. 5.

Tertio deducitur † quod iudex à 4. Principe datus vt cognoſcat ſecundũ ius, poterit & ſecundum conſuetudinem cognoſcere, quia iuris pars eſt ex dictis iuribus, & traditionibus nec obſtat text. difficilis in c. cum veniſſent de eo qui mittitur in poſſeſſionẽ, ibi (ſecundum ius, & bonam terræ conſuetudinem) ergo conſuetudinẽ exprimere neceſſe fuit, quia reſpondeo neceſſe fuiſſe ſingulari ratione infra explicanda.

Quarto deducitur † non omnes 5.

quod ſcriptum non eſt conſuetudinem eſſe quia & ius ciuile ex non ſcripto conſiſtit nempe prudentum interpretatione §. reſponſa prudentũ inſt. de iure naturali, l. 2. §. nouiſſimè ff. de origine Iuris vt infra latiùs.

6. Quinto deducitur † ad conſuetudinẽ nõ ad reſpõſa prudentum referri legem. 1. ff. de donationibus inter. l. 2. ff. de vulgari contra Alciatum vt latiùs explicabimus.

7. Sexto deducitur † ius ſcriptum nõ efficere ſi conſuetudo erat quod ex eo dumtaxat quod ſcriptum ſit deſinat eſſe conſuetudo & fiat lex, id quo fallitur Rochus vt infra latiùs dicemus.

8. Ad ſecundum quotuplex ſit, veteres dixere eſſe duplicem, alteram facti l. vel vniuerſorum. 12. ibi (ſolebat) ff. de pignoratitia actione, l. ſi ſeruus plurium. 53. §. fin. ff. de legatis. 1. inde & animalibus conuenit §. pauonum inſt. de rerum diuiſione naturalem inclinationem appellat Diuus Thom. 1. 2. quæſt. 58. art. 1. alteram iuris, quę & generalis eſt regni, vel prouinciæ, vel particularis ciuitatis, vel oppidi, d. l. an in totum, inde triplicem eſſe dixit dicta lex p. 4. & 5. nouiſſimi quadruplicem conſtituunt generaliſſimam totius maris l. deprecatio ff. ad l. Rhodiam de iactu Chriſtianæ religionis, c. Eccleſiaſticarum. 11. d. omnium Eccleſiarum c. cum Eccleſia Sutrina in principio de cauſa poſſeſſionis. Generalem regni, vel prouinciæ d. l. ſi ſeruus plurium §. fin. c. cum in Eccleſia. 31. de electione, d. c. cum veniſſent. ſpecialem ciuitatis, oppidi, vel Eccleſiæ d. §. fin. l. venditor. 13. §. ſi conſtat ff. communia prędiorum, d. l. an in totum. c. cum terra. 14. de electione, c. venientes de iure iurando. ſpecialiſſimam hominis, vel familiæ d. l. vel vniuerſorum, d. §. fin. tribus prioribus conſuetudinem legi detrahere, poſteriori præſumptionem tantum inducere probat Sabaſtianus Medicis de legibus. 2. p. c. 14. in cauſarúmque deciſionibus non allegari dixerat Molineus.

Cõtrarium tamen apertè probatur quia ſi vnius conſuetudine cauſam diffiniri reſpondet text. in d. l. vel vniuerſorum à fortiori familiæ cõſuetudine duodecim tabullarum authoritate probata familiæ ritus, patriæque ſeruanto probat Zuarez in l. quoniam in prioribus decima ampliatione C. de inofficioſo, Nauarrus conſilio 503. 3. p. Menochius conſilio. 2. num. 282. volumine. 1. obſeruandum eſt inter familiares vtilem eſſe conſuetudinem, aliis tamen extra familiam inutilem eſſe, abſoluitúrque rubrica.

SEQVI-

SEQVITVR EXPICANDVS CELEBRIS TEXTVS IN CAP. FIN. ISTO titulo de conſuetudine.

Summarium huius capituli.

1. *Conſuetudo ſcripta, vel non ſcripta latè diſputatur, & an ſi ſcribitur conſuetudo, deſinat eſſe conſuetudo & fiat lex.*
2. *Contra Alciatum in interpretatione. l. 2. de vulgari.*
3. *Conſuetudinem ſcriptam legem eſſe probatur.*
4. *Reſolutio quæſtionis.*
5. *Princeps ſcribendo conſuetudinem & aliquid addendo facit eam legem.*
6. *Conſuetudo ſcripta à Principe non eo animo vt lex ſit conſuetudo remanet.*
7. *Declaratur paragraphus conſtat de iure naturali.*
8. *Declaratur capitulum conſuetudo. 1. d.*
9. *Declaratur lex. 1. ad municipalem, l. 3. §. Diuus Adrianus de ſepulchro violato, & numeris ſequentibus.*
10. *Declaratur paragraphus, Diuus, quare reſcripto tollatur conſuetudo.*
11. *Abuſiuè dicitur lex Rhodia de iactu.*
12. *Lex Rhodia, ſeu conſuetudines mercatorum plenæ iniquitatibus.*
13. *Lata eſt excommunicatio contra diripientes naufragium paſſos.*
14. *Interpretatio ad illa verba, legis Rhodiæ de iactu, ego quidem mundi dominus, lex autem maris.*
15. *Mare eſt de iure naturali, nec eſt in dominio alicuius.*
16. *Mandatum Antonini contra conſuetudinem maris.*
17. *Conſuetudo etiam eſt non ſcripta.*
18. *Declaratur caput. 1. de iureiurando in ſexto, ibi, ſcripta, & non ſcripta.*
19. *Conſuetudo eſt difficilis probationis.*
20. *De intellectu noſtri text. ad quod ius referatur loquens de naturali vt conſuetudine non tollatur.*
21. *Ius diuinum, quod eſt in libris Moiſi; & in teſtamento nouo an ſit omne naturale.*

22. Explicatio noſtri textus.
23. An poſſit homicidium conſuetudini comparari.
24. Quid de vſura? quid de ſimonia? infra num. 33.
25. Quomodo lex Pontificia, vel conſuetudo valeant interpretari ius diuinum, & numeris ſequentibus.
26 Lex.2.C. de reſcindenda venditione procedit propter trãquilitatem Reipublicæ.
27. An conſuetudine poſſint introduci torneamenta, oped i e.u in Republica.
28. An iure ciuili poſſit valere prohibitio de non adendis ſpurijs, & de intellectu capituli, cum haberet, de eo qui duxit in matrimonium, quam polluit &c.
29. An conſuetudine acquiratur iuriſdictio Eccleſiaſtica, & quomodo, & de intellectu capituli ad noſtram infra.
30. An poſſeſſio conſuetudine acquiratur.
31. Derogatio iuris naturalis tunc eneruat vires conſuetudinis, quoties eius transgreſſio peccatum generat.
32. Solus epiſcopus eſt miniſter confirmationis, & an hoc conſuetudine tolli poſſit.
33. Conſuetudine non iuſtificatur ſimonia, & an decimæ.
34. Nullum ius poſitiuum eſt quod conſuetudine tolli non poſſit.
35. Vbi & quomodo inducatur conſuetudo ſi ſciente, & non contradicente ſuperiore.
36. Si lex habet clauſulam derogatoriam tollatur ne per conſuetudinem noua interueniente.
37. Non poſſunt peti ſportulæ maioris taxatis à lege etiam prætextu conſuetudinis niſi orta fuerit noua ratio.
38. Declaratur lex 2. C. quæ ſit longa conſuetudo.
39. Arbitrio iudicis relinquitur an ſit ratio conſuetudinis contra ius diuinum.
40. Quando conſuetudo dicatur præſcripta.
41. Qui actus requirantur ad inducendam conſuetudinem.
42. Perſonæ, à quibus actus iſti debentur celebrare.
43. Declaratur caput. ſi quis omnes.1.q.7.& an leges obligent ad culpam.
44. An conſuetudo poſſit iuri poſitiuo præiudicium generare.
45. Quare conſuetudine non valeat introduci quod beneficium relinquatur ſine licentia ſuperioris.
46. Quare conſuetudine non poteſt introduci dotem ab adultera retineri.

SVMMA.

IVRI naturali, vel diuino cuius tranſgreſſio peccatum eſt conſuetudo non derogat, nec poſitiuo niſi rationabilis, & præſcripta ſit.

Pro ratione dubitandi primo ſic argumentor. Homicidium iure naturali interdictum eſt ex Decalogo, non occides, l. 1. l. iuſtitia ff. de iuſt. & iure, §. 1. §. iuſtitia inſt. de iure naturali. c. 1. 1. d. cuius tranſgreſſio peccatum grauiſſimum eſt, c. 1. cum ſequentibus. 50. d. & 23. queſt. 5. c. 1. cũ ſequentibus de homicidio, ſed conſuetudine effici poteſt homicidium impunitum eſſe, ſcilicet in exercitationibus reipublicæ neceſſariis, vel vtilibus l. qua actione. 7. §. ſi quis in colluctatione, l. ſi quis ex plagiis. 52. §. fin. ff. ad legem Aquilam. c. lator. 9. c. dilectus. 13. c. ſignificaſti. 16. de homicidio, ergo iuri naturali plerumque detrahit conſuetudo.

Secundo ſic argumentor. alimenta iure naturali filiis debita ſunt l. necare, l. ſi quis à liberis ff. de lib. agnoſc. ſed conſuetudine poteſt tolli, probatur quæ fiunt lege, & conſuetudine fieri poſſunt l. omnes populi ff. de iuſtitia & iure, l. de quibus 32. ff. de legibus, §. ſed naturalia in fine inſt. de iure naturali, ſed lege poſſunt alimenta denegari auth. ex complexu C. de inceſtis nuptiis, ergo & conſuetudine contra illud ius naturale.

Tertio ſic argumentor. iure ſupernaturali Eccleſiæ poteſtas Petro, & ſucceſſoribus data fuit Matthæi. c. 16. & 18. Ioannis, 20. c. in nouo 21. d. c. quodcumque 24. quæſt. 1. inde fluxit in prælatos inferiores priuatiuè c. nullus. 9. quæſt. 2. c. 1. c. ſignificaſti de foro comp. ſed conſuetudine poteſt ad alios pertinere c. duo ſimul de off. ordinarij, c. cum contingat de foro comp. c. cum ex officij de præſcriptionibus. ergo derogat conſuetudo iuri etiam ſupernaturali.

Quarto ſic argumentor. iuri naturali non poteſt in alium transferri poſſeſſio niſi per traditionem, actuſque naturales, l. qua ratione. 9. §. ex quoque res l. traditio 20 ff. de acq. rerum dominio, l. cum hæredes. 23. ff. de acquirenda poſſ. §. per traditionẽ inſt. de rerum diuiſione, ſed conſuetudine fieri poteſt vt abſque naturali traditione poſſeſſio transferatur. c. 2. ſupra. ergo iuri naturali derogat.

Quinto ſic argumentor. confirmationis ſacramentum ab epiſcopo tantum miniſtrari diuina inſtitutione probatum eſt actuum Appoſtolorum c. 8. de iis, c. manus de conſecratione d. 5. c. quanto ſuprà, ſed conſuetudine poteſt ad preſbiterum pertinere, probatur, quod priuillegio fit, poteſt & conſuetudine fieri d. c. dico ſimul, c. nouit de iudiciis, ſed priuillegio poteſt ſacerdoti competere. c. 1. 95. d. ergo & conſuetudine.

Sexto ſic argumentor. ſimonia iure diuino damnata eſt eiuſque trangreſſio grauiſſimum peccatum generat. c. 1. cum ſequentibus. 1. quæſt. 1. & de ſimonia, & extrauaganti cum deteſtabile de ſimonia, ſed conſuetudine effici poteſt vt temporale exigatur pro ſacramentorum exercitio. c. ſuam, c.

ad Appoſtolicam de ſimonia, idem in decimis in ieiunio, & in aliis, ergo & iure diuino poſt cõſuetudo derogare.

Septimo ſic argumentor. ſecundum ordinis rationem Eccleſiæ Prælatum ſeu beneficiarum ex eadem eligendũ eſſe vtroque iure conſtitutum eſt l. in Eccleſiis. 11. C. de epiſcopis, & de c. nec emeritis, c. nullus, c. obitum. 61. d. c. hortamur 71. de eiuſque trãſgreſſio peccatum eſt c. bonæ 4. §. fin. ibi (ſalua conſcientia) de poſtulatione Prælatorum, ſed conſuetudini cõtrarium introduci poteſt c. cum dilectus ſupra, ergo conſuetudo derogare poteſt etiam ſi in trãſgreſſione peccatum foret.

Octauo ſic argumentor conſuetudo nec rationem, nec legem vincere poteſt l. 2. C. quæ ſit longa conſuetudo, c. conſuetudinis. 11. d. ergo licet rationabilis, vel præſcripta ſit nõ poterit iuri poſitiuo detrahere.

Nono ſic argumentor legem Eccleſiaſticam violãs anathemate damnatur c. ſi quis omnem in principio. 1. quæſt. 7. ſed contra legem Eccleſiaſticam conſuetudo introduci non poteſt, de qua loquitur noſter text. in fine ſine eius violatione, & ſic cum anathemate, ergo contra legem Eccleſiæ conſuetudo numquam poterit introduci.

Decimo ſic argumentor. cenſuræ Eccleſiaſticæ forma, & pœna Iure poſitiuo inſtituta eſt c. ſacro, 48. de ſent. excommunicationis, c. quærenti de verb. ſign. c. fin. de ſent. excommunicationis in ſexto. ſed conſuetudine tolli non poteſt c. cum inter vos ſupra, ergo iuri poſitiuo derogare non poteſt.

Vndecimo ſic argumentor, Beneficij renuntiationem ſuperioris licentia faciendam eſſe ius poſitiuum eſt c. admonet, c. quod in dubiis de renuntiatione, ſed conſuetudine contrarium introduci non poteſt c. cum venerabilis ſuprà. ergo conſuetudo non derogat.

Duodecimo ſic argumento, propter adulterij crimen dote mulierem priuam iure poſitiuo inſtitutum eſt l. ex conſenſu, §. vir quoque, §. virum. C. de repudiis l. fin. C. ad l. Iuliam de adulteriis, c. plerumque de donationibus inter, ſed conſuetudine introduci non poteſt dotem ab adultera retineri. c. ex parte ſupra, ergo iuri poſitiuo conſuetudo etiam præſcripta derogare non poteſt.

Quibus non obſtantibus contrariũ in præſenti reſpõdet Gregorius. 9. decidẽdi rationem in littera aſſignãs ad cuius cognitionem primo ſtatuẽdum eſt in præſenti diſputari quam poteſtatem cõtra ius naturale diuinum, & poſitiuum habeat conſuetudo † non 1.
ſcripta diximus in rubrica. conſuetudinem pertinere ad ius non ſcriptum l. ius ciuile ff. de iuſtitia & iure §. cõſtat, §. ſine ſcripto inſt. de iure naturali, c. conſtat. 1. d. non tamen omne ius non ſcriptum conſuetudo eſt, quia & ius ciuile non ſcriptum, quod in prudentum interpretatione cõſiſtit & ita ex non ſcripto l. 2. nouiſſimè ff. de origine iuris, §. reſponſa prudẽtum inſt. de iure naturali, c. reſponſa prudẽtum 1. d. in quo omnes infra cõueniunt, & inde interpretantur legem more maiorum ff. de iuriſdictione, l. 1. ff. de donationibus inter l. more. 8. ff. de acquir. hæreditate, l. 2. ff. de vulgari cum

aliis referri ad conſuetudinẽ moribus introductam, non ad prudentum interpretationes vt opinatur Alciatus parergon libro 4. c. 21. quia prudentes non dicuntur conſuetudinis introductores, ſed iuriſconſultores d. §. nouiſſimè cum aliis, l. nulla C. de procuratoribus, l. ſi furioſi C. de inceſtis nuptiis, l. 1. C. de communi ſeruo manumiſſo ita in d. §. nouiſſimè probant Saſius, Corraſius, & Cuiacius in nouo commentario ad illam legem, Concius in ſcholiis ad cap. lex eſt 1. d. Igneum repetitione legis neceſſarius §. non alias nu. 718. ff. ad Silanianum, Octomanus, & Balduinus in d. §. reſ-
2. ponſa prudentem. Vnde † conbinatur etiam Alciatus in d. l. 2. num. 2. de vulgari eum intelligens imprudentum interpretatione, verior enim intellectus eſt verbum, moribus, referri ad conſuetudinem Longobardorum gloſa 1. recepta ſecundum Ripam nu. 2. Socinum iuniorem num. 5. Alciatum num. 4. ita tenendum eſt ſicut è conuerſo conſuetudo etiam ſi ſcripta non deſinit eſſe conſuetudo & efficitur lex ſecundum communiorem ſententiam quamuis contraria magnos habeat patronos, & pluribus conſiſtat argumentis.

Primo eſſe ius non ſcriptnm, & ita differre à iure ſcripto d. l. ius ciuile, & d. §. conſtat, ſi igitur ſcribitur lex erit, & non conſuetudo.

Secundo ex d. c. conſuetudo 1. d. ibi C. quæ in ſcriptis redacta eſt conſtitutio.

Tertio, quia conſuetudo municipalis cum primum ſcribitur lex eſt, l. 1. ff. ad municipalis.

Quarto, conſuetudo à Rhodiis probata poſt quam ſcripta eſt lex vocatur ff. ad S. Rhodiam de iactu.

Quinto ex lege deprecatio ff. eodem ibi (lex autem maris) conſuetudo inter nautas obſeruata lex appellatur poſt quam ſcripta fuit.

Sexto, cap. fin. 2. d. vbi conſuetudines mercatorum frequentia introductæ appellantur leges Rhodiæ, quia Rhodos inſula eius origo fuit ita ibi probant Archid. Belamera, Car. Dominicus communiter in eo conuenientes. Præter Præpoſitum, qui dixit conſuetudinem eſſe non legem, eſſe tamen legem, probant Duarenus, & Ruſardus in ſcholiis ad d. l. deprecatio, Alciatus diſputationum libro 2. c. 5. Concius in ſcholiis ad cap. fin. 2. d. pro ea parte alias adducit rationes, Mantua in rubrica ſupra num. 3. vbi dixit eſſe veriorem, & tenendam Rochus num. 5. contrarium autem † imo etiam ſcriptam conſuetudinem eſſe probatur, Primo quia conſuetudinis ſubſtantia conſiſtit in frequentia eorundem actuum communitatis introducta authoritate legis, d. l. omnes populi, d. l. de quibus. 3.

Secundo, ex l. ſed ea 35. iuncta lege imo 36. ff. de legibus, vbi non eſt de neceſſitate eſſe ſcriptam ergo ſignificat poſſe ſcriptam eſſe, conſuetudinemque manere.

Tertio, ex d. c. conſuetudo 1. diſtinctione ibi (nihil refert ſcriptura an ratione conſiſtat) ergo poteſt eſſe ſcripta, & non ſcripta.

Quarto, quia feudorum conſuetudines quamuis ſcriptæ ſint, vt conſtat ex principio & per totum in vſibus feudorum non leges ſed conſuetudines ſunt.

Digitized by Google

Quinto ex l. 3. §. Diuus Hadrianus ff. de ſepulchro violato ibi (quid tamen ſi lex municipalis permittat, & ibi) enim ſcriptam eſſe apertè conſtat, & non legem, quamuis abuſiuè ita nominetur l. 1. ibi (ſed nunc abuſiuè) ff. ad municipales ſed conſuetudinem eſſe receptiſſima ſententia eſt.

Sexto, eadem interpretatione probat textus in d. l. deprecatio ff. ad l. Rhodiam de iactu ibi (lex autem maris, id eſt, conſuetudo autem maris) ergo licet ſcripta ſit cõſuetudo etiam dicenda eſt, ita Bart. in d. l. de quibus num. 8. & in repetitione num. 7. communis ſecundum Sacium num. 13. Oroſcium num. 93. Mantua in rubrica ſupra num. 4. Igneus in d. §. non alias an. 720. Conano libro 1. c. 10. Cuiacio de feudis libro 2. in principio, Veroio in rubrica de conſtitutionibus num. 7. & 8. Cucus maiorum inſtitutionum libro 1. tit. 9. de conſuetudine num. 2.

4. In qua contrarietate † ergo ita rem comprehendo, primo Principem legis condendæ poteſtatem habentem poſſe conſuetudinem pro lege ſcribere, quod vt apertum eſt ita & frequentiſſimum, de nouo tamen eam pro lege inſtituere neceſſe eſt, ita interpretanda ſunt omnia iura comprehenſa in l. fin. C. de legibus, in quo omnes conueniunt.

5. Secundo, quando conſuetudinem † ſcripſerit ei aliquid addendo non conſuetudinem ſed legem iam eſſe probatur ex textu in l. ius ciuile ff. de iuſtitia & iure, & argumento legis primæ, §. ſi quis ſimpliciter, verſiculo ſed cum adiicitur ff. de verborum, quia noua res & ſpecies eſt, vt probant omnes in d. l. ius ciuile ſecundum Corraſium, & Oroſcium ibi num. 21. Corraſius in repetitione legis qui teſtamento num. 5. & 6. C. de impuberum, & aliis, Veroio ſupra. nec repugnat feudorum conſuetudini plures conditiones quando in ſcriptis redacta fuit adiunctas eſſe, nec ex eo legem eſſe, ſed conſuetudinem vt conſtat ex principio feudorum, probátque ſuperior communis, quia vt proximè diximus vt conſuetudo in legem conuertatur non ſolum eam ſcribi, ſed etiam ab habente poteſtatem legis condendæ, eáque intentione neceſſe eſt, ex vero intellectu dictæ l. ius ciuile ff. de iuſtitia, & iure, l. fin. C. de legibus cum aliis, ſed feudorum conſuetudines ſcriptæ ſunt ab Vberto de Orto, & Campegiſto eam poteſtatem non habentibus, eadémque ratione, quæ ab Imperatore, vel à Pontifice poſtea addita, vel probata non conſuetudo, ſed lex eſt cap. cæterum de iudiciis, cap. ex tranſmiſſa, cap. verum de foro comp. & inde intelligendæ ſunt leges ſupra allegatæ l. more ff. de iuriſdictione, l. 1. ff. de donationibus inter, l. 2. ff. de vulgari cum aliis.

Tertio, ſi conſuetudo † ſcribitur à 6. Principe etiam legis condendæ poteſtatem habente, nec conſtat de ipſius animo ſcilicet quia aliud agit, & conſuetudinem retulit vt in d. §. diuus Hadrianus d. l. deprecatio, tunc contrariæ pugnant opiniones, communior tamen, & verior eſt, eſſe conſuetudinem & non legem, quia ex eo dumtaxat quod ſcripta ſit etiam à poteſtatem habente non deſinit eſſe conſuetudo, vt cum Bart. probauimus, & eſt textus ſatis elegans in c. 2.

de præb. in ſexto vbi antiqua Romanorum conſuetudo beneficium in curia vacans à Pontifice prouideri ſcripta iamdudum erat, conſuetudo tamen appellatur, ita tenendum eſt.

7. Nec obſtant † in contrarium adducta, quibus, & Rochus, & docti alij inuoluuntur ſcilicet d. §. conſtat, vbi diſtinguitur ius ſcriptum à non ſcripto & inde arguunt conſuetudinem cum primum ſcribitur legem eſſe ex illo textu quia reſpondeo ſi cum iudicio conſideretur ex illo etiam textu communem apertius probari Imperator ibi, & Papinianus in l. ius autem ciuile ff. de iuſtitia, & iure iuris ſcripti partes referendo non referunt conſuetudinem ſcriptam, ergo ſignificant ad ius non ſcriptum pertinere, maximè quia inter partes iuris ſcripti nominant prudentem interpretationem, quæ licet ſcripta non ſit, pertinet ad ius ſcriptum ex illis iuribus, & d. l. 2. §. nouiſſimè ff. de origine iuris, igitur facilius referrent conſuetudinem ſcriptam, ſi ad ius ſcriptum ſpectaret, hæc eſt vera illorum iurium interpretatio.

8. Nec obſtat ſecundum † ex d. c. conſuetudo ibi (quæ in ſcriptis redacta) quia illa verba non ſunt Diui Iſidori contrarium docentis in principio, ſed Gratiani, quem in hoc reprehendunt Igneus, & alij ſupra, ſed defendi non poteſt iuxta ſuperiorem reſolutionem quando ſcribitur ab habente poteſtatem cum animo legis condendæ, ita interpretandus eſt textus in d. c. conſuetudo 1. diſtinctione.

9. Nec obſtat tertium † ex l. 1. ff. ad Municipales quia contrarium potius probat iuncta d. l. 3. §. Diuus Hadrianus ff. de ſepulchro violato ibi (quid tamen ſi lex municipalis permittat &c.) loquitur de conſuetudine ſepeliendi mortuos in ciuitate ſecundum communiores traditiones, vocatúrque lex municipalis non propriè, ſed abuſiuè, vt docuit textus in d. l. ibi (ſed nunc abuſiuè municipes dicimus &c.) inde † grandis eſt diſ- 10.
putatio quo iure in d. §. Diuus reſcripto conſuetudinem tolli reſpondeat Vlpianus, ſi quid conſuetudine ius poſitiuum & leges plerumque abrogari docuerit Conſultus in d. l. de quibus. 32. ff. de legibus, §. ſed naturalia inſt. de iure naturali noſter textus in fine.

Quare gloſa verbo, ſepeliri in d §. Diuus, vbi Bart. & omnes, gloſa verbo abrogandum in d. l. de quibus Bart. & omnes ibi & in locis infra plures referunt intellectus, diuerſáſque difficultates, prior eſt an intelligatur in lege, vel conſuetudine, vel de lege omnéſque conueniunt illa verba lex municipalis referri ad conſuetudinem non ad legem, quamuis abuſiuè appelletur lex.

Secunda, eſt an Diui Hadriani reſcriptum fuerit prius, conſuetudóque poſterior iuxta ordinem litteræ, vel è contra conſuetudo prior, reſcriptum poſterius, vel accipiamus poſt reſcripta principalia, vel illud poſt, ſit aduerbium quaſi, poſtea, in quo communior ſententia eſt conſuetudinem fuiſſe priorem, reſcriptum poſterius ex ſuperioribus, & gloſa in cap. paſtoralis de fide inſtrumentorum, gloſa fin. in c. 1. de conſtitutionibus libro 6. vbique communis & ſecundum Iaſſonem num. 53. Oroſcium 163. in

d. l. de quibus, Bart. & communis in l. 1. C. de ſumma Trinitate Bar. 3. oppoſitione in l. 2. C. quæ ſit longa conſuetudo, Igneus in repetitione d. §. non alias num. 724. ſed repugnat textus in c. 1. de conſtitutionibus in ſexto, vbi lege generali non derogantur contrariæ conſuetudines ſi ſpecialis fuerit, quia eas præſumitur Princeps ignorare, ac proinde cum Diuus Hadrianus generali reſcripto conſuetudinis municipalis non meminerit eam præſumitur ignorare. Vnde iam relati plures aſſignant intellectus, quinque vel ſex colligunt Iaſſon, & Oroſco ſed quaſi omnes diuinatorij ſunt, magis tamen probant ante municipalem cōſuetudinem fuiſſe aliam legem, cui derogauit conſuetudo, & facit Diui Hadriani reſcriptum, ſed in hoc confunduntur ignoratione illius legis antecedentis, Iaſſon malè intellexit fuiſſe eiuſdem Hadriani num. 54. in d. l. de quibus, verius tamen eſt fuiſſe duodecim tabullarum legem, hominem mortuum in ciuitate ne ſepelito, ne-ve vrito, de qua Cicero libro 2. de legibus Plutarcus in vita Solonis, Iacobus Rebardus ad leges duodecim Tabullarum. c. 15. & de ea latiſſimè & aliis multis eadem in ſpecie gentium conſtitutionibus, Alexander ab Alexandro dierum genialium lib. 3. c. 2. lib. 6. c. 13. qua multos annos Romani vſi fuerant vt conſtat ex Cicerone, & l. 2. ff. de religioſis & ſumptibus funerum & in d. l. 3. alij abutebantur & ideo Diuus Hadrianus pœnam impoſuit & ſepelienti, & magiſtratui. Deinde interdictum reformatur in l. mortuorum C. de religioſis ſed permiſſa à Conſtantino Eccleſiarum ædificatione vt prope Eccleſias ſepelirentur lege interdicta eorúmque pœnæ abrogantur, cōuertitúrque interdictum ad arcendas intra Eccleſiam, & citra martyrum reliquias, diuináque ſacrificia, ſepulturas, l. 2. C. de ſacroSanctis Eccleſiis, à ſanctis patribus confirmatur cap. præcipiendum, cap. nullum. 13. quæſt. 2. ſed ex cauſa permitti inceptum eſt d. c. nullus cum ſequentibus, inde omnibus permiſſum. c. 1. & 3. de ſepulturis cum aliis, cum itaque lex duodecim Tabullarum, Romanorúmque obſeruantia per cōſuetudinem municipalem abrogaretur Diuus Hadrianus generali reſcripto pœnam impoſuit ſupra relatam, Hadrianúſque reſpondit reſcriptum conſuetudini derogaſſe, interpretatio eſt etiam ſi conſuetudinis non meminerit iuxta c. 1. de conſtitutionibus libro 6. quia res de facili reuertitur ad ſuam naturam l. ſi vnus §. ne peteret, verſiculo quod in ſpecie dotis. 27. ff. de pactis. cap. ad exordium 25. d. vnde ea ratione dixerant gloſæ in d. c. paſtoralis, & in d. c. 1. reſcriptum ad derogandum conſuetudini directum ab Hadriano fuiſſe vt obſeruantiam ad primam prohibitionis naturam reduceret, ita Igneus, & Horos. vbi ſupra quæ interpretatio à multis reiicitur ex eo quod Vlpianus in d. §. Diuus Hadrianus non fundatur in l. antecedenti, ſed in eo quod reſcripta fuerant generalia vt ex littera conſtat. Vnde Archidiaconus, Ioannes Andreas, & alij in d. c. 1. interpretantur reſcriptum generale conſuetudini derogaſſe etiam non facta eius mentione, quia conſuetudo contra

contra publicam vtilitatem inducta fuerat & idcirco reſcripto tollitur, quia nec reſcriptum iuri publico contrarium foret obſeruandum l. nec damnoſa, l. reſcripta C. de precibus Imp. offer. l. fin. C. ſi contra ius vel vtil. pub. nec damnoſa, cap. dicenti §. reſcripta, §. omnes 25. quæſt. 2. conſuetudinem autem iuri publico contrariam eſſe probatur, quia apud veteres intra ciuitatem mortuos ſepeliri funeſtum, & perſtigioſum reputabatur, & inde lex fuit à Solone condita, & duodecim tabularum ſeriè conſcripta apud Romanos vt ſupra retulimus, & quia conſuetudine lex aliquibus in populis fuerat labefactata Hadrianus ſepelienti, magiſtratuíque conſentienti illam impoſuit pœnam vnde conſuetudinem abrogauit ex Archid. Ioanne Andrea, quos ſequitur Iaſon in d. l. de quibus num. 54. limitatione 3. Oroſco num. 165.

Ex quibus elegans eſt interpretatio d. c. 1. non obtinere quando conſuetudo etiam ſpecialis erat iuri publico contraria ſecundum relatos, ita etiam interpretandus eſt textus in d. §. Diuus Hadrianus, quæ interpretatio eius litteræ magis conuenit vt proximè explicauimus. Vnde reſoluendum eſt ſecundum omnes ibi loqui de conſuetudine municipali quæ & ſi ſcripta fuiſſet, conſuetudo tamen eſt, in quo omnes vt diximus conueniunt.

11. Ex quibus etiam apparet † nec etiam obſtare quod de lege Rhodia in contrarium allegauimus, quamuis enim inſcribatur titulus, ad legem Rhodiam de iactu, intelligimus legem abuſiuè nominari ex d. §. Diuus Hadrianus iuncta d. l. 1. ff. ad municipales, conſuetudo tamen quamuis ſcripta fuerit verius accipitur, eadem ratione interpretandus eſt textus in d. l. deprecatio ff. ad legem Rhodiam de iactu (ibi ego quidem mundi dominus, lex autem maris lege Rhodiorum iudicetur nautica &c.) Rhodiorum enim conſuetudo ſcripta iam erat, appellatúrque lex abuſiuè tamen quia de conſuetudine illum textum intelligunt omnes infra referendi, & ſupra relati præter veteres in d. c. fin. 2. d. Alciatum diſputationum libro 2. c. 5. Ruſardum, & Duarenum in ſcholiis ad dictam legem deprecatio, contra quos euidens eſt argumentum cum Rhodos inſula emporium fuerit omnium Europæ, & Aſiæ nobiliſſimum magna mercatorum frequentia ibi conueniente, à naturalibus introductum fuit omnia è naufragio ibi delata fieri accipientis, fortè Rhodienſes decepti fuere arg. l. 2. cum ſequentibus ff. de rerum diuiſione, §. & quidem, §. Riparum, §. littorum inſt. eodem. quæ conſuetudo ab aliis recepta fuit nauigantibus, originis tamen cauſa appellatur Rhodia ex d. tit. ff. ad legem Rhodiam, & d. c. fin. 2. d. Vnde conſuetudinem à nauigantibus introduci ſicut † facillimum erat ita à Principibus 12.
cuiuſcúmque Prouinciæ legem ſimilem inſtitui & ferè impoſſibile maximè quia à mercatoribus iuris ignoratione & lucri cupiditate facilè potuit Rhodiorum conſuetudo recipi, & à nautis auidiſſimis approbari, non tamen à Principibus reipublicæ vtilitatem conſiderantibus, erat enim conſuetudo iniquitate plena,

Q

vt conſtat ex l. qui leuandæ ff. ad l. Rhodiam, l. Pedius, l. fin. ff. de incendio, ruina, naufragio, l. in eum, auth. nauigia C. de furtis, l. 1. C. de naufragiis lib. 11. vbi aſſignatur ratio Cæſare digna ibi quod enim ius habet fiſcus in aliena calamitate vt de re tam luctuoſa compedium ſectetur, cap. diſpenſationes 1. quæſt. 7. vbi gloſa verbo deſpicimus arguit Hiſpanos Rhodiorum conſuetudine aliquando vtentes. Vnde lata fuit
13. † excommunicatio contra diripientes naufragium paſſos. cap. excommunicationi de raptoribus. conſtat itaque nec fuiſſe, nec potuiſſe legem eſſe, ſed conſuetudinem ac proinde illa verba, lex autem maris, accipienda fore, conſuetudo autem maris, cum gloſa fin. Bart. Odoffredo, Baldo, Fulgoſio, Paulo ibidem, & in dictis legibus, maximè in d. auth. nauigia Præpoſitus num. 2. in d. c. finali, ſecunda d. Igneus in d. repetitione num. 724. cum ſtatim referendis.

14. Ex quibus alia diſputatio † eſt quam interpretationem habeant illa verba (ego quidem mundi dominus lex autem maris) omnibúſque omiſſis duplex eſt interpretatio, altera Imperatoris reſponſionem referri ad naufragium paſſos, quaſi dixerit, ego ſum mundi Dominus, quæſtio pertineat ad conſuetudinem maris ex ea iudicetur, quæ interpretatio ſignificat eum non eſſe dominum maris argumento d. l. 2. cum aliis de rerum diuiſione, inde colligit Iaſſon in l. ex hoc iure num. 26. ff. de iuſtitia, & iure, Venetos, qui in mari habitant non eſſe imperio ſubiectos, imperatorémque dominum non eſſe latiſſimè probant. Igneus poſt repetitione auth. ex cauſa C. de lib. præteritis in diſputatione an res Franciæ recognoſcat ſuperiorem an. 2. & in d. §. non alias an. 690. Coua. in reg. peccatum 2. parte, §. 9. num. 5. & in practicis cap. primo. Menchaca controuerſiarum libro 1. c. 20. num. 28. Horoſco in d. l. 2. de rerum diuiſione num. fin. pro qua interpretatione facit antiqua apud Viſigotos lex relata à Diuo Iſidoro de legibus Viſigotorum libro 11. tit. 3. vbi conſtitutum erat quæſtiones nauticas non eſſe legibus ordinariis, nec à magiſtratibus diffiniendas, ſed conſuetudinibus transmarinis, earúmque iudicibus, ſed conuincitur hæc interpretatio ex ſupperiori reſolutione illam conſuetudinem iniuſtam fuiſſe ex verbis d. l. deprecatio lege Rhodiorum iudicetur nauta in quibus illi noſtra non aduerſatur lex, ſed conſtat in hoc aduerſari ex d. l. Pedius, & d. l. fin. ff. de incendio, ruina, naufragio, & quia Auguſtus ita iudicauit l. 1. C. de naufragiis libro 11. quamuis nouiori impreſſioni tribuatur Conſtantino, & Ruſſardus, & Duarenus ibi emendent eſſe Antonini. altera interpretatio eſt publicanis cõtra naufragium paſſos legem Rhodiam, id eſt maris conſuetudinem allegantibus Antoninum reſpondiſſe (ego quidem mundi dominus, lex autem maris &c.) quaſi diceret, maris conſuetudo mihi mundi domino legem imponere non poteſt, ſed ego mari, & ideo lex Rhodia obſeruetur, in quibus legi meæ non aduerſatur ac proinde in hoc obſeruanda non eſt

Digitized by Google

cum aduerſetur vt conſtat ex d. l. Pedius, d. l. fin. ff. de incendio, ruina, & naufragio, d. auth. nauigia cum aliis ſupra.

Ex qua interpretatione illud receptum eſt imperatorem mundi dominum eſſe de iure ex d. l. deprecatio, l. bene à Zenone C. de quadrienij præſcriptione, l. vnica C. de raptu virginum cap. in apibus 7. quæſt. 1. ibi gloſa & communis, & in dictis iuribus, cap. per venerabilem qui filij ſint legitimi, Bar. in l. 1. §. per hanc ff. de rei vendicatione l. apud hoſtes ff. de captiuis cum relatis ab Ant. Gabrieli lib. 5. tit. fin. concuſione 3. à Franciſco Coaneto de Romano Imperio an. 149. à Lācelato Chonrado in templo iudicum lib. 1. tit. de Imperatore c. 1. §. 1. latiſſimè Igneus & Coua. ſupra inde etiam † deducitur interpre-
15. tatio ad d. l. 2. cum ſeqq. ff. de rerum diuiſione, §. & quidem cum ſequentibus inſt. eodem mare eſſe de iure naturali, & ita in nullius dominio eſſe ſcilicet quoad proprietatem, quoad vſum tamen iuriſdictionem, & protectionem pertinere ad dominium eius, ad quem ſpectat territorium, & ſtatus, ita illa iura interpretantur in d. l. 2. in fine Oroſco, Faber, Angelus, Octomanus, & Balduinus in d. §. & quidem. Igneus in repetitione d. §. non alias anno 700. & eo iure vtimur, inde etiam vera eſt ſententia dictæ gloſæ fin. in d. l. deprecatio, Bart. & Odoffredi, Baldi, Fulgoſij, & Pauli ibi, Ignei ſupra num. 724. conſuetudinem obſeruandam eſſe, in quibus poſterior lex illi non aduerſatur, de quo infra latiùs.

Vnde reſoluamus oportet † Anto- 16.
ninum publicanos ad reſtitutionem condemnaſſe reiecta conſuetudinis excuſatione vt conſtat ex d. l. Pedius cum aliis ſuprà, & ita tenendum eſt, éſtque receptiſſimum ibi loqui de maris conſuetudine vt ſæpe repetitum eſt etiam ſi ſcripta † fuerit, inde inter- 17.
pretandus eſt textus in l. diuturna. 33. ff. de legibus, cuius verba ſunt (diuturna conſuetudo pro iure, & lege in iis, quæ non ex ſcripto deſcēdunt obſeruari ſolet) conſideranda ſunt illa verba (non ex ſcripto deſcendunt) probant enim conſuetudinem eſſe non ex ſcripto deſcendentem, quamuis ſcripta ſit inde etiam interpretandus eſt textus in c. 1. † de iureiurando libro 6. ibi (niſi iurent ſtatuta, & 18.
conſuetudines ipſarum Eccleſiarum ſcripta, & non ſcripta inuiolabiliter obſeruare &c.) gloſa ibi ſcripta, & Ioannes Monachi interpretantur ſingula ſingulis referenda eſſe ſcilicet ſtatuta ſcripta, conſuetudines, non ſcripta, ſed improbantur à Dominico & Franco in principio tamquam de barbarie cum conſuetudines non ſcriptæ barbarum ſit, ſed ipſi recti ſermonis ignoratione alios reprehendunt, melius tamen conſiderat Dominicus num. 14. ſcripturam non mutare ſubſtantiam, idem probat Medicis de legibus & ſtatutis 3. parte, quæſt. 11. num. 7. Vnde verior eſt interpretatio iuxta ſuperiores traditiones Pontificem ibi docuiſſe ius iurandum referri ad ſtatuta, & conſuetudines ſiue ſcripturas contineant, ſiue non, quia licet in ſcriptis redigantur non deſinunt conſuetudines eſſe, & licèt ſtatuta non ſcribantur ſta-

Digitized by Google

tuta ſunt ſecundum eoſdem quia ſcriptura non mutat conſuetudinis ſubſtantiam vtile tamen erit ad faciliorem eius probationem argumento l. contrahitur 4. ff. de pignoribus, cum ſcriptura plerumq. plus valeat quam quod actum eſt l. ſi alij 19. in fine ff. de vſufructu legato, intelligitur quando de eo, quod actum eſt non conſtiterit gloſa fin. & communis ibi ſecundum relatos à Cagnolo in l. in toto iure num. 13. ff. de reg. iuris.

19. Vnde cum † conſuetudo difficilis probationis ſit cum ex pluribus conſtare debeat vt infra dicemus, & in facto conſiſtat. cap. de conſtitutionibus in ſexto & quæ in facto conſiſtunt probatione indigeant l. in bello §. factæ ff. de captiuis, gloſa verbo probatis in l. 1. C. quæ ſit longa conſuetudo, communis & ſecundum Riminaldum in l. 1. num. 55. ff. de off. eius deciſionem Pedemontanam. 99. Maſcardum de probationibus concluſione. 6. concluſione. 32. tomo 1. Menochium de præſumptionibus libro 2. quæſt. 2. de hac igitur conſuetudine ſiue ſcripta ſiue non ſcripta noſter textus intelligendus eſt.

20. Secundo obſeruandum eſt † noſtrum textum loqui de iure naturali gloſa verbo iuri naturali textus intelligit in iure naturali præcepta moralia continenti, vt non occides, non mæchaberis, probatur ex docente loqui de iure naturali cuius transgreſſio peccatum eſt. Vnde interpretes dicunt referri ad ius diuinum, alij ad aliud ius naturale moralia non continens etiam referri probant. quare omiſſa omnium diſputatione primo conſtituo ius naturale generaliter ſumptum brutis, & hominibus cõmune à noſtris primæuum appellari, illud autem quod hominibus ſolum conuenit ſecundarium vocatur reſpectu illius primæui, cæterum reſpectu cuiuſcumque gentis dicitur etiã primum, & antiquum, licet enim vitam, corpúſque defendere, victum quærere, generationem curare, generantes reſpicere ad rationem pertinêre videatur, magis tamen ad inclinationem ſpectant, & idcirco & brutis, & hominibus commune eſt ex illo naturali, & primæuo, hæc vero politica, & ciuilis ſocieras inter homines naturaliter contracta ad rationẽ tantum pertinet, ideoque hominibus dũtaxat conuenit, tamen ius illud naturale, de quo in exemplis propoſitis indiſtinctè naturale dicitur quia omnibus animantibus conuenit, Cicero libro. 1. officiorum licet in vſu diuerſimodè ſe exerceant gentes, quam bruta, tamen ex tali diuerſitate vſus non conſtitui diuerſum ius in gentibus, quam in brutis, licet contrariũ ſenſerit, & malè Bolognetus in l. 1. de acq. poſſeſſione num. 279. iuxta quæ eſt intelligenda lex. 1. §. ius naturale ff. de iuſtitia, & iure ibi (quam nos matrimonium appellamus) at vero ius illud, quod dicitur naturale, quia principiis naturalibus vi, & neceſſitate quadam deſcendat vt pacta ſeruare, fidem non frangere, l. 1. de pactis, l. 1. de conſtituta pecunia. benefaciẽti benefaciamus l. ſedet ſi § . ſi conſuluit de petit. hereditatis, de quibus intelligendus eſt Cicero libro. 2. de inuentione, naturale indiſtinctè dici nõ debet cum ſolis gentibus conueniat cum gentium ſit ratiocinari, abſque

ratione enim prædicta non obligant vt patet ad ſenſum, tamen naturale dici poteſt quia ex principiis naturalibus neceſſitate, & vi quadam gentes obligent, Soto de iuſt. & iure lib. 3. quæſt. 4. art. 1. dicens aliud eſſe ius gentium, quod collatis principiis naturæ neceſſitate obligat ratione tamẽ dictante, & hoc ſolet dici aliquando diuinum. c. 1. d. 1. c. fin. §. his itaque d. 6. hæc ratio naturalis quam ſequitur lex 1. ff. de minoribus, l. ſcire oportet §. ſufficit de excuſationibus tutorum de hoc iure naturali intelligendi ſunt Doctores dicentes primum eſſe reſpectu alterius, quod inductũ eſt, non ſic principiis naturalibus dictantibus inductum eſt, vſu enim exigente, & humanis neceſſitatibus gẽtes iura quædam ſibi conſtituerunt §. ius gentium inſt. de iure naturali, de hoc etiam iure intelligendi ſunt Doctores dicentes ſecundarium reſpectu alterius, quod omnibus animantibus conuenit, licet non ita propriè, de cuius tamen diſtinctione videndi ſunt vltra doctores in præſenti, & in l. 1. de iuſtitia, & iure, Bolognetus in d. l. 1. an. 273. Mẽchaca de ſucceſſorum progreſſu §. 1. an. 1. Conanus libro. 1. commentariorum c. 4. Rebardus Variorum libro. 1. c. 1. Corraſius Miſcelanearum libro. 6. c. fin. Diuus Thomas. 2. 2. quæſt. 94. articulo. 4. Soto de iuſtitia & iure libro. 1. quæſt. 4. art. 4. & 5.

21. Secundo conſtituendum eſt † ius naturale diuinum in lege Moiſi, & in Euangelio eſſe ſcriptum in prio. 5. d. c. fin. §. his itaque 6. d. de hoc intelligenda ſunt iura in c. non ſunt cum duobus ſequentibus. 25. quæſt. 1. tamen non omne ſcriptum in l. Moiſi naturale eſt, alia enim continẽtur pręcepta moralia, vt non occides, non Mæchaberis. alia ceremonialia, vt pręcepta ſacrificiorum ne mulier poſt partum intra certum tempus in Eccleſiam introiret. alia enim iudicialia ne poſſeſſio de familia in aliam familiam de tribu in alium tribũ tranſiret, vt huius diſtinctionis pluries in iure habeatur mentio d. c. fin. §. his itaque Deutheronomij c. 5. 6. & 8. & ex aliis quæ conceſſit Tiraquellus de retractu in præfactione num. 8. Ceremonialibus enim & iudicialibus ligabantur iudæi, erat enim eorum proprium ius ciuile. moralibus autẽ omnes ligabantur, hincque eſſe præcepta Decalogi ſcripta à Moiſi, & Deo tradita, Nauarro de pœnit. diſtinctione. 5. num. 7. in principio. Catheciſmus ad parrochos in principio de præceptis Decalogi tamquam moralia omnes obligare. item non omne ſcriptũ in Euangelio eſſe naturale vt ſunt ſcripta circa fidei articulos, & Eccleſiæ ſacramenta, lex enim de ſumendo baptiſmo diuina eſt, ſed non naturalis, non enim cœpit ab exordio rationalis creaturæ, à quo ortum habuit omne ius naturale iuxta dictum principium. 5. diſtinctione.

Quibus ſic conſtitutis reſoluendũ 22.
† eſt rectè gloſam hic verbo, naturali iure, interpretaſſe textum noſtrum de iure naturali moralia continẽti, quod tempore, nec conſuetudine variari non poteſt, ius enim naturale immutabile eſt dicto principio. 5. d. d. c. fin. §. his itaque, §. ſed naturalia inſt. de iure naturali quantumcúmque vni-

uerſalis ſit c. flagitia 32. quæſt. 7. tempore enim immutabile non ſit mutabile imo augetur prohibitio & peccatum c. non ſatis & ſequenti de ſimonia, c. cum haberet in fi. de eo qui duxit in matrim. tamen licet ex illo verbo, naturali iure, de quo in præſenti non veniat ſupernaturale, diuinum tamen ex ratione adiecta, ſcilicet, cuius tranſgreſſio peccatum generat, & ſuper naturale comprehendit, eadem eſt enim ratio, & cauſa prohibitionis quoad excludendam conſuetudinem in naturali, & ſupernaturali, & ſic interpretandam eſſe gloſam, & communem in præſenti Abbatis, & Mantuæ num. 2. & 3. & aliorum hic.

Ex qua deciſione † infertur primo
23. cum homicidium ſit prohibitũ præcepto Decalogi diuina, & naturali lege non poſſe eius permiſſionem conſuetudine comparari, imò ſtatuta & conſuetudines in contrarium comparatas nullius momenti eſſe vt reſoluit receptius eſſe, & in praxi ſeruandum Iulius Clarus receptarum libro. 5. §. homicidium, verſ. ſed nunquid, Couarr. libro. 2. variarum c. 9. num. 2. & ſic de aliis ſimilibus prohibitis præceptis Decalogi.

24. Ex qua illatione † ſubinfertur quod cum vſura lege diuina, & naturali ſit prohibita c. 1. cum ſequentibus. 14. quæſt. 3. c. 3. c. conſuluit de vſuris, vt ex pluribus confirmant Menochius de arb. caſu 398. Auendano de exequendis. 2. p. c. 29. conſuetudine nõ poterit comparari vſuram exercere licitum eſſe. Item cum ſimonia quatenus tangit Eccleſiæ ſacramenta cum iure diuino ſupernaturali ſit prohibita. c. 1. cum ſequentibus. 1. quæſt. 1. c. cum ſequentibus de ſimonia conſuetudo non reddet ſecuros ſimoniacè taliter contrahentes, intellige tamen ſupra tradita ſcilicet conſuetudine peccata augeri, & grauari, non autem minui iuxta ſupra relata iura de conſuetudine ipſius delinquentis indiſtinctè tam quoad pœnam æternam, quam ad legalem conſuetudinem talem abhorrent iura l. 3. & ibi Baldus, Guillielmus & alij C. de epiſcopali audientia, non verò de conſuetudine prouinciæ, ea enim releuat delinquẽtes, & tranſgreſſores licet non pœna æterna, legali tamen, c. denique. 4. d. & ibi gloſa, c. ſanè gloſa ibi, verbo antiqua, de temporibus ordinandorum, Alexander conſilio 1. num. 7. volumine. 2. Veroio in c. quia in omnibus de vſuris num. 8. Nauarrus in c. 1. §. tanto num. 6. de pœnitentia d. 5. ſic intelligentes iura contraria licet text. in c. obiiciuntur. 32. quæſt. 4. aliter ſit intelligendus ex text. in c. gaudemus de diuortiis quibus tãdem addas Caſaneum in conſuetudinibus Burgundiæ rub. 4. §. 23. num. 35. tamen licet pœna æterna non liberetur ex conſuetudine diminuitur tamen iuxta ſupra tradita à Nauarro ſupra & hoc quoad primam partem.

Secundæ autem partis, & deciſionis ratio, & intellectus aſſignabitur in ſolutione octaui argumenti, vbi tractabitur quo tempore, ex quibus actibus, à quibus perſonis conſuetudo comparetur, de aliis ſimilibus etiam pro nunc tamen conſtituendum arbitror in hac ſecunda parte non diuerſam deciſionem aſſignare, ſed potius confirmationem præcedentis, quia ſi iuri poſitiuo non valet præiu-

Digitized by Google

licium generare niſi fuerit rationabilis, à fortiori nec iuri naturali poterit cum habeat rationem contra ſe. quibus propoſitis non obſtant incontrarium adducta.

Non obſtat primum argumentum ex permiſſione homicidij cõtra præceptum decalogi, pro cuius ſolutione, & ſequentium vſque ad octauum primo couſtituendum eſt qualiter lex Pontificia & conſuetudo † valeant interpretari leges diuinas, & naturales, iuriſque diuini, & naturalis præcepta, in quo varij varia dixerunt vt conſtat ex traditis in c. quæ in Eccleſiarum de conſtitutionibus, in c. ſicut maximè, à Veroio num. 29. de probationibus in l. omnes populi, præſertim à Bologneto an. 89. ff. de iuſtitia & iure, à Soto de iuſtitia, & iure libro. 1. quæſt. 4. art. 4. & 5. Abb. n. 3. Rochus num. 6. Mantua num. 9. & alij in præſenti, tamen ex eorum dictis receptior traditio eſt leges diuinas, & naturales conſuetudine poſſe interpretari ſicut & leges Pontificiæ poſſunt Matthæi. c. 18. c. quodcũque. 24. quæſt. 1. conſuetudo enim eſt optima legum interpres c cum dilectus ſupra l. ſi de interpretatione ff. de legibus, Caſaneus in conſuetudinibus Burgundiæ rub. 9. §. 20. quæſt. 3. diuinarum ſcilicet, & naturalium Abbat. in c maiores de baptiſmo numero 4. omnem enim diſpoſitionem de mundo ex conſuetudine interpretari reſoluit Iaſſon. in l. vt liberis num. 7. C. de collationibus, Salazar de vſu, & conſuetudine. c. 2. num. 2. interpretatio enim conſuetudinis neceſſaria quæ excluſa non cenſetur quantumcúmque diſpoſitio conſuetudinem reprobet, Albanus de poteſtate Papæ. 2 p. nu. 59. interpretaríque poſſe cum cauſa fuerit interpretandi cauſámque tunc ineſſe, cum ratio naturalis ſic dictauerit, rationémque naturalem dictare, cum neceſſitas, & bonum publicum poſtulant, vt declarabitur in exemplis inferius proponendis, tamen dubium redditur qualiter ex cauſa id fieri poſſe, cauſáque poſſit interuenire cum ius naturale, & diuinum ſit bonum, & æquum, cauſámque debeat neceſſario continere, & rationem iuſtam pro ſui ſubſtantia. Item quia ſi eſt immutabile nec in toto nec in parte debet recipere mutationem alias verum non erit dicere ius naturale eſſe immutabile, cum in parte tantum mutetur arg. legis ſi is qui incepta §. vtrum de rebus dubiis, vnde vt ceſſent hæc, & magis in ſpecie cognoſcatur veritas præcedentis reſolutionis conſtituendum eſt primo certiſſimum eſſe principia ipſa, & præcepta naturalia nec in partem, nec in toto mutari, quoad concluſiones autem, & praxim variari ex variatione perſonarum, & reipublicæ, tamen ex tali variatione ipſa præcepta non mutantur vt declarat Diuus Auguſt. exemplo, regulam medicinalem certiſsimam eſſe, vinum eſſe bonum hominibus tamen non derogari regulam ex eo, quod infirmis vini potus interdicatur, ſed mutatio fit in homine. Vnde dixit Ariſtoteles Ethycorum lib. 5. c. 7. concluſiones mutari poſſe, non autem apud Deos, qui immutabiles ſunt, ſed apud nos, qui mutari poſſumus iuxta quæ intelligendę ſunt doctrinæ quędam relatę à Silue-

ſtro & aliis vbi ſupra, quia falſum eſt dicere mutari poſſe in parte licet non mutenturin toto.

Secundo conſtituo variationem concluſionis fieri altero ex duobus modis primo interpretatione per Epiqueiam, id eſt æquitate ipſa, & ratione dictante, vt vnicuique liceat taliter interpretari vt in præcepto, non occides, licet vnicuique ſe defendendo alium occidere, quia lex nata eſt non ſcripta Cicero pro Milone, cap. ſignificaſti el. 2. de homicidio, l. 1. §. vim, vi, l. 3. §. vim igitur ff. de vi,& vi arm. Coua. in clementina ſi furioſus. 3. parte §. vnico num. 2. ſicut in ſimili caſu contra præceptum de non comedendis carnibus in die veneris, liceret eas comedere ſi alias periret propria interpretatione, ex qua non tam variatur præceptum quam verus ſenſus, vt finis præcepti obſeruatur, ne alias eſſet comes iniuſtitiæ contra l. 1. ff. de iuſtitia,& iure. ſecundo interpretatione Pontificis, vel conſuetudinis, quia Pontifex vel conſuetudo adinuenerit præcepta iuris naturalis & diuini non debere practicari ex cauſa ſcilicet quia quieti Reipublicæ expediat ne continuis litibus vexetur, vt in contractibus non recindendis niſi ex
26. læſione vltra dimidiam iuxta l. 2.† C. de reſcindenda vend. c. cum dilecti de emptione, & venditione, Pinelus in d. l. 2. 1. parte c. 1. num. 39. in vſucapione rerum alienarum iuxta l. 1. ff. de vſucap. l. fin. ff. pro ſuo. Coua. in reg. poſſeſſor. 1. parte §. vnico nu. 5. in præſcriptionibus ſalarij famulorum, & aliarum rerum ſimilium, de quibus in l. fin. tit. 15. libro. 4. nouæ recopilationis, prædicta enim permittuntur contra principium naturale ne quis locupletetur cum iactura aliena iuxta l. iure naturæ ff. de reg. iuris. l. nam hoc natura ff. de conditione in debiti. Salus enim populi ſuprema lex eſto vt ait Cicero libro 3. de legibus.

Tertio conſtituo quæ intepretantur à Pontifice, vel conſuetudine diuerſimodè interpretari, aliquando enim interpretantur præcepta iuris naturalis, & diuini locum non obtinere vt in vſucapione defendit Coua. in regula poſſeſſor. 3. p. in principio num. 5. dicens eam non eſſe cõtra ius naturale, ſed ex interpretatione iuris naturalis in Banito impune occidendo, & in alijs, quæ proſequitur Bolognetus in d. l. omnes populi an. 94. aliquando vero interpretantur ea noneſſe practicanda in aliquo caſu, vt de duobus malis, maiori occurratur vt in contractibus non reſcindendis niſi ex læſione vltra dimidiam, in præſcriptionibus, de quibus in d. l. regia finali. in adultero in fraganti occidendo l. Grachus C. ad l. Iuliam de adulteriis, lege 82. de Toro. quæ licent ſint licita in ſtatuente, & conſuetudine vt maiori modo occurratur, non tamen ſunt licita ſubditis quoad pœnam ſaltem interiorem vt declarant ſupra relati, Soto de iuſtitia & iure lib. 5. quæſt. 1. art. 3. Couarr. in 4. 2. p. c. 7. §. 7. n. 14. & 18.

Ex quibus concluditur ſtatuta à Pontifice, & conſuetudine comparata, licet videantur in contrarium dictare præcepta iuris naturalis, & diuini, poterunt eſſe legitima ſi cauſam habuerint talia ſtatuendi, & comparandi, quæ cauſa poteſt eſſe iuſta ex

variatione

variatione Reipublicæ, non autem ex variatione præceptorum vt cognoſcitur exemplo D. Auguſtini ſupra relato, variatio enim cauſam iniuſtã reddit iuſtam, & è conuerſo c. non debet de conſang.& affin.extrauag.vnica de Torneamentis.

Vnde infertur dubitari de viribus ſtatuti & conſuetudinis quoties extãt in contrarium præcepta iuris naturalis, & diuini, quia dubitatur de iuſtitia cauſæ vnde eſt vt dubitetur an cõſuetudo quæ induxit pœnã pecuniariam occiſoribus infligendam, cuius meminit text. in c. 2. de delictis puerorum, ſit legitima, necne, quia videtur nullam cauſam habere legitimam vt diſputant Doctores ibi & in præſenti, & Couarr. lib. 2. variarum c. 9.

27. Ex quibus etiam infertur conſuetudine † non poſſe legitimari exercitationes, ex quibus neceſſario cauſarentur homicidia, vel vulnera, quia tunc permitterentur homicidia permittendo exercitationes, ex quibus neceſſario cauſantur (como es enel apedrearſe) cum nulla ratio poſſet dari iuſta permiſſionis & ſic potius eſſet corruptela, quam conſuetudo, tamen exercitationes illæ approbari valent conſuetudine propter bonum publicum ex quibus non neceſſario, licet aliquando ex conditione exercitationis vulnera, vel homicidia cauſari ſoleant (Como es en los toneos de acauallo,) & in aliis ſimilibus iuxta quæ intelligenda eſt l. qua actione. 7. §. ſi quis in colluctatione ff. ad legẽ Aqui. nec tum dicitur derogari præcepto Decalogi, ne occidas, cum non agatur de occiſionibus, licet aliquando contingant, iuxta quæ etiam intelligenda eſt extrauagans vnica de Torneamentis c. 1. & 2. de Torneamentis, quibus Menochius addendus de arbitr. caſu. 400. & ſic ſoluitur 1. argumentum.

Nec obſtat ſecundum quia licet † 28. Menchaca de ſucceſſionum progreſſu §. 20. num. 311. exiſtimet, & conetur defendere deciſionem text. in authent. ex complexu C. de inceſtis nuptiis, licet duram, legitimam tamen, & ſeruandam eſſe in terris imperij cũ videatur prohibita obligatio alimentaria, & facultas circa liberos inceſtuoſos in pœnam talis coitus prohibiti vt arceantur patres, quod licet durum ſit extendi circa alimenta, tamen tolerabile, & ex aliis pluribus congeſtis per eum ibi, & ſic in conſequentiam poſſe lege, & conſuetudine parentes hac obligatione alimentandi liberari in pœnam delicti paterni, vt non liceat eis filios alere quia licet durum ſit, aliquando tamen expedit ſic ſeruari, Cicero ad Brutum epiſtola. 12. cui conducit deciſio text. in c. vergentis in fi. de hæreticis maximè quia exiſtimauit Paleotus tractatu de nothis, & ſpuriis c. 46. num. 4. non probari contrarium in c. cum haberet in fine, Decio, qui duxit in matrimonium quia illud ſpecialiter conceſſum eſt in filiis adulterinis propter fidem matrimonij, & ſic generaliter non eſt intelligenda illa decretalis in omnibus filiis ſpuriis, & adulterinis, maximè cum correctione dictæ auth. ex complexu, tamen contrariũ receptius eſt obligationem alimentandi iuris naturalis eſſe l. 1. §. ius naturale ff. de iuſtitia, & iure tam circa

legitimos, quam illegitimos quia natura communis omnibus eſt l. hos accuſare §. fin. in fine ff. de accuſationibus, quia ratio dictat vt patres cõſeruent, & alant filios proprios cum iudicentur vna perſona cum patre Coua. in 4. 2. p. c. 8. §. 6. an. 1. Molina de Hiſpanorum primogeniis lib. 2. c. 15. maximè num. 42. Lara de alimentis §. idem reſcripſit num. 11. & 17. & aliis per ipſos relati, & ſic verius eſſet lege, nec conſuetudine poſſe parentes hac obligatione liberari arg. l. cauſas ff de cap. diminutione l. 2. ff. de vſufructu earum rerum, nulla enim cauſa eſt, quæ hoc genus obligationis impediat, & excludat arg. l. 1. C. de operis libertorum, l. libertus qui operarum ff. eodem tit. de operis libertorum, l. imperator in fine ff. ad Trebelianum etiam ſi filius luxurioſè viuat, vel ludendo partem ſuam conſumpſerit ſcilicet puniendus ſit, alendus tamen à patre Cagnolus & Decius in l. iura ſanguinis ff. de reg. iuris, Iaſſon in auth. quod locum C. de collationibus, & reſoluit verius eſſe Octomanus deciſione. 124. num. 9. & 10. ideoque authenticam, ex complexu tamquam contrariam principio naturali, & æquitate alienam nõ eſſe ſeruandam in foro ſeculari, ſed in eo ſicut in canonico iudicandum eſſe d. c. cum haberet, cum in iis, quæ reſpiciunt peccatum præualeat diſpoſitio canonica c. fin. de præſcript. c. nouit de iudiciis, & ſic poſt gloſam in d. c. cum haberet verbo, ſecundum facultates, in fine reſoluunt plures relati à Lara in d. §. idem reſcripſit numero 17. nec obſtare ex cauſa variari principium naturale vt dictum eſt in ſuperiori argum. cauſamque huiuſmodi variationis concedendæ cauſa legitimam dari vt cõſtat ex relatis in principio huius argumenti, quia dicendum eſt nullam cauſam iuſtam eſſe vt alimentis priuentur cum vita eis relinquatur, vt in alio caſu hac ratione vtitur Palacios in c. per veſtras notabili. 1. c. 23. num. 14. de donationibus inter, ſed licet ſupradicta traditio in praxi indiſtinctè obſeruetur vt refert Molina d. c. 15. num. 55. & ex ea ad plura inferat Coua. d. §. 6. an. 2. tamen legem, vel conſuetudinem tamquam peccati nutritiua non condemnaret ex eo, quod alimenta filiis denegaret, maximè ſpuriis, niſi alimenta neceſſaria ad vitæ ſubſidium prȩſtanda prohiberet, de his enim intelligendo indiſtinctè ſupra dicta traditio communis procedit. in his limitanda eſt traditio gloſæ in l. ſi quis à liberis, §. ſi quis ex iis verbo, detulerat, de lib. agnoſcendis licet filius alimentis poſſit priuari, ex cauſis, ex quibus exhæredari non tamen neceſſariis arg. l. 6. tit. 19. p. 4. reſoluit Couarr. in d §. num. fin. licet Molina. de Hiſpanorum primogeniis d. c. 16. num. 2. Lara in §. idem iudex num. 4. contrarium ſenſerint, de his etiam intelligendo limitandus eſt rigor l. quiſquis §. filij C. ad legem Iuliam, c. vergentis de hæreticis, vt poſſint alimenta neceſſaria à fiſco exigere cum vita eis relinquatur Palacios d. §. 23. num. 14. licet contrarium ſenſerit Quemada in quæſtionibus fiſcalibus quæſt. 24. quia eſt intelligendus iuxta ſupradicta, & ſic non obſtat argumentum, quia maior eſt

falſa, quod lex poſſit alimenta filiis denegare, & ſic ſoluitur ſecundum argumentum.

29. Nec obſtat † tertium argumentum, quia dicendum eſt conſuetudinem plurimum præſtare in acquirenda iuriſdictione vt conſtat inter alia ex textu in c. irrefragabili §. exceſſus, & ibi gloſa verbo, per capitulum, de off. ordinarij, c. cum contingat, & ibi gloſa fin. de fo. comp. gloſa verbo, ſuſcipiunt, in c. ſolicitè de maior. & obed. & l. 1. tit. 15. lib. 4. nouæ recopilationis, Auendanus de exequendis. 1. p. c. 1. c. 6. num. 5. Sarmiento lib. 3. Selectarum, & ſic conſuetudo plurimum valet vt iuriſdictio alias competens vni Eccleſiaſtico alteri competat, & ſic plerumque Archidiacono, ſæpe capitulo, aliquando Abbati conſuetudine iuriſdictio defertur, nec ex eo legi diuinæ, & ſupernaturali in aliquo conſuetudine derogatur, cum lex diuina ſupernaturalis Eccleſiaſticos à talibus non prohibeat nec etiam prohibet laicos quoad temporalia, ſed lex poſitiua eſt, quæ laicos à temporalium cognitione, inter perſonas Eccleſiaſticas interdicit vt cõſtat ex traditis in c. 2. de iudiciis, c. 1. de mutuis petitionibus c. tuã de ordine cogni. & in iis bene procedunt iura allegata in contrarium, quæ non obſtant vt conſtat ex ſupra dictis & vt non derogent legi diuinæ, & ſupernaturali nec obſtat textus in c. ad noſtram ſupra, vbi conſuetudo damnatur tamquam contra canonica inſtituta, quæ laicos capaces voluit reddere etiam quoad temporalia, quia reſpondeo non ex eo damnari conſuetudinem illam, quia alias id non valeat, ſed quia non fuit celebrata à perſonis habilibus, ſed à populo ſeculari, qui incapax erat vt declaraui latius in tertio argumento cum declaratione ad textum in c. cum veniſſent, de eo qui mittitur in poſſ. qui prædictæ ſolutioni obſtare videtur.

Nec obſtat quartum argumentum † quia. 1. reſpondeo, quod licet poſſeſſio iuris gentium ſit, modos autem quibus poſſeſſio acquiritur non magis iuris gentium eſſe, quam ciuilis, cum ius gentium & ciuile diuerſos modos adinuenerit vt conſtat ex §. ſingulorum cum ſequentibus inſt. de rerum diuiſione, & ſic non derogatur iuri gentium lege, vel conſuetudine, quæ conceſſerit, vel introduxerit hoc modo, vel illo vero, ſcilicet vel ficto, poſſeſſionem acquiri, vel etiam abſque alio actu acquiſitionis vt in noſtro regno introductum eſt lege 45. Tauri, vt reſoluunt receptius id eſſe, & veriſſimum inter alios Tiraquellus infinitos referens tractatu de morte, ſextta declaratione Præfatus num. 5. Guido Papa deciſione, 22. Decius conſilio 467. Mencha de ſucceſsionum progreſſu §. 21. num. 110. Molina de Hiſpanorum libro. 3. c. 12. num. 16. Antonius Gomez in d. l. 45. Tauri nu. 111. Greg. in l. 6. partitæ verbo, la oha. tit. 30. p. 3. & ſic nimirum ſi conſuetudine poſſeſſio acquiratur per modicum terræ, & ſic per actũ fictum vt in c. 2. ſupra, cum abſque vllo actu etiam ficto poſſet induci vt poſſeſsio acquireretur locis religioſis, ſicut aliquando conceſſum ſic fuiſſe lege, & cõſuetudine referunt Tiraquellus, & ſupra relati. 30.

Digitized by Google

Secundo Reſpondeo quod licet verum eſſet iuris naturalis, & gentiū poſſeſſionem debere acquiri per poſſeſſionem, & actus naturales quaſi id probent l.1. in principio, & in §. adipiſcimur l. 3. in principio, l. qui in vniuerſas §. per colonum de acquirenda poſſeſſione, l. qua ratione §. ex quoque res de acq. rerū dominio conſuetudine adhuc poſſe nō ſolum in ea ſed abſq; ea inducere vt poſſeſſio acquiratur aliquo modo ficto vt in d. c. 2. fatentur omnes, ſed poterit adhuc
31. inducere, vt abſque vllo actu acquiratur derogatio† non iuris naturalis tūc eneruat vires conſuetudinis quoties eius tranſgreſſio peccatum gerat, non alias vt notant Abb. Mantua & alij iuncto text. in præſenti, & in terminis ſupra dictis notat Antonius Gomez in d.l. 45. Tauri n. 111. ſed obſtat fruſtra conſuetudine in fauorem loci religioſi inductum fuiſſe, vt per actum fictum poſſeſsio acquiratur cum ante deciſionem text. in d. c. 2. abſque vllo actu fauorabiliter conceſſum fuerit vt dominia rerum locis religioſis quærantur, tamen licet gloſa fin. in fine in d.c.2.& doctores tentauerūt ſic procedere ſupra dicta, tamen verius eſt ex l. fin. dominia rerum tueri, non poſſeſsionem vt in eo caſu notat Matthæus de Afflictis deciſione. 299. n.4. non obſtat lex raptores in fine C. de epiſcopis, & clericis, quia loquitur in caſu ſpeciali, & ſic ſoluitur quartū.

Non obſtat quintum argumentum † quia licet iam ſit indubitabile
32. ſolos epiſcopos miniſtros eſſe ſacramenti confirmationis c. cum manus de conſecratione. d. 5. c. quamuis. 62. d. c. quanto ſupra, Trid. ſeſſ. 7. can. 3. de confirmatione ſeſſ. 23. c. 4. & can. 7. Cathecismus ad parrochos de confirmatione follio. 227. D. Thomas. 3. p. q. 71. & in 4. d. 7. Lelio Iardono de maioribus epiſcoporum cauſis. c. 7. Simācas de dignitate epiſcoporum c. 5. receptiuſque etiam ſit preſbiteros poſſe etiam fieri miniſtros huius ſacramenti ex diſpenſatione Pontificis, Diuus Greg. lib. 3. epiſtolarū. c. 26. decreuit Gratianus in c. peruenit. 95. d. & dixit communem. Prępoſitus ibi, Abb. Immola, Innocentius, & alij dixerunt in d. c. quando Cardin. in d. c. manus, ex Diuo Tho. Paludano, & aliis, amplectitur Coua. lib. 1. variarū. c. 10. n. 14. licet Scotus, Durandus, & alij cōtrà ſēſerint ex quibuſdā fundamentis, vt per Coua. ſupra, tamen conſuetudine quantumcumque immemoriali non valent fieri miniſtri huius ſacramenti preſbiteri, reg. enim, quæ habet quod poteſt fieri priuilegio poſſe & conſuetudine c. quia 64. d. c. cōtra morē 100. d. c. conqueſtus. 9. qu. 3. l. litibus C. de Agricolis, & ſen. lib. 11. gl. in c. fin. de exceptionibus in ſexto verbo, de iure, reſoluit Oldraldus cōſilio 146. & 172. n. 1. limitari debet data capacitate in capaces, nam licet priuillegio poſſint fieri capaces, non tamē conſuetudine ex traditis in c. cauſam de pręſcriptionibus, & in d. c. quanto reſoluit Monach. n. 5. Philippus Probus in additionibus ad eūdem n. 6. ex pluribus in c. 1. de pręb. in ſexto quam regulam, & eius limitationem obſerua in materia conſuetudinis. Quam limitationē falſam reddit, & tradit Coua. practicarū. c. 31. n. 5. quatenus tenet laicos incapaces quoad temporalia poſſe cōſuetudine fieri capaces, de cuius veritate

tactabitur in octauo argumento & ic ſoluitur quintum.

Non obſtat † ſextum argumentum x cap. Appoſtolicam de ſimonia quia iegandum eſt conſuetudine actiones lias prohibitas fieri permiſſas, conuetudo enim à reatu ſimoniæ non xcuſat, imò auget peccatum cap. non itis cum ſequentibus de ſimonia. Inde dicendum eſt textum, in d. c. ad ppoſtolicam intelligendum eſſe in blationibus, in quibus nullum contactum eſt crimen ſimoniæ, quia à olentibus, & non coactis fuerunt blatæ, in voluntariis enim certum ſt ſimoniam non contrahi non obat ex voluntariis actibus ius tertio on acquiri nec obligationem cauſai, vt in variis præſtationibus voluntariè factis tradunt dd. in l. cum de in em verſo, de vſuris, & in l. ſolent §. on vero de off. Proconſulis, & relati Coua. in cap. ſua de ſimonia. num. 5. c ſic nec conſuetudinem induci dee, quia dicendum eſt id fauore regionis, & piè interpretari vt præſuiat voluiſſe ſe obligare, qui tanto empore ſimilibus obligationibus ex ropria voluntate vſi ſunt, ita Innoc. bb. & alij adnotarunt in d. c. ad apoſtolicam qualiter autem conſuetuo hæc induci debeat, & ex quibus equiſitis debeat conſtare tradit Pauis de Caſtro, conſilio 363. num 2. & onſilio 401. num. 4. 1. parte conſiorum, & pro his præſtationibus in iſu ſupra dicto, & aliis iuſtificandis idendus eſt Ioannes Guttierrez in uæſtionibus canonicis c. 29. hunc ſſe verum ſenſum dicti cap. ad appoolicam, ſic eſſe conciliandum cum ap. non ſatis cum ſequentibus cognoſcatur ex d. c. ad appoſtolicam verbo, pia deuotione fidelium introducta eſt, ibi, qua propter ſuper his prauas exactiones fieri prohibemus, & pias conſuetudines præcipimus obſeruari. Ex quibus cognoſcitur conſuetudo, præcipimus obſeruari, cum ex voluntariis oblationibus inducatur obligatio, & ſic intelligendam gloſam in d. c. ſuam, & in cap. quia ſancta 63. d. non tamen ſimoniacam permiſſam fieri vt ſupra: ſic etiam negandum eſt decimas quo ad quotam, & quantitatem iuris diuini eſſe, vt ex veriori Theologorum traditione reſoluunt Rebuſus tractatu de decimis quæſt. 12. 8. & 13. Coua lib. 1. variarum c. 17. Soto de iuſtitia lib. 9. c. 4. art. 1. quo ad ſuſtentationem enim eo alimenta iuris diuini, & naturalis eſſe, iuxta quam deciſionem intelligenda ſunt iura, quæ diſponunt priuilegio, & conſuetudine poſſe decimas mutari, & variari C. ſuggeſtum, C. ex parte, C. in aliquibus in fine de decimis intelligendæque ſunt traditiones, quæ habent decimas lege diuina deberi, vt intelligantur quoad ſubſtẽtationem, & alimenta, non vero quoad quotam, & ſub hac deciſione excuſantur Itali D. Thoma 2. 2. quæſt. 87. art. 4. de non ſoluendis decimis, quia proprietates, & alia tribuerint ex quibus ſacerdotes ſuſtentari valeant, licet de hac conſuetudine tam generali, quæ ab omni decimarum præſtatione liberet, dubitent Coua. d. c. 17. num. 8. Rebuſus d. quæſt. 13. num. 45. quia licet ratio ſuſtentationis ceſſet, aliæ tamen rationes non ceſſant, ex quibus decimæ ſoluendæ ſunt. Sic etiam non obſtat quod de ieiunio, &

aliis ſolet adduci, quæ ex conſuetudine variantur quia dicendum eſt nimirum ex cauſa ſic prædicta varientur cum & ea, quæ legis diuinæ ſunt, & naturalis varientur vt in primo argumento,& ſic ſoluitur ſextum.

Nec obſtat ſeptimum argumentum ex textu, in cap. cum dilectus ſupra hoc tit. quia licet rationabile ſit electiones fieri iuxta legem in Eccleſiis C. de Epiſcopis,& clericis,cap. nec emeritis, cap. nullus & alia ſimilia in ſeptimo argumento allegata, tamen dicendum eſt non eſſe tam rationabile, nec tam perpetuam, & ſtantem rationem habere, vt contraria conſuetudo rationabilis habeatur, de quo latiùs in ſequenti argumento tractabitur, & ſic ſoluitur ſeptimum.

Nec obſtat octauum argumentum
34. † quia dicendum eſt, propoſitionem eſſe indubitabilem, nullum ius eſſe merè poſitiuum, quod conſuetudine non poſſit mutare, Bal. in §. præterea num. 3. de prohibita feudi alienatione, Rebufus tractatu de conſuetudine num. 59. nec id variatum fuiſſe ex l. 2. C. quæ ſit longa conſuetudo, de cuius intellectu ſtatim tractabitur. conſtituendum eſt † etiam quod licet
35. his ſolum liceat conſuetudinem inducere, quibus ſtatuta concedere intelligentes l. de quibus ff. de legibus in populis non recognoſcentibus ſuperiorem, hincque eſſe quod cum populi Caſtellæ iuriſdictionem non habeant Auendano de exequendis 1. parte c. 1. num. 8. & 9. Coua practicarum c. 31. præcipuè c. 1. ſcientiam Domini,& patientiam deſiderari l. 5. tit. 2. p. 2. ibi (Sabiendolo el ſenor de la Tierra y no contradiziendolo,) nam vt inquit Greg. in d. l. 5. tit. 5. verbo(Contiutiendo lo el ſenor.) in his caſſibus poſſe conſuetudinem inducere, in quibus & ſtatuta condere poſſunt, nam hæc procedunt à pari, Bar. in l. 1. de legibus nu. 7. Rochus ſingulari, 42. vſus,& moris mulierum non inducere conſuetudinem, cum nec ſtatuta condere poſſent, & ita Ioannes Andreas diffiniret conſuetudinem eſſe ius moribus illius populi introductum, qui publica authoritate legem condere poteſt, & vt dixerit perſonas Eccleſiaſticas non poſſe cõſuetudinem inducere niſi poſt decretum noſtri Gregorij in præſenti, qui eis conſuetudines inducere conceſſit, cum ſtatuta non poſſint condere iuxta tradita iuncto textu in cap. cum acceſſiſſent de conſtitutionibus, tamen verius arbitror multo ante Greg. licuiſſe Eccleſiaſticis conſuetudines inducere,ſicut & ſecularibus licuit Imperatores, non Pontificem, & Iuriſconſultos poteſtatem conſuetudinis approbaſſe in ſuis legibus,& decretis, cap. cum contingat de fo. comp. c. accedentibus de exceſſibus Præl. gloſa in fin. in cap. mala 8. d. c. conſuetudinem. 11. d. l. domini prædiorum C. de agricolis libro 11. l. 1. l. quicumque C. de fundis Limitrophis lib. 11. licet iuriſdictionis ſit, vel ſaltim permiſſionis conſuetudinis inducere, vt perinde ſcientia ſuperioris deſideretur, Auendano de exequendis 1. parte c. 19. num. 9. Caſaneus in conſuetudinibus Burgundiæ concluſiones. follio. 1499. num. 5. quia non poſſunt in expreſſo,nec in tacito Bal. in d. l. de quibus num. 4. quidquid Iaſſon, & alij relati ab Auendano ſenſerint, ta-

men ex approbatione generali, qua Imperatores, & Pontifices conſuetudines approbarunt, nulla alia ſcientia, vel approbatio ſuperioris pro validatione conſuetudinis deſideratur eo enim ipſo approbatæ cenſentur, quo tolerabiles ſunt Bal. de pace Cõſtantiæ §. 1. num. 22. Rochus in præſenti ſanctione num. 24. Burgos de Paz in l. 1. Tauri num. 235. nec ſcientiam generalem ſuperioris probari neceſſe eſſe contra Auendanum in dictionario Hiſpano verbo (Coſtũbre) verſiculo tertia concluſio, quæ propoſitio in Eccleſiaſticis indiſtinctè approbatur Abb. in præſenti num. 13. argumento textus in c. 1. in fine de conſtitutionibus in ſexto vbi probatur conſuetudinem cum ignorantia Pontificis comparatam ſubſtineri. itẽ procedit indiſtinctè in populis Caſtellæ ex l. 11. lib. 7. ordinamenti, reſoluit Auendano d. c. 2. num. 24. & d. c. 19. num. 3. & in dicto dictionario verbo, Coſtumbre. Quam propoſitionem ſic declaratam amplio 1. ſiue conſuetudo generalis ſit, ſiue particularis, vt particularis vincat legem in loco, in quo viget conſuetudo cum idem ſit argumentum de toto quoad totum &c. Abb. in præſenti num. 24. & notant dd. in d. l. de quibus argumento l. venditor §. 1. communia prædiorum. qualiter autem conſuetudo ad alios populos extendatur reſoluit Rochus in præſenti ſectione. 7. an. 20. cum ſequentibus.

36. Secundo, amplia etiam lex † clauſulam habeat derogatoriam vt conſuetudo in contrarium non procedat ex cauſa enim noua, & ratione conſuetudinis licet tali legi derogare, cauſa enim noua ſemper cenſetur excepta argum. l. ſi hominum ff. mandati, præſumitúrque exceptum eſſe ex mente diſponentis, varietate enim & ſtatuta variantur humana cap. non debet de conſang. & affin. expeditque legitimæ Reipublicæ gubernationi, expeditque vt vnaquæque reſpublica in ſuo conſenſu abundet cap. certificari de ſepulturis, ſic hanc ampliationem probarunt Palacios, Ruuios in cap. per veſtras, notabili 5. an. 3. Auiles in capitulis Prætorum c. 8. num. 3. Rochus d. ſectione 7. num. 11. & plures referendi poſt Abb. in c. 2. num. 7. & 8. de probationibus, pro limitatione traditionis communis, quæ habet conſuetudinem impediri ex lege clauſulam derogatoriam continenti, licet enim receptius ſit non ſolum conſuetudine futura damnata, ſed etiam præterita, vel verbis indiffinitis conſuetudinem contrariam non admitti, Tiraquelus de retractu num. 18. in præfatione in principio Burgos de Paz num. 464. Coua. lib. 3. variarum c. 13. num. 4. argumento legis ſeruitus ff. de ſeruitutibus vrbanorum & quia lex ſemper loquitur l. Arianis C. de hæreticis & Manicheis. Vnde Auendanus de exequendis 1. parte c. 2. num. 14. condemnat † correptores, vel alios, qui ſportulas 37.
contra taxam pragmaticæ exigunt defendentes ſe cõſuetudine cum fuerit damnata per pragmaticam dictam, ita etiam idem Auendanus reſponſo 16. damnat conſuetudines, quæ tributa ſoluenda non eſſe induxerunt vbi bona extant cum ſoluens alibi domicilium habet nam prædicta traditio procedit vbi ratio non variatur,

nec cauſa extitit noua in conſuetudine tunc etiam clauſula derogatoria impedit conſuetudinem oriri contrariam. Secus vero ſi cauſa, vel ratio fuerit variata, quia hæc ſemper cenſetur excepta iuxta ſupra dicta, ne alias vtilitati publicæ periudicaſſe cenſeatur in prædicta magis communis traditio, quæ habet damnata præterita conſuetudine futuram quoque damnatam cenſeri intelligenda quoties conſuetudo tamquam irrationabilis & iniqua c. 1. de clericis non reſidentibus lib. 6. auth. nauigia C. de furtis, auth. omnes peregrini C. communia ſucceſſionibus, nam & tunc immemorialis damnata iudicatur ſic eſt intelligenda gloſa fin. in clem. finali de rebus Eccleſiæ alien. & gloſa verbo, quanticumque in clem. 1. de foro comp. dum tenent immemorialem excluſam quoque cenſeri, quia declaratio, quæ reddit iniquam conſuetudinem etiam immemorialem comprehendit cum abſque ratione conſuetudo comparari non poſſit, ſic intelligitur textus in c. 2. hoc tit. in ſexto alias ſi non tamquam irrationabilis fuerit damnata immemorialis non comprehenditur, nec etiam futura Coua. in d. c. 13. num. 4. Afflictus ad conſtitutiones Neapolitanas in proœmio quæſt. fin. num. 6. & libro 2. rub. 5. num. 8. ex quibus interpretanda eſt lex 1. Tauri, quæ licet conſuetudines damnaſſet contrarias legibus, immemorialem non damnaſſet, nec etiam futuras conſuetudines ex cauſa noua, vel rationabili, tamen verius, ſolum ibi damnaſſe allegationes, ex quibus retardari ſolet executio legum quaſi non fuerint obſeruatæ nec receptæ in vſu ex cap. in iſtis §. leges 8. d. quod qualiter differat conſuetudo illico dicetur.

Tertio, amplia ſiue conſuetudo interpretatiua ſit ſiue limitatiua, ſiue omnino derogatoria, vt notant omnes in præſenti, vt in d. l. de quibus, quibus concordat l. 1. tit. 2. parte 6. p. 1. nec obſtat lex † 2. C. quæ ſit longa conſuetudo cap. conſuetudinis 38.
11. d. quia reiectis opinionibus à Doctoribus iunctis in præſenti, in gloſa verbo, vilis, & in d. l. 2. verbo, aut legem, & in d. c. conſuetudinis, Duarenus libro 2. diſputationum c. 32. Forcatulus dialogo 1. commentariorum lib. 1. Conanus, Rochus in præſenti 2. ſectione an. 16. verior eſt ſenſus conſuetudinis non eſſe tantam authoritatem, & tam latam, vt ſuperior ſit ratione, aut lege, vt valeat conſuetudo quod lex non poſſet derogando legi diuinæ, vel naturali, bono publico, vel libertati Eccleſiaſticæ, & ſic eſt intelligendus eſt textus in cap. cum cauſa de re iudicata, ibi (veritati, aut legi præiudicat,) ſcilicet quæ liberationem Eccleſiaſticam conſeruat, & vtilitatem, vt notauerunt ibi Doctores, & Reduanus ſtatim citandus. cui interpretationi conducit textus in cap. fruſtra 8. d. nec contrarium voluiſſe ſignificare Gregorium in præſenti in fine cuius ſenſus eſt idem cum ſuperiori, nam ſi conſuetudo quæ non eſt rationabilis poſſet præiudicium generare ſaltem legi poſitiuæ plus iam poſſet, quam lex, quod omnino negandum eſt, nec obſtat lex quod non ratione ff. de legibus, quia loquitur de conſuetudine interpretatiua,

tiua,quæ non ita firmis fundamentis, & ſecũdum verum intellectum comparata eſt practicando aliquam legem aliterquam eius verus ſenſus dictat,& ſic intelligendum quod dicit non ratione, ſed errore comparatur in dicta lege, quod non ratione item intelligendum eſt non de errore, qui eſſet contrarius legi diuinæ, naturali, vel bono publico, tamen dubitatur qualiter conſuetudo contraria legi rationabilis eſſe poſſit. Vnde cum in lege poſitum ſit quod in ratione conſiſtit ..cum conſuetudo prima diſtinctione cap. erit autem lex 4. d. & ſic ſi in lege diſpoſitum rationabile eſt & bonum, contrarium erit irrationabile, & malum cap. hoſpitiolum 32. d. c. intellecto de iureiurando, & duo ſimul contraria eſſe non poſſunt cap. maiores de baptiſmo, & ſic ſi eſt lex rationabilis conſuetudo contraria erit irrationabilis. item quia tamquam irrationabilis damnatur conſuetudo, quæ contraria ſit canonicis inſtitutis cap. ad noſtram ſupra ergo &c. item verius eſt conſuetudines derogatorias ratione conſiſtere poſſe primo via ex varietate Reipublicæ, modumque poteſt nunc eſſe rationabile, quod olim fuit irrationabile,& è conuerſo. item quia diuerſis reſpectibus poteſt quidem eſſe rationabile argumento textus in cap. nuptiarum 37. q. vt rationabile eſt negotia geri ab Epiſcopo cum conſenſu capituli, cap. nouit, cap. quanto de iis, quæ fiunt à prælatis, quia perfectius eſt iudicium plurium cap. prudentiam de off. delegati, tamen conſuetudine poteſt iudicium contrarium eſſe c. 3. hoc tit. 6. alia ratione vt facilius negotia expediantur. Tertio quia plura ſunt in legibus diſpoſita quæ arbitraria ſunt, in quibus ratio difficile valet aſſignari l. non omnium ff. de legibus, tunc conſuetudo talibus contraria non diceretur irrationabilis, & in altero ex prædictis duobus modis poteſt intelligi textus in cap. cum dilectus ſupra, de cuius ſolutione actũ eſt in ſeptimo argumento,& quoad rationẽ conſuetudinis idem exiſtimo ſeruandũ de iure Canonico,& ciuili vt defendit Rochus dicta ſectione 2. n. fin. licet contrariũ, & malè voluerit gloſa, verbo, conſuetudo in l. Domini prædiorum C. de agricolis lib. 11. quia eſt contra textum in cap. fin. de præſcript.

Quando autem cognoſcatur rationabilis ſit necne variant doctores in præſenti poſt gloſam verbo, rationabilis in d. l. 2. Rochus in præſenti d. ſectione an. 20. Menochius de arbitrariis caſu 82. tamen verius eſt arbitrio iudicis exiſtimandum, quia cum infiniti caſus ſint, & infiniti nulla eſt comprehenſio iuxta Ariſtotelem lib. 5. Ethicorum. c. 9. certa regula non potuit aſſignari qualiter ratio cognoſceretur vnde iuribus conforme eſt ſcilicet legi primæ C. de iure deliberandi cap. de cauſis de off. delegati, l. continuus §. cum ita de verborum oblig. arbitrio iudicis relinqui, qui rationem æſtimet, tamen tunc licebit ei arbitrari quando dubitatur † an ratio conſuetudinis contraria ſit legi diuinæ naturali, publico bono, & vtilitati Eccleſiaſticæ, quod pluries contingit ex varietate rerum vt cognoſcitur ex dictis in ſuperioribus argumentis, contra legem namque diuinam, & naturalem nulla vis, 39.

& poteſtas eſt cap. quæ contra mores cap. mala cap. conſuetudo 8. d. contra vtilitatem Eccleſiæ c. 1. c. 3. c. cum conſuetudinis. ſupra contra neruum Eccleſiæ cap. quanto cum ſequenti. contra bonum publicum ex iuribus vulgaribus aliis, quæ huic reſolutioni circa rationem conſuetudinis obſtant declarabuntur in ſequentibus argumentis. quando au-
40. tem dicatur † præſcripta variant doctores in d. l. de quibus poſt gloſam verbo. inueteratam vt. conſtat ex Iaſſone ibi an. 41. Rocho in præſenti ſectione. 3. an. 25. Menochio de arbitrariis caſu 83. verior tamen propoſitio tam de iure ciuili, quam canonico, quo ad ius ciuile tempus decem annorum ſufficere cum differentia inter abſentes, & præſentes ceſſet in populo, qui ſemper præſens eſt argumento legis proponebatur de iudiciis, ea enim ratione quod leges ciuiles longum tempus deſiderant l. 1. C. quæ ſit longa conſuetudo l. ſed & ea de legibus, intelligitur de decenio vt. ex traditis in rubrica C. de præſcriptione longi temporis in principio inſt. de vſucapionibus, l. ſi cum fideicommiſſo §. Ariſt. ff. qui, & à quibus, quoad ius canonicum quadraginta annorum ſpacium deſiderari auth. quas actiones C. de ſacroſanctis Eccl. ita Bart. in d. l. de quibus num. 14. quam conſuetudinis propoſitionem amplia ſiue conſuetudo ſit contra ius, ſiue præter ius, ſiue inductiua vt notat Iaſſon in d. l. de quibus nu. 41. tamen hanc ampliationem quo ad ius canonicum declara ſi conſuetudo præter ius, & inductiua ſit derogando iuri Eccleſiæ, vel cum præiudicio alterius Eccleſiæ vt notat Rochus dicta ſectione 3. nu. 32. & ante ipſum Abb. num. 11. ex Innocentio in cap. cum dilectus ſupra num. finali, pro quibus addenda eſt deciſio Rotæ fin. hoc tit. de conſuetudine, vel cum præiudicio clericorum vt notant omnes in cap. de 4. de præbendis, & in cap. cum in Eccleſia de cauſa poſſ. alias decennium ſufficeret, ſicut de iure ciuili, ſic intelligenda eſt gloſa verbo conſuetudo in cap. fin. hoc tit. in ſexto, & gloſa in cap. conſuetudo 11. d. 2. propoſitio eſt contra Pontificem, Imperatorem, vel regem in reſeruatis immemorialem deſiderari ex cap. ſuper quibuſdam §. præterea de verb. ſign. de cuius conſuetudinis ratione vide Auendanum de exequendis. c. 6. Tertia propoſitio eſt contra Romanam Eccleſiam ſpaciũ centum annorum deſiderari auth. quas actiones C. de ſacro-ſanctis Eccleſiis cap. ad audientiam de præſcriptionibus, licet in his omnibus arbitrio iudicis relinquendum defendat Menochius d. caſu 83. quod non omnino condemno, actus autem † 41.
qui ſunt neceſſarij ex quibus cum temporis curſu conſuetudo cauſetur variarunt doctores, vt conſtat ex Rocho ſectione. 8. num. 37. Menochius de arb. caſu 81. poſt doctores in præſenti, & in d. l. de quibus tamen verius eſt arbitror cum Menochio arbitrarium eſſe, actus enim, & temporis curſus pro eo deſideratur ſolum vt cognoſcatur voluntas populi, & eius conſenſus. Vnde euenire poteſt ex qualitate actuum magis voluntatem populi aliquando cognoſci ex minoribus actibus, quam ex pluribus, licet

a hoc receptius ſit vnum actum quantumcunque notorium non ſufficere, cum frequentiam actuum deſiderent iura, l. 1. C. quæ ſit longa conſuetudo, l. 3. C. de ædificiis priuatis, & cognoſcitur ex Ethimologia conſuetudinis, & eius diffinitione, licet exiſtimarent adhuc hoc relinquendum arbitrio iudicis quia frequentia, & conſuetudo valet verificari per continuatam probationem, & voluntatem ad ſimilia ſi euenerit iudicanda licet difficile ſit in praxi obtinere. Perſonæ autem † à quibus actus debent celebrari cognoſcitur ex ſequenti regula, ſcilicet conſuetudine laicorum clericos non obligari cap. quæ in Eccleſiarum, cap. Eccleſia ſanctæ Mariæ, de conſtitutionibus, ca. fin. de vita, & honeſtate clericorum cap. fin. de rebus Eccleſiæ quam regulam ex pluribus ampliationibus, & limitationibus proſequitur Curſius in præſenti quæſt. 11. Rochus . ſectione 8. an. 53. Rebufus 3. tomo ad leges Gallicas tit. de conſuetudine in principio an. 56. Tiraqueus de retractu §. 1. gloſa. 13. an. 2. limita tamen niſi à clericis, & laicis ſimul fuerint actus celebrati argumento textus in cap. per tuas de arbitris in ne & Abb. in c. cum veniſſent, de eo qui mittitur in poſſeſſ. num. 3. quaſi eſſet ſenſus, & intellectus dicti cap. cum veniſſent vbi religioſi, & eorum cauſæ iudicantur ex conſuetudine laicorum, tamen verius eſt ibi iudicari religioſos ex conſuetudine laicorum, quia actores erant laico rei quam actor ſequitur forum Rei, cap. cum ſit generale de foro competenti, etiam ſi religioſus ſit, cap. ſi clericus laicum de fo. comp. cap. finali, de iudiciis, & ſic etiam iure Rei in quandam neceſſariam conſequentiam vt refert Rochus dicta ſectione 8. n. 66. an autē mixta clericorum, & laicorū ſufficiat vt laici fiant iudices quo ad temporalia inter perſonas Eccleſiaſticas diſputant doctores in c. clerici de iudiciis. Coua. practicarum c. 31. nu. 5. & ſic ſoluitur octauum argumentum.

Non obſtat † nonum argumentum ex cap. ſi quis omnem 1. quæſt. 7. 43.
quia loquitur in aliis terminis ſcilicet de violatione traditionis Eccleſiaſticæ, violatores enim tales iuſtè ſubiiciuntur anathemati. tamen difficilius obſtat textus in c. 2. de maioritate, & obedientia, ex quo, & aliis receptum eſt, tam ſeculares, quam canonicas obligare in foro conſcientiæ, eiuſque tranſgreſſores peccati reos eſſe, gloſſa, verbo, conſtituerunt in cap. quæ in Eccleſiarum de conſtitutionibus, Soto de iuſtitia, & iure libro 1. quæſt. 6. articulo 5. Simaneas de Catholicis inſtitutionibus. c. 9. & 45. an. 27. tamen licet id receptius ſit, receptiuſque etiam fuerit ex prædicta ratione inchoantes actus conſuetudinis contrarios legibus non poſſe conſuetudinem perficere cap. fin. de præſcriptionibus cap. cura de iure patronatus. tamen verius arbitror etiam viuentibus inchoantibus poſſe conſuetudines perfici, cum conſuetudo non tam vim obtineat ex actibus priuatorum, quam ex voluntate cauſata populi, & cognita ex actibus priuatorum, & ex approbatione ſuperioris, qui approbauit conſuetudines etiam contrarias ſuis legibus ex iuſta ratione, & cauſa, quia exiſtimauit id congruentius eſſe

populo, eiuſque publicæ ſocietati magis expedire, quoties tanto tempore in ea voluntate populus perſeuerauerit, & ſic non conſiderata pro vitanda conſuetudine mala fides, & peccatum inchoantium dum tamen iuſtam rationem habeat, quæ poteſt eſſe iuſta licet ex contraria cauſetur peccatum vt diximus in præcedenti argumento, huic tamen concluſioni, ſeu ſolutioni addendus eſt Felinus in c. 1. de treuga, & pace num. 12. ſic ſoluitur nonum argumentum.

44. Non obſtat decimum argumẽtum † quia conſuetudo nec iuri poſitiuo poteſt præiudicium generare ſi diſſoluatur neruus Eccleſiæ vt diximus in octauo argumento in cognoſcenda ratione conſuetudinis, ſed ex tali conſuetudine, de qua in c. 5. ſupra diſſoluitur neruus Eccleſiæ ſcilicet cenſura Eccleſiaſtica, in qua vires Eccleſiæ conſiſtunt, nulla enim ea maior cap. corripiantur. 24. quæſt. 3. ideoque conſuetudo ibi damnatur, quia alias vili penderetur cenſura Eccleſiaſtica, ex qua ratione, & appellatione ciuitatis, & ſuburbia continentur interdictáque cenſentur, cap. ciuitas de ſententia excommunicationis in ſexto licet alias non comprehendantur, ex propria ſignificatione. l. 2. de verborum ſignificatione ita Coua. in cap. alma mater 2. parte §. 1. num. 8. & ſic ſoluitur decimum argumentum.

45. Non obſtat vndecimum argumentum † ex cap. cum venerabilis ſupra, quia diſſoluitur eadem ratione, qua ſuperius quia ſi admitteretur renuntiatio abſque conſenſu ſuperioris diſſolueretur neruus Eccleſiæ in obedientia, & vtilitas publica vt in ſimili notarunt in cap. tranſmiſſa de electione, & ſic ex eadem ratione intelligitur textus in cap. ex frequentibus de inſtitutionibus, & textus in cap. cum tertia de electione, & ſic ſoluitur vndecimum argumentum.

Non obſtat duodecimum argumentum ex cap. ex parte ſupra, quia quando verum eſſet conſuetudinem ibi damnari, quæ prohibebat amiſſionem dotis legitimè procederet cum ex tali conſuetudine proniores viderentur vſſores ad adulteria committenda, ideo nimirum ſi tamquam cõtraria bono publico condemnetur ex l. fin. C. ſi contra ius vel vtilitatem publicam, & quia præſtat occaſionem delinquendi l. ſi vnus, §. ſi illud ff. de pactis, l. conueniret ff. de pactis dotalibus, tamen verius eſt de bonis quæſitis conſuetudinem ibi damnatam intelligi, in quibus intelligendo magis legitimè procedit, cum ſuper lucrata communicentur inter virum, & vxorem ex fide matrimonij, & ſocietate contracta iuxta l. 1. tit. (de las ganancias) ideo ſi fidem, & ſocietatem violauit æquum eſt, vt ex ea commodum non ſentiat quia qui legis beneficio abutitur, eo priuari debet iuxta vulgaria, de pœna autem adulterij, & eius declarationibus videndus eſt Iulius clarus receptarum ſentẽtiarum §. adulterium verſ. & ſcias, & doctores in l. 80. cum ſequentibus Tauri maximè Antonius Gomez an. 47. & 65. ſic ſoluitur argumentum, textus, & Titulus ad laudem, & gloriam omnipotentis Dei optimi Maximi, & Mariæ matris eius Reginæ cœli vniuerſique mundi. Amen.

Finis huius materiæ.

Google

AD CELEBREM, ATQVE DIFFICILEM TITVLVM DE OFFICIO, ET POTESTATE IVDICIS delegati in decretalibus explicandum à Doctore Didaco de Sahagun hoc anno Domini. 1587.

Summarium ad rubricam huius tituli.

1. *Quid ſi officium, quid poteſtas.* 2. *& delegatio num.*4.
3. *Poteſtas refertur ad iuriſdictionem.*
5. *Diffinitio delegati traditur.*
6. *Delegatus diſtinguitur ab ordinario.*
7. *Mortuo epiſcopo ceſſat iuriſdictio vicarij.*
8. *Vicarius abſque ſpeciali mandato beneficia conferre non poteſt.*
9. *Vicarius generalis non poteſt in monitionibus diſpenſare ſine ſpeciali mandato.*
10. *Vicarius epiſcopi eſt ordinarius.*
11. *A vicario generali epiſcopi non appellatur ad epiſcopũ quamuis appelletur à foraneo.*
12. *Scholaſticus Salmantinus à Papa habet poteſtatem, officium ſui natura eſt ordinarium.*
13. *Iudicis appellatione intelligitur ordinarius.*
14. *In titulo de iuriſdictione omnium iudicum intelligitur delegatus.*
15. *Verbum, cuiuſuis iudicis, intelligitur de delegato ſicut de ordinario.*

Finis ſummarij rubricæ.

Digitized by Google

AD TEXTVM IN CAP. I. HOC TITVLO DE OFFICIO DELEGATI.

Summarium huius capituli.

1. *Delegatus Papæ poteſtatem non ſolum in litigantes, ſed etiam in quoſcumque alios ſuam iuriſdictionem impedientes.*
2. *Ratio decidendi cur iudicium non debet eſſe illuſorium.*
3. *Secunda ratio decidendi quòd agentes & conſentientes pari ſunt pœna puniendi, & ſic ab eodem iudice, & ibi tertia ratio.*
4. *Papa habet iuriſdictionem in omnes.*
5. *Quarta ratio decidendi vera in ſe, ſed non accommodatur textu in præſenti.*
6. *Quinta ratio.*
7. *Sexta ratio decidendi vera ad textum.*
8. *Impedientes etiam ſi ceſſent ab impedimento poſſunt puniri à delegato.*
9. *Intellectus noſtri textus latè traditur, & numeris ſequentibus.*
10. *Delegatio facta ordinario auget iuriſdictionem non tamen mutat in delegatum niſi contrarium voluiſſe delegantem appareat num. 13.*
11. *Commiſsiones litteris non receptis iuriſdictionem non tribuunt.*
12. *Verbum, Silere, quid ſignificet.*
13 *Noſter textus loquitur in delegato.*
14. *Quando Pontifex committit vices ſuas tunc cenſetur delegatio.*
15. *Si ordinaria iuriſdictio excitatur pro neceſsitate fit potentior & non trãſit in delegatum.*
16. *An epiſcopus in alternatiuis delegatus, an ordinatiuis indicetur, & quomodo eam obtineat.*
17. *Beneficia familiarum ſunt reſeruata.*
18. *Ordinaria iuriſdictione confert epiſcopus beneficia ex alternatiua.*
19. *Iuriſdictio ordinaria ſui natura fauorabilis eſt, delegata odioſa.*
21. *Delegationes, & reſcripta etiam ad beneficia ſunt reſtringenda, an idem in priuillegiis, & numeris ſequentibus.*
22. *Duci Albano priuillegium conceſſum eſt de prouidendis in ſua iuriſdi-*

Digitized by Google

ctione beneficiis, & dignitatibus Eccleſiaſticis.

23. *Appellatione, beneficij, maiora, & minora comprehenduntur, niſi aliud ratio ſubiectæ materiæ poſtulet.*

24. *Interpretatur capitulum Rodulfus de reſcriptis, & alia plurima iura interpretantur, & noſter, textus quare delegatio fuit extenſa, & ibi de interpretatione capituli, P. & G. infra iſto titulo.*

25. *Quæ poteſtas erat data antiquis Romanorum iudicibus.*

26. *Declaratur capitulum paſtoralis in §. cum autem infra iſto titulo.*

27. *Minis, & terroribus iuſtis metus inducitur, ſi minas exequi ſolebat ea imponens, & de interpretatione noſtri text.*

28. *An forenſes cauſæ ſanctorum teſtimonio decidendæ ſint, an vero legibus canonicis.*

29. *Quatuor modis quis conſentit, negligentia, conſilio, cooperatione, authoritate, & quo caſu pari pœna puniantur conſentientes, vel minus.*

Rubrica huius Tituli, cuius ſummarium ſupra extat.

AD rubricum ſciendum eſt quid ſit officium † poteſtas & delegatio. Principio officium à Cicerone de inuentione diffinitur eſſe, quod natura, vel lege implere neceſſe eſt. integros libros de officiis compoſuere ipſe Cicero, & Diuus Ambroſius & in libris dicit Cicero in officio colendo conſiſtit omnis vitæ honeſtas, & in negligendo turpitudo ita Trid. ſſ. 25. c. 3. dicitur ad continẽdos in officio populos. Vnde iure ciuili quidquid priuata an publica obligatione facere debemus vocatur, officium inter parentes, & liberos pietatis officium l. 2. ff. de inofficioſo, filiaſque matrimonio collocare paternum officium l. qui liberos 18. ff. de ritu nuptiarum iuncta lege finali C. de dotis permiſſione. Diſtinguitúrque à miniſterio & artificio l. peculium. 65. ff. de legatis. 2. l. legatis 65. §. ſi ex officio ff. de legatis. 3. ſignificatque munus publicum, vel honorem l. 2. ff. de iis quibus vt indig. pertinétque ad magiſtratus, & iudices ex tit. ff. de officio conſulis vſque ad tit. de off. aſſeſſorum. & libro. 1. Codicis iure Pontificio dicitur diuinum officium, vel Sacerdotale. c. fin. 12. d. c. ſanè, infra iſto tit. c. 1. de celebratione miſſarum in ſexto, accipitúrque pro quocumque Eccleſię beneficio c. ſi non 38. d. c. ad hæc. 15. de præbendis, c. cum ſingula. 36. de præbendis libro. 6. & pro certa Eccleſiæ dignitate nempe ſacriſtæ vel Theſaurarij. c. 1. de conſuetudine in ſexto. c. 1. eodem tit. Trid. ſſ 24. c. 18. pertinet etiã ad Eccleſiaſticos magiſtratus ad tit. de off. vicarij, ad tit. de off.

ordinarij. Significat etiam ipſum iuriſdictionis exercicium l. 1. ff. de iuriſdictione omnium iudicum. c. 1. & 2. de off. iudicis l. 1. tit. 4. p. 3. & ipsū prætorium, vel iudicij locum l. qui fidei iuſſor 7. §. fin. ff. qui ſatiſdare cogantur, l. eum. 17. ff. de in ius vocando quæ receptiſſima ſunt ex Bartolo, & communi in l. 1. num. 8. ff. de iuriſdictione, vbi Horoſco num, 3. & communis in rub. ff. de off. eius, cui mandata eſt iuriſdictio, vbi Hipoletus, Riminaldus, & Bolognetus num. 47. & in præſenti ex Bar. num. 18. Abb. & Mantua num. 8. Veroio num. 70. cum aliis infra. diffinitúrque à Sebaſtiano Medicis de diffinitionibus. 2. p. c. 18. num. 40. ſed magis pertinet ad iurisdictionis exercicium, quàm ad officij obligationem vnde interpræres contendunt in qua ſignificatione officium accipiatur in præſenti quinque referunt opiniones, quarum reſolutio pendet ex ſequenti obſeruatione.

2. Secundo Poteſtas dicitur † à Potentia ſecundum Ariſtotelem libro 8. metaphyſicorum eſt principium, quo aliquid agere poſſumus, & ſine quo agere non poſſumus, ſic iure noſtro poteſtas introducta eſt ad cōtinendos in officio populos, & ad dirigendos ciuiles hominum animos, eorumque operationes, eaque ratione poteſtatis nomen latiſſimum eſt, omnique conueniꝫ materiæ l. poteſtatis. 215. ff. de verborum ſigni. l. 1. §. qui in poteſtate ff. de exercitoria. in noſtra tamen ſpecie ſignificat imperium & poteſtatem dicta. l. 1. l. poteſtatis, l. imperium, l. eum qui ff. de iuriſdictione omnium iud. d. l. 1. ff. ad l. Iuliam Maieſtatis, cum aliis infra inde diſputant in qua ſignificatione accipiatur officium & poteſtas, principióq; reſpondent idem ſignificare ex c. 2. de bigamis non ordinandis. ibi, poteſtate, & officio ordinandi, placuit Abbati, nouioribus diſplicet quia alterum ſuperflueret.

Vnde † ſecundo intelligunt poteſtatem referri ad iuriſdictionem d. l. imperium, d. l. poteſtatis. officium ad iuriſdictionis exercicium d. l. 1. ff. de iuriſdictione. c. 1. & 2. de officio iudicis affirmant Abb. & Decius, negat Veroius ex præpoſtera loquutione, ſed defenditur ex rubrica ff. de off. eius, cui mandata eſt iuriſdictio vbi officium præcedit iuriſdictionem, ſed alia ratione reiicitur quoniam iuxta rationem recti ſermonis, ſuperiorémque Ciceronis authoritatem, verior interpretatio eſt officio comprehendi munus, & obligationem, poteſtate comprehendi iuriſdictionem, & ita explicamus de obligatione & iuriſdictione, & ita tenendum eſt, quod timidè tentauerat Ciceronis immemor Ioannes Bolognetus in dicta rub. de off. eius num. 47. 3

Tertio delegare † ſermonis proprietate & inter Iure Conſ. eſt pro alio debitorem, vel reum creditori conſtituere l. delegare. 11. cum ſequentibus, l. delegari ff. de nouationibus, inter eoſdémque eſt iuriſdictionem mandare l. non diſtinguemus 32. §. quæſitum ff. de receptis arbitr. l. 1. ff. de damno infecto. vnde qui mandatam habet iuriſdictionem ſicut dicitur iudex datus l. 2. §. ſed & iudex, l. cum Prætor. 12. §. 1. de iudiciis, appellatus eſt delegatus, imperialibuſque 4

que Reſcriptis confirmatur l. à iudi-
ce. 5. l. properandum. 12. l. apertiſſi-
mi. 14. C. de iudiciis inde inſcribitur
noſter titulus, & in ſexto, Clementi-
nis & extrauagantibus l. 1. & 2. tit.
4. p. 3. cum aliis infra, & quamuis
varias habeat diffinitiones, verior eſt
5. quod delegatus † dicitur, qui manda-
tam ſibi iuriſdictionem vice delegãtis
exercet, in rubrica l. 1. l. qui manda-
tam, ff. de off. eius, l. moro, l. & quia
ff. de iuriſdictione textus elegans in
c. ſanè. 12. iſto tit. ita obſeruat gloſa
verbo iudices in extrauag. vnica iſto
tit. Nicolaus Veronius ſupputatio-
num libro. 1. 12. Vaconius lib. 6. de-
clarationum declaratione. 77. Hipo-
litus, Ruminaldus num. 10. Camilius
Placius c. 12. in d. rub. ff. de off. eius,
ad quam diffinitionem reducendæ
ſunt plures relatæ à communi in præ-
ſenti & à Decio Mantua, & Veroio.
in d. rub. ff. de officio eius ab Hipoli-
to Riminaldo, & Bologneto, à Lu-
douico Carondas verò ſimilium lib.
2. Menochio de arbitr. quæſt. 12. nu.
6. Petro Gregorio Syntagmatum lib.
6. 47. an. 4. inde plura deducentes, tria
tamen obſeruanda ſunt, prius inde
delegatam diſtingui † ab ordinario,
ordinarius eſt qui lege conſuetudine,
vel priuillegio iuriſdictionem, cau-
ſarúmque cognitionem habet atque
proprio nomine exercet l. 1. l. more
l. & quia ff. de iuriſdictione, l. 2. C. de
off. eius, qui vicem alterius gerit, c.
ab iudicibus §. 1. 2. quæſt. 6. c. 1. c.
conquerente de off. ordinarij, ita
obtinet Trident. ſſ. 7. can. 6. & 7. &
8. ſeſſ. 24. de reformatione matrimo-
nij c. 1. ſſ. 25. c. 10. & ita obtinet titu-
lus infra de off. ordinarij, & in ſexto.
delegatus tamen vt diximus vice de-
legantis exercet, quo argumento ge-
neralem epiſcopi vicarium, vel offi-
cialem (vulgo) prouiſorem delega-
tum non ordinarium eſſe probatur, 7.
quia ab epiſcopis datur, epiſcopique
nomine exercet † mortuoque epiſco-
po ceſſat eius iuriſdictio. c. 1. de offi-
cio Vicarij libro. 6. c. Romana in
principio de appellationibus, ea-
dem lib. gloſa, verbo abſque ratio-
nabili in cap. vt debitus honor. 59.
de appellationibus recepta ab Ale-
xandro num. 12. Camilio Plancio
c. 11. in Rubrica ff. de officio eius,
Alciato in rubrica infra de off. or-
dinarij num. 24. à quo accepere no- 8.
uiſſimi. inde Vicarius virtute com-
miſſionis † beneficia conferre non
poteſt abſque ſpeciali epiſcopi man-
dato textus elegans in cap. licet de
off. Vicarij in ſexto conſuluitque
Menochius non poſſe Vicarium ge- 9.
neralem matrimonij monitionibus
diſpenſare † conſilio 69. num. 71. vo- 10.
lumine primo. contrarium tamen i-
mo ordinarium eſſe probatur † quia
propria commiſſionis natura iuriſ-
dictionem, cauſarúmque cognitio-
nem habet d. c. licet. ibi (per com-
miſſionem officij iuriſdictio illi trans-
feratur) ergo ordinarius eſt. Dein-
de quia idem auditorium cum epiſ-
copis habet cap. non putamus de
conſuetudine libro. 6. dicto. c. Ro-
mana in principio, cap. ſi contra v-
num de off. delegati libro 6. ſed e-
piſcopus eſt ordinarius cap. conque-
rente, cap. cum dilectus de off. or-
dinarij, cap. cum venerabilis de ex-
ceptionibus, ergo eſt vicarius gene-
ralis, idcirco recuſato epiſcopo, &

vicarium eſſe recuſatum receptiſſimum eſt & nouè reſolutum à Petro Surdo conſilio 50. 1. p. ita à Vicario generali † non appellatur ad epiſco-
11. pum d. c. Romana quamuis appelletur à foraneo gloſa in d. cap. non putamus, gloſa in clementina & ſi principalis, vbi vnus text. de reſcriptis, communis ſecundum referendos inde generalem ordinarium eſſe obſeruat gloſa verbo iurgia in cap. perlectis 25. d. gloſa verbo, officialem in d. c. licet communis ſecundum Veroium in præſenti num. 12. Coua. lib. 3. reſolurionum cap. fin. num. 4. & practicis quæſtionibus. c. 4. num. 8. Gambara de poteſtate legati libro. 9. num. 33. cum Relatis à Rolando conſilio 75. num. 11. & 19. volumine 3. à Petro Surdo d. conſilio 50. nec obſtat epiſcopi nomine exercere, quia verius eſt officij natura cum primum ab epiſcopo eligitur iuriſdictionem habere tamquam pro epiſcopo ſubrogatum ex textu optimo in d. l. 2. C. de off. eius, qui vicem alterius gerit & ita ordinarius eſt, ita etiam legatus gerit vices Papæ cap. 1. de off. legati, ordinariam tamen habet iuriſdictionem. c. 1. de officio legati libro ſexto, pro quo in Rota ſæpè pronuntiatum fuit inde Scholaſticus Salmantinus † à Papa
12. poteſtatem habet, officij tamen natura ordinariam exercet iuriſdictionem, ita in Academiæ priuillegiis cōſtitutum eſt. inde etiam obſeruandum erit quod licet delegatus index ſit d. l. à iudice, d. l. properandum, d. l. apertiſſimi. c. 1. c. in litteris, c. quærēti iſto titulo, verius tamē eſt iu- 13.
dicis † appellatione ordinariū intelligi, non delegatū, niſi ſubiectæ materiæ ratio aliud poſtulauerit, ſicut ſub titulo de iuriſdictione omnium iudi- 14.
cum † ex vniuerſali omniū intelligitur, l. 2. l. more, l. & quia, & in l. 1. ff. de iuriſdictione ann. intelligitur de ordinario ſicut de delegato ex relati- 15.
uo (cuiuſuis iudicis) † ita in c. 1. de cauſa poſſeſſionis de vtroque intelligimus, ita gloſa finalis in l. imperium ff. de iuriſdictione, communis ibi doctè Butrio in cap. ſua de off. Vicarij, communis ſecundum Horoſcc. num. 5. Bologneto num. 7. in rub. ff. de iuriſdictione. inde in l. ait Prætor in principio ff. de re iudicata, ibi (cuius de ea re &c.) intelligitur dumtaxat. ordinarius excludit arbitros & delegatos docuit Bart. receptus ſecundum Iaſſonem, & Ripam num. 2. inde ex ſuperioribus idem ſunt iudex datus, & is cui mandatur iuriſdictio quia vterque delegatus eſt iuxta communem ſententiam, differunt tamen in ſpecie legis cum Prætor. 12. ff. de iudiciis quia iudex datus iudicem non dat, alter autem dat, deinde quia à iudice dato appellatur ad dantem, ab altero autem ad mandantis ſuperiorem l. 1. in principio, & in §. ab eo ff. ſi quis obſequio appelletur, gloſa verbo abſque rationabili in d. cap. vt debitus, latiſſimè Hipolitus & Riminaldus num. 139. Bolognetus num. 36. in dicta rubrica ff. de off. eius, latiſſimè infra.

Digitized by Google

SEQVITVR EXPLICANDA LITTERA CAPITVLI I. ISTO TITVLO, CVIVS ſummarium ſupra extat.

S V M M A.

1. DELEGATVS Papæ poteſtatem habet non ſolum in litigantes, ſed etiam in quoſcumque alios ſuam iuriſdictionem impedientes.

Pro ratione dubitandi primo ſic argumentor, noſter textus reſcribitur epiſcopo vt conſtat ex ſubſcriptione, ſed epiſcopus ordinarius eſt. c. 1. c. nouerit. 10. quæſt. 1. c. conquerente, c. dilectus de off. ordinarij, ergo in ordinario non in delegato intelligendus erit noſter textus.

Secundo ſic argumentor. delegati iuriſdictio ſtricta atque odioſa eſt, idcirco nec ad alios caſus, nec ad alias perſonas extendenda, c. cum dilecta. 22. c. Rodulfus. 35. de reſcriptis c. cauſam matrimonij. 16. cap. prudētiam. 21. cum tribus ſequentibus, difficilis text. in c. P. & G. 40. vbi nec partium conſenſu porrigitur infra iſto titulo. Sed in præſenti iuxta communiorem interpretationem agitur de delegato, ergo eius iuriſdictio cōtra poteſtates, & potentes porrigi non poteſt.

Tertio ſic argumentor. delegatus reputatur iudex minor & pedaneus l. 2. & fin. C. de pedaneis iudicibus, ſed iudicium impedientes à maioribus dumtaxat iudicibus coërcendos eſſe reſponſum eſt in l. 1. ff. ſi quis ius dicēti non obtemperauit, nouiorique iure reſcriptum l. properandum. 11. §. ſin autem Deus C. de iudiciis, auth. de exhibendis Reis §. ſi vero innoti, ergo à delegato coërceri non poſſun⁊.

Quarto ſic argumentor. delegatis Papæ tribuitur duntaxat poteſtas coërcendi ipſos litigantes, non tamen poteſtates, vel alios impedientes c paſtoralis. 28. §. cum autem infra iſto tit. ergo nec in præſenti.

Quinto ſic argumentor ad impediendum iudicium vtentes potentiorum conſilio, vel fauore, à cauſa cauere debent l. 1. C. ne liceat potentioribus. c. 2. de alienatione iudicij, ergo eadem pœna delegatus in præſenti vti debet.

Sexto ſic argumentor. in forenſibus actionibus, earumque diffinitione Pontificium reſponſis, & conſtitutionibus, non ſanctorum doctrinis procedendum eſt text. in principio & in c. de liberis. 20. d. ſed in præſenti agitur de delegati iuriſdictione, vt ex littera conſtat, ergo, non ſcripturæ teſtimonio, ſed iuris obſeruatione diffiniendum erit.

Septimo ſic argumētor. cōſentientes aliquando maiori, plerumque minori afficiuntur pœna quam agentes. c. tanta 66. d. c. ſicut dignum §. ibi, & §. id quoque infra de homicidio, er-

go non eadem pœna.

2. Quibus nonobſtantibus contrariū in præſenti Alexander tertius reſpondet. Decidendi ratio † aſſignatur in littera, ibi (mandatū noſtrū elluditur quia legiſlatores prudenter intendūt iudicium non eſſe illuſſorium l. ſi Prætor.75. ff. de iudiciis. ibi (alioqui illuſoria erunt huiuſmodi decreta & dicta) l.1. cum ſequentibus ff. de alienatione iudicij. c. 1. eodem tit. c. de cauſis. 4. c. præterea. 5. cum aliis iſto titulo, eáque ratione Pontifex curat ne delegatio illuſoria ſit cum iuriſdictione comprimantur in præſenti, & in d. c. de cauſis d. c. præterea, c. ſanè. 11. eleganter in c. ex litteris 29. iſto titulo. Sed non admittitur hæc ratio quoad poteſtates, & potentes ſi quidem coercendo litigantes vt in d. c. paſtoralis §. cum autem iſto tit. iudicium non erit illuſorium, poteritque delegatus alios impedientes ad maiorem iudicem referre, vt in d. l. properandum §. ſin autem Deus C. de iudiciis. quare aliis magis placuit ſecūda decidendi ratio † agentes, & conſentientes pari pœna puniendos eſſe, vt in littera textus, & infra ad ſeptimum argumentum: quæ ratio minus concludit, quia non ſequitur, eadem pœna puniendi ſunt, ergo ab eodem iudice puniri poſſunt, quia laicus à ſeculari, non tamen clericus, clericus ab epiſcopo non tamen monachus vnde tertia aſſignatur ratio delegatum Papæ ipſius vices gerere arg. l. 1. §. mandatam, & l. qui mandatam ff. de officio eius c. ſane. 11. infra iſto tit. ſed Papa in omnes † iuriſdictionem habet cap. cuncta per mundum cap. per principalem. 9. quæſtione. 3. c. nouit de iudiciis, clem. paſtoralis de re iudicata ergo & delegatus, ita Abb. in cap. ſignificaſti infra, dicit veriorem Mantua in præſenti num. 31. ſed reiicitur quia non negatur Pontificis poteſtas, ſed voluntas, ſcilicet iuriſdictione, commiſſione non concedit poteſtatem contra poteſtates, & potentes delegatum turbantes.

3.

4.

Inde quarta aſſignatur ratio † principium eſſe Philoſophis, & iure conſultis commune, vno conceſſo, concedi omnia ad illius expeditionē neceſſaria Ariſtoteles. lib. 5. Metaphiſicorum. l. 2. ff. de iuriſdictione, c. præterea. 5. in fine iſto titulo vbi latiſſimè, quare conceſſa delegato iuriſdictione conceduntur omnia ad illius expeditionem neceſſaria, vt in d. l. 2. c. de cauſis, c. præterea c. ſignificaſti iſto tit. ac proinde cōtumaces etiam Prælatos comprimere c. ſane. 11. c. paſtoralis §. cum autem, c. ex litteris iſto tit. eadémque ratione poteſtates, & potentes qui impediunt, quam rationem ad noſtrum textum obſeruat gl. finalis in præſenti recepta ab Innocentio, & Hoſtienſi vſque ad Verotum, à Bart. vſque ad Bolognetum in d. l. 2. à Hieronymo Muſcunio de iuriſdictone n. 27. à Petro Gregorio lib. 22. c. 22. ab aliis infra quæ ratio & veriſſima, & vtiliſſima eſt, ſed ad noſtri text. ſpeciem rectè applicari non poteſt quia ſequeretur ex ea, quod ſi delegatus abſque impedientium coertione, cauſam poſſet expedire, non habet contra impedičtes iuriſdictionē quod falſum vtiq; . idcirco quinta ratio eſt lege ciuili quando cōceditur iuriſdictio, cōceſſum dumtaxat eſſe ad illius expeditionē neceſſarium ex d. l. 2. cæterū lege 9.

5.

Pontificia non ſolum neceſſarium, ſed ad faciliorem cauſæ expeditionem oportunum, & conueniens concedit textus elegans in d. c. præterea. 5. in fine infra. ac proinde ad faciliorem cauſæ cognitionem, & expeditionem impedientes coercere magis erit oportunum, & idcirco datur in præſenti coertio contra poteſtates, hæc ratio elegans eſt, ſed eodem laborat errore, quod ſi abſque coertione cauſam poſſet expedire delegatus non haberet iuriſdictionem quod probauimus falſum. Qua de cauſa ſolida &
7. ſecurior ratio † eſt delegati iuriſdictionem impedientes delictum apertè committere pœnis iuxta negotij, perſonarúmque qualitatem dignum d. c. paſtoralis 28. §. fin. c. ex litteris. 29. iſto tit. d. c. de cauſis, cap. præterea, cap. ſanè infra. ſed delinquentes à iudice illius delicti puniendos eſſe & ratio, & lex poſtulat, quoniam delinquens reipublicæ, & magiſtratui, & parti iniuriam irrogat ab eodem magiſtratu eodémque loco puniendam l. nullum C. de teſtibus, l. 1. C. vbi de crimine l. ſi quis ad ſe fundum C. ad l. Iuliam deui. cap. cum contingat cap. fin. de foro comp. c. 1. de raptoribus, qua ratione impedientes Pontificalis delegati iuriſdictionem, illius iuriſdictioni ſubiiciuntur, ab eodémque puniri poſſe eadem ratione, & lege inſtitutum eſt, ita interpretamur noſtrum textum, placuitque Antonio, & Decio num. 5. Mantuæ 11. Veroio. 27. in præſenti, Bologneto num. 10. in d. l. 2. ad quam rationem reducenda eſt gloſa fin. in præſenti, & omnes hic, & in d. l. 2. cum relatis à Menochio de arbitrariis quæſt. 74. num. 38. à Tiberio Deciano conſilio 54. num. 11. volumine. 3. à Petro Greg. lib. 47. c. 4. ex qua ratione deducitur † impedientes etiam 8.
ſi ab impedimento ceſſauerint à delegato puniri poſſe, quia delicti natura ita poſtulat ex ſuperioribus, in quo plures erraſſe refert Abb. num. 6. Mantua, & Veroius in fine. inde etiam interpretamur textum in ca. de cauſis. 4. c. ſanè 11. c. paſtoralis. 28. §. fin. c. ex litteris. 29. infra vt latius explicabimus.

Nec obſtant † in contrarium adducta pro ratione dubitandi, non obſtat primum, quia reſpondendum eſt diuerſos intellectus noſtro textui aſſignari. prior eſt obtinere in ordinario vt diximus in argumento, quia illa ſubſcriptio, Epiſcopo Londonenſi, & in littera, ibi, poteris, ita ſuadent, ſed communiter reiicitur, quia de ordinario ius ciuile ac Pontificium aliter diſponit ſingulariter in l. 1. ff. ſi quis ius dicenti, & titulus de off. ordinarij. inde ſecundus eſt iuſta noſtrum textum obtinere in delegato vt probat textus verba (iuſtitiam præcipimus exhiberi) & ibi (mandatum noſtrum elluditur) quæ delegato conueniunt cap. ex litteris 29. infra. c. 1. de alienatione iudicij. Quare tertius eſt intelligi de ordinario, cui Pontifex cauſam delegauit vt plerumque fit. cap. irrefragabile 13. de off. ordinarij cap. ad abolendam de hæret. quod in Tridentino frequentiſſimum eſt ſeſſ. 5. c. 1. & 2. ſeſſ. 6. c. 2. & 3. ſeſſ. 21. c. 3. & 6. cum aliis. ſed diſplicet ex eo quod quando ordinario delegauit ordinaria † potentior fit non tamen in 10.
delegatam conuertitur cap. licet 12.

Digitized by Google

de off. ordinarij cap. ordinarij eodem tit. lib. 6. Tridentinum ſeſſ. 7. c. 5. 6. 7. & 8. cum aliis. Vnde quartus eſt Andreæ Siculi dicentem voluiſſe Alexandrum 3. impedientes poſſe coerceri, non ſolum ab ordinario, ſed etiam à delegato, ſed improbatur à Veroio num. 24. qui quintum intellectum aſſignat nouè interpretans noſtri textus verba (iuſtitiam præcipimus exhiberi,) & ibi (mandatum noſtrum) elluditur referri propriè ad delegatum, qui auxilium, & fauorem petit ab ordinario ad coercendos impedientes, cui ordinario Alexander 3. reſcripſit debere auxilium impertiri vt conſtat ex ſubſcriptione, & verbo poteſt, &c.

Nec obſtat delegatum in cauſa ſibi commiſſa ordinario maiorem eſſe ca. ſanè 11. iſto tit. c. ſtuduiſti de off. legati cap. paſtoralis 11. §. præterea de off. ordinarij quia reſpondet Veroius non obtinere quando delegatus ordinarij fauore indiget contra poteſtates, & potentes, ſed diuinatorius eſt nec verus, quia ſequeretur delegatum non poſſe coercere impedientes, & turbantes, quod vtique falſum eſſe probauimus in decidendi ratione.

Inde 69. intellectus eſt noſtrum textum in ordinario intelligi neceſſe eſſe quoniam delegatus nondum litteras Pontificis receperat, ita ſignificant noſtri textus verba ibi (conquerentes ſilere compellunt) & verbum (ſilere) vt Seruio placuit denotat actū nondum inceptum, ſed delegatus ante receptas litteras nullam habet iuriſdictionem cap. cum in iure 31. ibi (de ſua iuriſdictione) infra cap. ſuper eo 12. verſ. cum litteras, de appellationibus, gloſa verbo receptis in clem. 1. per textū ibi, de procuratoribus, cōmuniscum Bart. num. 2. Socino nu. 6. in l. multum intereſt ff. de condit. & demonſtr. Felinus in cap. eam te num. 21. de reſcriptis, Caſſadorus deciſione vlt. noſtro 12. de reſtitutione ſpol. inde prodita eſt reg. Cancellariæ 31. quod commiſſiones litteris † non 11.
receptis iuriſdictionem non tribuunt, ibi Quintilianus, Mandoſius quæſt. 1. latè explicat, quæ interpretatio maiorem continet diuinationem.

Deinde verbum † (ſilere) magis ſi- 12.
gnificat actum iam inceptum interruptum, ita à Cicerone dictum eſt Muſæ Varronis diutius ſilent.

Deinde, Principes ſilere coëgit † 13.
quibus & aliis verum eſt eſſe veriorem interpretationem in noſtri textus ſpecie poſt inceptum coram delegato iudicium poteſtates minis, & terroribus ipſius iudicium impedire, & conquerentes ſilere coegiſſe, quare veriſſimus eſt noſtri textus intellectus ſecundo loco relatus, nempe loqui de Papæ delegato: ita obſeruat gloſa finalis recepta ab Innocentio, & Hoſt. vſque ad Mantuam, & Veroium in præſenti, gloſa verbo, perſona in cap. ſanè 11. infra, vbi communis, & in d. l. 2. à Bart. vſque ad Bolognetum, à Menochio d. quæſt. 74. à Muſcurnio, & Petro Greg. ſupra. vnde noſtri textus inſcriptio, & verbum (poteſt) propriè obtinent in Epiſcopo, cui Pontifex cauſam delegat, vt quotidie fit, nec repugnat ſuperior difficultas, tunc ordinariam fieri potentiorem, in delegatam tamen non conuerti, quoniam ſciendum eſt, principio quando à Pontifice cauſa Epiſcopis

Digitized by Google

delegatur, ſi ex mandati verbis, vel mente deprehenditur voluiſſe Pontificem vt delegatus ſit, in delegatam conuerti palam eſt, d. c. irrefragabile §. cæterum de off. ordinarij, C. ad abolendam de hæreticis, Trid. ſeſſ. 5. cum aliis ſeſſ. 24. c. 14. ſeſſ. 25. c. 9. & 14.

Secundo, obſeruandum eſt in dubio conſiderandum eſſe, qua forma delegatio facta ſit quoniam ſi Pontifex † vices ſuas committit, aut nouam tribuit iuriſdictionem, delegatus reputabitur d. c. ſanè, cap. ij qui 12. verſiculo fin. de præb. in ſexto ca. ſi ſoli in fine de conceſſione præbendæ eodem libro ſexto.

14.

Cæterum ſi ordinaria dumtaxat excitatus † pro neceſſitate, vel executione potentior fit, tamen in delegatam conuertitur d. c. licet de off. ordinarij, cap. cum aliquibus de reſcriptis libro 6. c. ordinarij de off. ordinarij eodem libro Trid. ſeſſ. 7. c. 5. cum aliis, ſeſſione 24. de reformatione matrimonij. c. 1.

15.

16. Vnde diſputatur † an ordinarij alternatiua in conferendis beneficiis gaudentes delegati, an ordinarij iudicentur, delegatos eſſe ſuadet illa ratio, à Pontifice gratioſè concedi, eſſe tamen ordinariam probatur, quia in beneficiorum collationibus Epiſcopus ordinaria vtitur poteſtate, ad cuius cognitionem in primis obſeruandum eſt Apoſtolos, & ordinarios, & delegatos fuiſſe, delegatos in quantum ad prædicandum in vniuerſum, ad conſtituendam diuinam ſcripturam, ad facienda miracula, Matthæi 28. Lucæ. 9. & 10. in quo omnes pari honore, & conſortio gaudebant cap. in noua 21. d. cap. loquitur 24. quæſt. 1. ordinarios, quilibet in prouincia ſua ordinariam exercebat omnemque Eccleſiæ gubernationem, vt Iacobus Hieroſolimis vnde quod inter Pōtificios vulgare eſt ex dictis iuribus, & aliis Apoſtolis Epiſcopos ſucceſſiſſe Trid. ſeſſione 23. de Sacramento ordinis c. 4. intelligi neceſſe eſt non tamquam delegatis, ſed tamquam ordinariis, ita illa diuina inſtitutione Epiſcopi ordinariam habent in prouinciis ſuis poteſtatem, ex qua, & beneficia conferunt, c. 1. & 2. c. decretum cap. regenda 10. quæſt. 1. c. cum venerabilis de exceptionibus, cap. quia diuerſitatem infra de conceſſione præbendæ, &c.

Secundo, obſeruandum eſt, eam Epiſcoporum poteſtatem à Pontificibus fuiſſe impeditam Pontifices multis indigentes miniſtris vt profitentur cap. qui ſe 12. c. qui ſic 14. 2. quæſt. 6. c. ad honorem de authoritate, & vſu pallij, cap. ſum, ſecundum Apoſtolum de præb. cum pleniſſimam in beneficiis poteſtatem habeant, cap. propoſuit de conceſſione præb. cap. 2. de præb. lib. ſexto clem. 1. vt lite pendente, omnia beneficia ſuæ prouiſioni reſeruarunt, vt ita miniſtrorum conſulerent neceſſitatibus, cap. conſtitutus 19. de reſcriptis cap. dilectus 1. 2. & 3. de præbendis, cap. ſi eo tempore de reſcriptis libro 6. c. 2. vt lite pendente eodem lib. cum aliis ſupra. quam reſeruationem tamquam Epiſcopis iniuriam moderatus Vrbanus 5. vt opinatur Ludouicus Gomecius de gratiis, & ſpectatiuis num. 13. ſed verius eſt fuiſſe Nicolaum quintum, qui anno 1447. tertiam anni.

Digitized by Google

partem Epiſcopis conceſſit, à quo appellantur menſes ordinarij Martius, Iunius, September, atque December, Nicolaum imitati ſunt Alexander. 3. Iulius. 2. atque Leo 10. liberalis Epiſcopis tribuit vt cum Papa alternarent, ſcilicet Papa Ianuario, Epiſcopus Februario concederet, & conferret, & ſic alternatim, cæterum Clemens. 7. & Paulus 3. Iulius. 3. Nicolaum ſequuti ſunt, at vero Paulus 4. Pius 4. Pius 5. Gregorius 13. Sixtus 5. Leonis alternatiuam Epiſcopis quamdiu in ſua diœceſi dumtaxat reſident, conceſſerunt, vt conſtat ex eorum literis inter Eccleſiaſticas ſanctiones poſt regulas Cancellariæ, quo iure beneficia hodie vacantia alternatim conceduntur niſi fuerit per
17. obitum familiaris † Papæ, vel Cardinalium in curia Romana, vel in curiæ reditu per ſpeciales obſeruationes Pontificis, ad quem dumtaxat pertinet prouiſio. c. 2. c. præſenti. 34. de præbendis in 6. d. clementina 1. extrauag. ad regimen de præbendis inter communes, reg. 1. 2. & 3. Cancellariæ: quibus non detrahit Trident. ſeſſ. 25. c. 19. ita interpretanda ſunt iura proximè allegata, ita reducendi ſunt Caſadorus deciſione. 2. de reſtitutione ſpoliatorum, & deciſione 8. de præb. Gomecius vbi ſupra. Quintilianus Mandoſius reg. 3. Cancellariæ, & reg. 11. quæſt. 11. Franciſcus Burſatus conſilio. 126. nu. 102. tit. 2. Petrus Gregorius Syntagmatum libro. 17. c. 1. 2. & 3. Iacobus Puteus lib. 1. deciſione. 215. lib. 2. deciſione 472. & 488. lib. 3. deciſione 88. ex quibus probatur gratiam alternatiuè à Pontificibus liberaliter fieri arg. Epiſcopi Appoſtolica authoritate in alternatiuis conferunt. fortiúſque confirmatur quia inferioribus etiam ſi ordinarij ſint alternatiuam non competere à Rota ſæpe pronunciatum eſt vt conſtat ex Puteo, & Paulo Æmilio, & ita à Gregorio. 13. nuper diffinitum fuit, ergo Epiſcopus reputabitur delegatus. Contrarium tamen verius eſt collationem † ab 18.
Epiſcopo factam in alternatiua ordinariam eſſe, non Appoſtolicam, quia cum poteſtate ordinaria ad Epiſcopos pertineat beneficiorũ collatio, quamuis reſeruatione, vel alia cauſa fuerit pro tempore impedita ſublato impedimento etiam gratioſè ordinaria ſemper reperitur arg. cap. cum in Ferarienſis de conſtitutionibus, d. c. ordinarij cum aliis ſupra quoniam antiqua poteſtas reſtituitur, nec noua conceditur vt agnouit Mandoſius, Puteus, & Æmilius vbi ſupra ita obſeruandum eſt. ſupereſt itaque in noſtro textu cum ex verbis, & mente conſtet de Pontificis delegatione ex littera, & eius integra Antonij Concij, & Antonij Auguſtini in prima collectione, & ſcholiis ad eam in delegato intelligi vt fateamur neceſſe eſt, ſoluitúrque primum.

Nec obſtat ſecundum, quo nullum eſt in delegationis tractatu magis difficile, & perneceſſarium † diſputatur 19.
enim delegationes ſui natura eſſe odioſas, & reſtringendas eſſe ſicut alia odioſa l. cum quidam 19. in fine ff. de liberis & poſth. c. cum clerici 19. de verb. ſignificatione cap. odia de reg. iuris in ſexto ſed delegationes, mandata, atque reſcripta Pontificum odium continent, quia à iure communi

muni plerumque recedunt, ac proinde reſtringi, & non extendi ipſorum natura poſtulat cap. cauſam 16. c. prudentiam. 21. cum ſequentibus infra iſto tit. cap. ad aures 8. c. ad hæc 10. c. paſtoralis 14. §. finali, cap. ſedes 15. c. cum dilecta 21. c. Rodulphus 35. ſupra de reſcripris, gloſa vnica, & communis in d. cap. Rodulphus, gloſa verbo, proceſſus in cap. primo de reſcriptis lib. 6. & verbo, noliſſimus in clementina 2. de off. ordinarij communis cum relatis à Nauarro in cap. cum contingat cauſa 7. in principio de reſcriptis Menochio de arbitrariis quæſt. 74. deciſione Pedemontana 78. num. 10. Marco Antonio maiorum inſtitutionum lib. tit. 4. num. 10. Petro Gregorio lib. 47. c. 3. Contrarium tamen ratione, & authoritate probatur quia Pontificis delegationes, atque mandata ab ipſius liberalitare, & beneficio proueniunt, d. c. ſedes, d. c. quamuis 4. de præb. in ſexto ſed quæ à Principis beneficio proficiſcuntur latiſſimam interpretationem habent l. beneficium ff. de conſtitutionibus Principum d. c. quamuis ergo delegationes, & mandata extendi ſui natura debent ſicut alia, quæ fauorem continent l. cum lege 26. ff. de teſtamentis, l. placet 4. ff. de lib. & poſth. d. c. odia, quod in delegationibus ſatis repetitum eſt in ratione decidendi, extenditur enim in præſenti cap. de cauſis 4. c. præterea 5. c. ſanè. 11. c. ex litteris 29. iſto tit. d. c. ſedes ſupra de reſcriptis. atque receptiſſimum eſt vt probauimus. Quare interpretes varias referunt compoſitiones, quibus omiſſis Rebufus magiſtraliter reſpondet omnia referri ad reſcriptum odioſum, fauorabile, vel mixtum. odioſum quando aduerſus aliquem conceditur ſui natura reſtringendum, & amari interpretandum eſt d. c. paſtoralis cap. ſedes cap. Rodulphus. fauorabile quando in alicuius gratiam reſcribitur ſui natura ampliandum, & porrigendum eſt ex d. l. placet cum aliis d. c. quamuis in principio, ita probat Ioannes Monachus in litteris Gratioſis verificari. Mixtum quando pro parte odium, pro parte fauorem continet l. ſed ſi hac 10. §. fin. ff. de in ius vocando, nec reſtringitur nec extenditur niſi in conſequentiam ſubiectæ materiæ l. qui procuratorem 57. ff. de procuratoribus, vbi procurator ad incipiendum, & ad finiendum datus videtur, ita Rebufus ad leges regias 2. tomo tit de reſcriptis num. 135. & in l. 2. ff. de verborum ſignificatione verſiculo intelligendum tamen eſt follio 23. & 26. ſed ex vtroque capite conuincitur quia reſcriptum contra aliquos plerumque extenditur contra alios d. c. ſedes textus in præſenti, cap. de cauſis 4. c. ſanè 11. c. ex litteris 29. iſto titulo. Deinde delegario etiam gratioſa ſæpe reſtringitur cap. ſi eo tempore de reſcriptis libro 6. d. c. quamuis, verſiculo quamquam textus elegans in cap. cum in illis 16. in principio, melior in §. cum autem de præb. lib. 6. cum aliis ideo ſumma interpretatio ſit delegationes, mandata & reſcripta iuri communi ſemper derogare, ſed ius commune tantis excogitatum vigiliis, communique reipublicæ conſenſu receptum tam facilè tolli rationi contrarium eſt l. ſi quando C. de inofficioſo teſtamento, idcirco priuatorum

voluntates, & actus imo & vtriuſque iuris reſponſa ad iuris communis regulas,& principia reduci ſæpe conſtitutum eſt l.quarto 54. §. inter locatorem ff. locati, l. nemo poteſt ff. deleg. 1. c. cauſam quæ 18. de reſcriptis, cap. cum dilectus de conſuetudine,cap. ex multa de voto, ibi (ad hoc tibi reſpondemus quod in conſultatione noſtra ſemper ius editur) qua ratione actus à iure communi recedens reputatur odioſus, eademque ratione reſtringendus, & non ampliandus,ratio eſt quia ab ipſa natura inſitum eſt vt proniores ad abſoluendum, quam ad condemnandum ſimus l. Arrianus ff.de & actionibus & obligat. cap. ex litteris de probationibus, ideo melius eſt nocentem aliquando impunitum manere,quam innocentem condemnare textus elegans in l. abſentem ff. de pœnis, cap. cum inter de except. idcirco odia reſtringuntur, ne ex extenſione innocentem coerceri ſuccedat, cap. ad hæc. cap. ſedes de reſcriptis ita obſeruandum eſt, ex qua interpretatione deducitur iuriſdi-
20. ctionem † ordinariam ſui natura fauorabilem. iuriſdictionem delegatam ſui natura odioſam eſſe d. cap. adhæc d. c. ſedes,gloſa verbo proceſſus, in fin. in c. 1. de reſcriptis libro 6. & verbo, nollumus in d. clem. 2. de off. ordinarij, communis ſecundum Menoch. d. quæſt. 74. Hipolitum Riminaldum num. 172. Bolognetum num. 60. in rubrica ff. de officio eius cui mandata eſt iuriſdictio.

21. Secundo, deducitur delegationes, & reſcripta † ſiue ad lites, ſiue ad beneficia debere reſtringi, d. c. ad aures, cap. ad hæc cum aliis ſupra, cap. fin. de præbendis, textus optimus in cap. P. & G. 40. infra iſto tit.

Tertio, deducitur idem ius ſtatuendũ eſſe in priuilegiis quia & reſcripta ſunt ex dictis iuribus, apertèque probat textus in cap. ſuggeſtum 9. de decimis,cap. ſi propter ita debita de reſcriptis lib. 8. Abb. num. 5. in d.c. Rodulphus receptus infra. contrarium tamen probat ſuperior ratio nam priuilegium Principis beneficium propriè eſt. quod latiſſimam interpretationem habet ex d. l. beneficium, & d. c. quamuis in principio, textus optimus in d. c. pœnult. de verb. ſign. vbi priuilegium de retinẽdis biennio fructibus beneficiorum vacantium, ad maiora beneficia extenditur, præbendas & dignitates. ex quibus opinatur Ioãnes And. idem in reſcriptis deſcadi poſſe, ſed conuincitur ex ſuperioribus. in qua difficultate veriſſima interpretatio eſt Principis beneficium in ſua liberalitate dumtaxat conſiſtẽs latiſſimam habere interpretationem & ita propriè accipi textus in d. l. beneficium, d. c. quamuis in principio, c. cum perſonæ de priuilegiis libro 6. at vero ſi liberalitatis terminos priuilegium eggreſſum eſt ſcilicet quia iuri communi, vel alteri perſonæ noxium, vel iniurium fuerit ſtrictè interpretãdum eſt, ſicut de delegatione, & reſcripto diximus optimè l. ex facto 43. ibi (iniquum incipit) ff. de vulgari, d. c. ſuggeſtum, d. c. ſi propter, c. fin. de reſcriptis libro 6. l. 1. ff. ne quid in loco pub. ita nuper pronuntiatum fuit à Gregorio 13. contra Ducem Albanum † qui propter excellentia erga Ponti- 22.
ficem Maximum, catholicamque re-

Digitized by Google

ligionem ſeruitia priuilegium indultum eſt de conferendis in ſua iuriſdictione beneficiis,& dignitatibus, non comprehendi Pontificalem nec primam poſt Pontificalem quia iure Pōtificio ſemper cenſetur excluſa ex d.c. fin. de præbendis, & cap. accepimus verſ.fin. de ætate,& qualitate, Rebuſus in praxi beneficiorum, cap. de diſpenſatione ratione ætatis verſ. nec nō & ad Pontificales nu. 1. Quintilianus Mandoſius de ſignatura gratiæ §. diſpenſationes ſuper defectu natalium ita obſeruandum eſt. Nec obſtat textus in d.c. tua pœnultimo de verb. ſignificatione, quia reſpondent interpretes illud priuilegium non fuiſſe iuri communi iniurium,quia non comprehendit maiora,nec minora beneficia,ad alterius collationem pertinentia vt in d. c. ſi propter debita. Cæterum alia ratione textus in d.c.pœnult. interpretandus eſt, vt etiam ſi non foret priuilegium, ſed reſcriptum reciperet eundem intellectum, quoniam
23. iuxta rationem † recti ſermonis beneficij ſignificatio maiora, & minora comprehendit beneficia c. maioribus de præb.rub. &cap.1. vt Eccleſiaſtica beneficia &c.c.1.de regulis iuris libro 6.ideo ſi ſubiectæ materiæ ratio aliud non poſtulat, omnia includuntur beneficia,ac proinde in d.c.pœnult. fructus retinendi beneficiorum vacantium, recto iure referuntur ad quæcumque beneficia minora, ſeu maiora, ita tenendum eſt.

24. Quarto inde deducitur vera † interpretatio capituli Rodulphus, 35.de reſcriptis,ſunt enim,qui magna temeritate affirment impium fuiſſe Gregorij reſponſum, & contra veram iuris diſputationem pro cuius cognitione in primis ſciendum eſt duas eſſe contrarias ſententias. altera eſt vrbis, vel ciuitatis appellatione non ſolū ipſam, ſed & territorium contineri argum. l.1.§.cum vrbem ff. de off.præfecti vrbi l.2.l. Aufenius 78. l. ædificia ff. de verb. ſignificatione c.1.de off.ordinarij cap.ſi Epiſcopus, cap. cum Epiſcopus de off. ordinarij lib. 6. d. c.quamuis verſ.quamquam c. vnico de rerum permutatione libro 6. altera eſt ciuitatem,& diœceſim re, & nomine diuerſas eſſe alteriúſque appellatione alteram non comprehendi l. ciuitatibus 122. ff.delegatis 1. c. ego Ludouicus 63. d. c. accepimus verſ. finali de ætate,& qualitate,ca.ſtatutum § cum autem de reſcriptis libro 6. c.ſi ciuitas de ſententia excommunicationis eodem lib. in qua difficultate verius eſt ſui natura tamquam diuerſas iudicari niſi materia ſubiecta aliud poſtulet,vt in dictis iuribus de off. ordinarij,& d. c. vnico. inde plures quæſtiones ad praxim applicant doctores ibi,& latiſſimè Alexander, Iaſſon, Pariſius Carolus Ruinus, & Bolognetus in rub. ff. ſoluto matrimonio Veroius conſilio 3. volumine 1.conſilio 22. & 148. volumine 3. eleganter Menochius de arbitrariis quæſt. 99. & relati 2. tomo communium libro 9. de verborum ſignificatione verſiculo ciuitatis num. 36. & 37. Vnde illud certiſſimum eſt in delegationibus, & mandatis ciuitatis appellatione non comprehendi diœceſim, & diœceſis appellatione ciuitatem includi niſi verba aliud exprimant vt in d. c. fin. de præbendis d. c. accepimus cum aliis ſupra, non ſolum ad lites, ſed etiam

Digitized by Google

ad beneficia, vt ex eiſdem iuribus gloſa verbo Eccleſiæ, in cap. cum clerici Placentini de verb. ſign. verbo in maiori Eccleſia, in d.c. accepimus, vnica in d.c. Rodulphus communis ibidem ſecundum Hoſtienſem, Ioãnem And. Immolam, & Abb. n.5. Felinum 1. concluſione, communem ſecudum Benedictum, Capra cõſilio 102. n.31. & relatos in d. verſ. ciuitatis n.35. cum ſequẽtibus. Vnde deducitur Gregorium in d.c. Rodulphus ſtricta iuris diſputatione reſpondiſſe mandato Appoſtolico contra Epiſcopu Saginenſis ciuitatis, & quoſdam alios illius diœceſis non procedi contra clericos ciuitatis quia præter Epiſcopum videtur excluſiſſe alios de ciuitate non ſolum in mandato ad lites, vt ibi, ſed etiam ad beneficia vt in d. c. quamuis verſ. quamquam de præbendis in ſexto, quem ita interpretatur Dominicus ibi num. 4. Veroius d. conſilio 3. & 22. quia & hæc ſui natura reſtringuntur, vt docuit textus in d.c. cum illis 16. §. cum autem cap. cui de non Sacerdotali 27. de præbendis in ſexto ita ſecurè tenendum eſt quod & in priuilegiis obſeruandum erit quatenus fuerint iuri communi contraria, vel alternatiua, vel iniuria vt reſolutum eſt. inde interpretandus eſt textus in cap. porro 7. capite ſane. 9. de priuilegiis c. 1. c. 3. optimè cap. licet de priuilegiis libro 6. quæ obſeruatio magis vrget contra noſtrum textum in quo delegatio extenditur contra poteſtates & potentes quare veriſſima ſit interpretatio delegatione quantumcunque odioſa nũquam excludi extenſionem ex ipſius delegationis natura, ratione, vel iuris beneficio prouenient :. principio natura quia delegatio ſui natura extenditur ad neceſſarium, & acceſſoriũ l. 2. ff. de iuriſdictione omnium iudicum, c. præterea 5. infra inde delegatio capitulo facta extenditur ad Epiſcopũ c. eam te 7. c. ſuſcitatus 13. c. edoceri 21. de reſcriptis. Vnde ab omnibus laudatur gloſa verbo, plures, in c. cum teneamur de præb. diſpenſatione quantuncumque odioſa fieri extenſionem quo ad acceſſoria, communis ibi, & in d.l.2. ex Bolognetto num. 5.

Secundo, ratione delegatio enim extenditur ne illuſoria ſit textus elegãs in c.1. de alienatione iudicij, optimus in c. ſignificaſti 7. infra. Deinde ratione delicti vt in præſenti vbi propter delictu impedientiu poteſtates à delegato coerceri reſpondet Alexãder probaturque ex c. ex litteris 29. infra, cum allegatis ad decidendi rationem.

Tertio, iuris beneficio delegatio enim ad proprietate nominatim facta ſui natura nõ extenditur ad poſſeſſionem l. ſi de proprietate C. ſi à non cõpetenti iudice, ſed reconuentionis beneficio extenditur, vtique textus elegans in c. ex cõqueſtione de reſtitutione ſpol. item ſtatuẽdum eſt in prorogationis beneficio text. in c. de cauſis 4. infra. vbi latiſſimè ita obſeruandũ eſt, & meminiſſe iuuabit, ſed fortiter obſtat textus difficilis in d.c. P. & G. 40 infra, vbi nec iuris beneficio delegatio extenditur de perſona, ad perſonam: ſed reſpondendum eſt veriſſimã eſſe propoſitionẽ extenſionẽ delegationis fieri, ſed in illo textu fieri non poſſe propter ſubiecti defectu vt ſignificant illa verba (nullam iuriſdictionẽ habebis) vtraq. enim pars prorogationi cõſentiens ſecularis erat, idcirco nõ valet prorogatio delegati Eccleſiaſtici. cæteru ſi fuiſſet Eccleſiaſtica vale-

ret vtique vt latè diſputandum eſt in d. c. de cauſis, ita ſoluitur ſecundum.

25. Nec obſtat tertium ex d. l. 1. ff. ſi quis ius dicenti quia diuerſa ratione procedit, antiquo enim Romanorum iure † non omnibus magiſtratibus libera erat iudicandi poteſtas, ſed imperij gradus, magiſtratúſque ordinē diſtributa l. imperium, l. iubere, l. magiſtratibus ff. de iuriſdictione cum ſequentibus. vnde omnibus magiſtratibus licere, non tamen Duumviris iuriſdictionem ſuam pœnali iudicio defendere reſpondit Vlpianus in d. l. vnica ff. ſi quis ius dicenti, diſputant ibi omnes, quare Duumviris defenſio negatur, quia magiſtratum habēt & iuriſdictionem l. 4. §. 1. verſ. duas ff. de damno infecto l. fin. C. de iud. l. Duumvirum 53. C. de decurionibus lib. 10. vnde Bart. & omnes in l. 2. ff. de iuriſdictione, Duarenus diſputationum lib. 1. c. 50. Ioannes Robertus receptarum ſententiarum lib. 4. c. 21. Veroius hic num. 4. Muſcornius de iuriſdictione nu. 116. Petrus Gregorius lib. 18. c. 16. varios intellectus referunt. verior eſt creſcente in dies Romanorum maieſtate pro Reipublicæ munere varios creari magiſtratus diuerſis negotiis neceſſarios ex Liuio lib. 1. & 6. decadis 3. l. 2. §. deinde cum eſſet neceſſarius ff. de origine iuris, ita & Duumviros principio ad arcendam plebis ſuſpicionē deinde ad alia munera l. imperatores 38. ff. ad Municipales l. ſi quis vxori. 53. §. ſi fugitiuum ff. de furtis. Demū magiſtratibus municipalibus Duumviri comparantur d. verſ. duas cū ſequenti & d. l. fin. ex quibus Duumviri habebant cautionem, & poſſeſſionem non tamen cauſæ cognitionem, & inde nec pœnali iudicio defenſionem quia competit dumtaxat habentibus cauſæ cognitionem, publicúmque iudicium text. optimus in l. 2. §. finali ff. de iudiciis ita interpretanda ſunt dicta iura ex Ant. Aug. emendationum lib. 4. c. 6. eleganter diſputat Alexander ab Alexādro dierum genialium lib. 3. c. 16. Carolus Sigonius de antiquo iure populi Romani lib. 1. c. 18. nos autem loquimur de Pontificis delegato qui iuriſdictionem habet & idcirco pœnali iudicio eam defendere poterit quinimo & inferioris delegatus, & ita interpretātur textum, & titulum C. de pedaneis iudicibus, Veroius d. num. 4. Bolognetus d. num. 5. d. l. 2. diuerſa tamen ratione interpretandus eſt textus in d. l. properandum §. ſin autem reus C. de iudiciis, ibi enim eſt textus elegans ſecundum Paulum & alios executionem ſententiæ in alio territorio latæ fieri non poſſit niſi per requiſitorias litteras eius, qui ſententiam tulit text. in l. à Diuo Pio §. ſententiam Romæ ff. de re iudicata c. cum contingat, c. poſtulaſti & foro comp. communis ex Alciato in d. l. imperium num. 210. Menochio dicta quæſtione 74. num. 29. Bologneto d. l. 2. num. 5. nec obſtat textus in d. auth. de exhibendis quia videtur corrigi ex auth. de litigioſis §. omnem, & defendi ex auth. de teſtibus §. ſi vero, de quorum interpretatione latior eſt diſputatio in c. de cauſis infra, ita ſoluitur tertium.

Non obſtat quartum ex d. c. paſtoralis † §. cum autem quia licet veriſſimum ſit delegatum ibi impeditum fuiſſe à Principe, vel Archiepiſcopo 26.

eum vocante non fuit delictum ab eis commiſſum, & ab aduerſa parte vocationem procurante illis innocentibus, qua ratione partem dumtaxat puniri reſpondet ibi Tertius, & inde elegans deducitur interpretatio noſtrum textum obtinere quando poteſtates & potentes ſcienter delegati iuriſdictionem impediebant, apertéque probatur ex veriori decidendi ratione, ex qua diximus propter delicti naturam delegati iuriſdictionem extendi contra poteſtates in delegatione non contentas. ita ſoluitur quartum.

Nec obſtat quintum ad cuius ex-
27. plicationem † principio ſciendum eſt minis, & terroribus iuſtum metum induci l. 3. l. fin. §. ſi iuſto metu ff. de eo quod metus cauſa, textus elegans in l. 3. §. qui armati ff. de vi & vi armata, cap. notificaſti 33. quæſt. 5. c. cum dilectus de iis, quæ vi metusve cauſa fiunt, cap. conſtitutis 45. de teſtibus maximè ſi à Potentioribus inferantur l. 1. C. ne liceat potentioribus pulchrè Eccleſiaſtici c. 4. & 8. c. 2. de alienatione iudicij cum relatis à Quintiliano Mandoſio in praxi cõmiſſionum forma 7. verſiculo & propter aduerſarij potentiam Menoch. conſilio. 2. & 38. volu. 2. Ioanne Philippo conſilio 35 n 13. Secũdo ſciendũ eſt eam propoſitionem intelligi ſecundum ipſius minantis, vel potentis qualitatem, ſcilicet ſi minas, vel terrores executioni mandare ſolet textus elegans in l. ad inuidiam, l. metum C. de iis, quæ vi Bart. & communis recepta in præſenti, ſecundum Immolam, Abbatem, & Decium n. 3. Andream Siculum, & Felinum 2. Mantuam. 4. Beroium. 10. in præſenti, Menochiũ de arbitrariis caſu. 136. num. 11.

Tertio ſciendum eſt Abbatem inde interpretari noſtrum text. delegato iuriſdictionem competere contra poteſtates minantes, & terrentes probata perſonæ qualitate ex d. l. inuidiam, l. metum Decius, & Mantua contradicunt quia cum primum datur impedimentum iuriſdictio competit, verior eſt Abbatis interpretatio quoniam non omne impedimentum ſufficiens eſt, ſed quod iure noſtro reputatur legitimum quod ex dictis legibus probatur, ita ſignificat noſtri text. littera ibi (conquerentes ſilere compellunt) ergo non ſufficit ſilere temerariè, vel imprudenter, ſed per poteſtatum compulſionem ita tenendum eſt. Vnde argumentum vrget, an aduerſarius poteſtatum minis, & terroribus delegati iuriſdictionem impediens iure ſuo priuetur ex l. 1. C. ne liceat potentioribus, c. 2. de alienatione iudicij duo ſunt intellectus alter eſt aduerſarium à delegato priuari poſſe ex dictis iuribus ſicut beneficiis priuatur cap. quia diuerſitatem de conceſſione præbendæ, & alias punitur cap. de cauſis infra, ita voluiſſe gloſam in præſenti verbo, compellunt, probant Innocentius, Decius num. 6. Veroius 41. alter eſt gloſam hæc non intendere, ſed illa iura allegare ad ſimilitudinem non in qualitate facti, ſed in quantitate pœnæ, verior eſt ſecundum Abbatem num. 4. Immolam, Siculum, & Felinum, cõmunior ſecundum Mantuam nu. 18. ita agnouit Veroius d. num. 41. quia apertè noſter textus delegati arbitrio

impedientium pœnam relinquit vt in cap. de cauſis infra, & ita obſeruandum eſt, atque ſi cum iudicio conſideretur non eadem ſpecies eſt d. l. 1 & d. c. 2. vt ad quartum argumentum ibi explicaui, ſoluitúrque quintum.

Non obſtat ſextu † quia ſcripturæ teſtimonio cauſas forenſes etiam pœnales rectè diffiniri argumento eſt noſter textus, & in c. certificari de ſepulturis, cap. cum ſecundum Appoſtolum de præbendis contrarium conſtat argumento d. cap. de libellis, noſtri textus in eorum explicatione inuoluuntur, quia ſunt quidam, qui dicant ſcripturæ teſtimonio actiones forenſes diffiniri non contradicente lege Canonica. alij affirmant ſcripturæ teſtimonio non diffiniri niſi illud lege Pontificia confirmatum fuerit. Vnde obſeruandum eſt ſacro Euangelij teſtimonio vtriuſque fori cauſas diffiniri text. in authentico vt iudices ſine quo ſuffragio §. conſiderauimus ibi (ſacrorum eloquiorum) vbi gloſa, & communis recepta à noſtris, & Theologis, idem ſtatuendum eſt in l. diuina, vel naturali, idémque conſtituendum in ſanctorum teſtimoniis lege Pontificia approbatis, in quibus textum noſtrum obtinere certum eſt. at vero quando ſanctorum teſtimonio lex Pontificia contradixerit latior diſputatio eſt, à noſtris tamen reſoluta in cap. cum ſecundum Appoſtolum de præbendis ad primum argumentu, ita ſoluitur ſextum.

Nec obſtat ſeptimum † quia gloſa
29. in præſenti verbo pari pœna reſpondet magiſtraliter quatuor modis aliquem conſentire negligentia, conſilio, cooperatione, authoritate, in cooperatione pari pœna puniuntur, in authoritate maiori puniuntur text. elegans in cap. qui conſentit 97. 11. quæſt. 3. c. qui aliorum 32. 24. q. 3. vnde magis vrget argumẽtum, quia noſtrũ text. loqui de poteſtatibus authoritatẽ præſtantibus ex ipſa littera conſtat, quod non rectè percepit glo. nec aſſequutus eſt Abb. num. 5. intelligẽs illa iura in hæreſi maioribúſque delictis, ſed conuincitur quia & in illis eadem pœna defendentibus vni ponitur cap. ſi qui Papa. 79. d. melior text. in cap. ſicut, cap. excommunicamus el. 1. §. credentes de hæreticis. cap. 1. de homicidio lib. 6. quare ſumma interpretatio eſt authoritate errorem defendetem acrius puniri vt in d. c. qui cõſentit c. qui aliorũ iam dicto. eum tamen qui, erratẽ defendit etiã in maioribus eadem afficiendum eſſe pœna vt in d. cap. ſicut cum aliis, ita interpretandus eſt noſter textus, ita reducenda eſt gloſa & communis in præſenti, Abbatis num. 5. Felini, & Decij 7. Mantuæ. 19. Veroij 48. & 108. Menoch. de arbitrariis caſu. 351. Couar. in reg. peccatum. 2. p. §. 2. deciſionis Pedemontanæ 80. & 104. Tiberij Deciani conſilio 8. num. 4. volu. 3. Petri Surdi conſilio 40. num. 45. vnde obſeruandum eſt vulgarem iuris traditionem agentes, & Conſentientes pari pœna puniri intelligendam eſſe non obtinere in omni conſenſu, quia ex negligentia, vel conſilio minus puniri receptius eſt, ex cooperatione eadem imponitur. ex authoritate ſi dumtaxat delictum defendat idem iuris eſt. Si vero errorem defendat acrius puniri debet ex veriori ſententia ſuperius reſoluta, ſupereſt

itaque ſolum obtinere in cooperatione, & authoritate defendente delinquentem. ita obſeruandum eſt. abſoluiturque argumentum & textus &c. ad laudem, & gloriam Dei omnipotentis &c.

SEQVITVR EXPLICANDVS TEX. IN CAP. SANE II. ISTO TITVLO DE officio delegati.

Summarium huius capituli.

1. *Si litteræ diuerſæ ſub eadem data, & contraria forma à diuerſis apud eoſdem iudices præſentantur donec Pontifex conſulatur vtriuſque ſuperſedendum erit.*
2. *Ratio decidendi contra Alexandrum, & de interpretatione noſtri textus.*
3. *Incertitudine res viciantur etiam iure Pontificio contra aliquos.*
4. *An ſemper ſit iure Pontificio æquitas ſeruanda.*
5. *Quando incertitudo ad certitudinem reduci poteſt non viciat diſpoſitionem.*
6. *Pugnantibus reſcriptis primum eligendum eſt ſecundo non faciente mentionem prioris, & quomodo intelligatur noſter textus ibi (primorum.)*
7. *An ſufficiat reſciptum prius præſentari.*
8. *In reſcriptis pugnantibus generali derogat particulare, ſi conſtat.*
9. *Textus noſter loquitur de diuerſis reſcriptis ad eoſdem iudices impetratis, & ibi de intellectu capituli paſtoralis in principio de reſcriptis.*
10. *Quid iuris ſit in reſcriptis gratioſis omnino ſimilibus, &c.*

SVMMA.

1. SI litteræ diuerſæ † ſub eadem data, & contraria forma à diuerſis ante eoſdem iudices præſentantur, donec Pontifex conſulatur in vtroque ſuperſedendũ erit.

Pro ratione dubitandi primo ſic argumentor. in certitudine iure noſtro omnes actus vitiari reſponſum eſt l. duo ſunt Titij 30. ff. de teſtamẽtaria tutela, l. Paulus. 5. ff. de rebus dubiis

iiis, §. cum inſt. de actionibus, etiam eſcripta cap. ad hæc c. 10. ſupra de eſcriptis. Sed in præſenti de reſcriptorum incertitudine cõſtat ex ipſa littera, ergo vtrumque abſque alia conſultatione vitiari debet.

Secundo ſic argumentor. reſcriptis nter ſe pugnantibus illud præferen-um erit. quod prius interpretatum uerit. cap. cæterum. 3. c. ſi autem. 9. . plerumque 23. ſupra de reſcriptis, ed in præſenti de prioritate conſta-at ibi (non facta mentione priorum tterarum) ergo illud abſque Ponticis conſultatione exequendum erat.

Tertio ſic argumentor. inter diuerſis litteras ante eoſdem iudices exhiendas, alteras prius præſentari ratio oſtulat, ſed prius præſentatæ aliis iu-e præferuntur argumento legis qui rior 30. ff. de iudiciis, cap. capitulú, ɔ. ſupra de reſcriptis, cap. ſi à ſede .ppoſtolica. 31. de præb in ſexto. cap. ı pari cauſa. 61. de reg. iuris in ſexto, rgo in præſenti iudicis litteris prius ræſentatis obtemperare neceſſe eſt.

Quarto ſic argumentor, quando eſcripta inter ſe pugnant generali ɔeciale detrahit, c. 1. c. paſtoralis 14. fin. ſupra de reſcriptis, ergo in præ-nti quod magis generale eſt alteri oſque conſultatione poſtponendum it.

Quinto ſic argumentor. reſcripto-m contrarietas arbitrorum iudicio ɔmponenda eſt, cap. paſtoralis. 14. principio ſupra de reſcriptis, ergo ɔntificis conſultatio neceſſaria non it.

Vltimo ſic argumentor. in littera-m repugnantia gratificationi locus it cap. duobus. 14. de reſcriptis lib. ſexto. ergo iudices abſque conſultatione gratificare pro arbitrio poterũt eas iuris regulas in reſcriptorum contrarietate obſeruandas ab Alexandro in præſenti ſubuerti argumento eſt.

Quibus non obſtantibus contrarium † Alexander reſpondet, decidendique rationem aſſignat ibi (ne pro varietate litterarum cauſarum fines valeant impediti) quæ ratio eodem confunditur reſponſo, ſatis enim impediuntur in vtriſque ſuperſedendo, quare gloſa, & communis interpretatur quod magis rationi cõgruit in propoſita facti ſpecie ad tempus impediri donec Pontifex conſulatur ſi procederetur iuxta diuerſas formas lites litibus inuoluendo. 2.

Quæ ratio ita interpretanda eſt Pontificis mandato ita obtemperandum eſt, vt recuſantes arguendos, & puniendos eſſe ratione, & lege inſtitutum ſit ex vera interpretatione capituli ſi quando ſupra de reſcriptis, cap. ſi quando 8. cap. prudentiam 21. §. adiicimus infra iſto tit. cap. cum teneamur, ſexto de præb. cap. propoſuit de conceſsione præbendæ, niſi iuſta cauſa excuſentur iuſtior reputatur ſi de Pontificis voluntate non conſtiterit, tunc eum conſulendum eſſe ratio poſtulat, vt inde oraculum prodeat vnde prodierat ambiguum l. ex facto 43. ff. de vulgari, l. fin. C. de legibus, cap. cum veniſſent de iudiciis, cap. paſtoralis de fide inſtrumentorũ. cap. ordinarij §. ſi vero de off. ordinarij lib. 6. qua ratione litterarum contrarietate iudices rectè excuſarentur ad Pontificem cum reuerentia reſcribentes, vt in vtroque cap. ſi quando, nam breue Pontificis reſponſum

X

expectare melius eſt quam lites litibus inuoluere, vt aliud agens argui, textus in cap. tuam de ordine cognitionum, inuoluerentur in præſenti ſi iudices proceſſus contrariis formis conficerent, ita intelligenda eſt gloſa & omnium explicatio, nec admittenda eſt aliorum ſententia contrarias formas in præſenti negantium, quia ſecurè tenendum eſt literas cõtrarias fuiſſe, & ita conſtare verbis, ratione, & interpretatione. verbis ibi (litteræ opponuntur) & infra ne pro varietate litterarum, ſed Decius & alij, & litteram, & explicationem negant quoniam in Lateranenſi concilio legitur, litterę impetrantur, errãt tamen quia licet in aliquibus originalibus lectio vera fuerit nempe in Lateranenſi impetrantur, in Barguinonenſi obiiciuntur, in noſtris opponuntur, hæc receptior eſt iuxta nouã Romanorum emendationem antea receptam, Ab. Ant. Concio, & Ant. Aug. prima collectione, atq; in Scholiis ad eam ſupra noſtrum text. alias literas doctiſſimè cõuincit ratione quia vt iura iuribus concordent l. præcipimus C. de appellationibus, c. cum expediat de electione libro 6. contrarias eſſe formas, vt intelligamus neceſſe eſt ad vitandas difficultates in argumentis diſputandas interpretatione, quoniam ita noſtrum text. veteres, & nouiores interpretari ſunt inſignis gloſa verbo, negocio in cap. ex tenore. 16. ſupra de reſcriptis, & omnes ibi, gloſa in præſenti ab omnibus recepta, doctè Verous diſputat in d. c. cum veniſſent an. 11. Gambara de poteſtate legati lib. 2. n. 217. Cabrera conſilio 802. volu. 5. vt defendi ad 1. argumentum, ergo affirmandum eſt Pontificis conſultationem pro litterarum varietate neceſſariam fuiſſe, vt ex litetra conſtat.

Nec obſtat in contrarium † adducta pro ratione dubitandi principio quia reſpondent regulam veriſſimam eſſe in certitudine actus vitiari ex d. l. duo ſunt Titij cum aliis relatis ab Hipolito in rub. C. de probationibus n. 382. à Tiraquell. de primogeniis q. 17. à Petro Surdo conſilio 39. limitari tamen iure Canonico propter æquitatẽ docuit Archidiaconus in c. nonnulli. 1. quæſt. 1. ſequitur Antonius in c. ex parte de decimis, ſicut enim iure ciuili quibuſdam in caſibus æquitas ſingulariter obſeruatur, ita iure Pontificio generaliter, Alexand. in l. ſi ita ſtipulatus num. 7. ff. de verborum obligationibus, Carolus Ruinus conſilio 133. num. 9. volumine 1. Frãciſcus Vegius conſilio 68. num. 43. inde interpretãtes quibus in caſſibus ius ciuile æquitatem conſiderat nec in certitudine actus vitiari, veluti quando promittitur dos incerta, text. difficilis in l. cum quos 70. §. gener ff de iure dotium, l. 3. C. de dotis promiſſione, quas etiam interpretantur Menochius conſilio 93. volumine 1. Zeſanus conſilio 618. num. 55. volumine. 5. ſed apertè errant quia iure etiam Pontificio actus propter incertitudinem vitiari ſatis conſtat ex d. c. ad hæc. 10. de reſcriptis, c. cum terra. 14. de electione, c. 2. eodem in ſexto cu adductis ab Oldrado conſilio 229. & 257. cum aliis infra.

Quare nouiores interpretãtur Archidiaconum non docuiſſe iure Pontificio incertitudine actus non vitiari, ſed dumtaxat, quibus in caſibus Pontificia æquitas obſeruãda fuerit, quod

:tiam obtinebit iure ciuili, vt in d. §. ;ener, d. l. 3.

Cæterum facilè conuincitur quia i affirmant in cap. ad hæc quia reſcri- ɔta ſtrictè accipiuntur incertitudine lelegationem vitiari iidem vt affir- nent in præſenti neceſſe eſt, quod v- ique falſum erit apertè eodémque rgumento ſi interpretantur propter :quitatem iure ciuili in dotis pro- niſſione obſeruandam incertitudine ıon vitiari d. §. gener, & d. l. 3. idem :tatuendum eſſe in l. 1. C. de dotis ɔromiſſione, vbi propter incertitu- .inem dotis promiſſionē vitiari reſ- riptum eſt.

Nec iure Pontificio † æquitatem in niuerſum obſeruādam eſſe affirmari oteſt, conſtat enim quibuſdam in aſibus iure ſingulari æquitatem à ʼontificibus proponi. cap. 1. & 2. de olo & contumacia, c. fin. de tranſa- tionibus latiſsimè de æquitate diſpu- ıui in d. c. 1. ergo nec iure Canonico erpetuo obſeruari nec iure ciuili ſē- er negari rectè dicendum erit. quare erior interpretatio ſit incertitudinis :gulam ſuperius propoſitam limita- quando† actus ad certitudinem cō- ıodè redigi poteſt, commodè autem :digendum ſi ipſius actus natura, ra- o, æquitas vel iuris interpretatio ita oſtulauerint. ita illos text. & ſimiles ıterpretādos eſſe probat Menochius e arbitr. quæſt. 68. num. 42. caſu. 149. um. 36. Petrus Pequius in d. c. in pari ıuſa ad ſeptimum argumentum, ele- ınter Petrus Surdus conſilio 128. pri- ıa parte Antonius Zioſius conſilio ɔ. num. 12. 2. p. qua ratione reſcrip- torum incertitudo ex litterarum cō- ·arietate proueniēs cum facilè Prin- cipem conſulendo ad certitudinē re- digi poſsit, non vitiatur delegatio in noſtro text. ſed Pontifex conſulendus eſt. inde etiam incertitudo iure ciuili contra æquitatis obſeruationem ad certitudinem reducitur l. 1. §. in hono- rariis ff. de variis, & extraordinariis cognitionibus: ſed contra eam inter- pretationem fortiter repugnat iure e- tiam Pontificio reſcripta propter in- certitudinem plerúmque non vitiari, & abſque conſultatione defendi. cap. Abb. 40. ſupra de reſcriptis, c. quam- uis 4. in fine de præbendis lib. 6. quan- doque vitiari, nec ad certitudinem re- digi d. c. ad hæc 10. de reſcriptis, in qua difficultate Enricus, & Belamera di- ſtinguunt in d. c. ad hæc inter reſcripta incerta ad beneficia, & incerta ad lites ad beneficia non vitiantur c. ex parte 12. infra iſto tit. cum ſupra allegatis. ad lites vitiantur in ſpecie dicti. c. ad hæc propter magnam incertitudinem, & iniuriam, alias non vitiantur c. paſto- ralis. 14. c. ſedes 15. c. Rodulph. 35. de reſcriptis, c. diſpendia eodem titulo in ſexto, inde ſeparant incertitudinem quoad iudices, & quoad negocia, quo- ad perſonas conueniēdas, ſed difficilis eſt ſic ſi quidem hodie frequentiſsima ſunt reſcripta ad iudices incertos nē- pe Synodales, ex quibus impetrans e- ligit eum, quem ſibi magis propicium putat, quod in d. c. ad hæc à Pontifice videtur improbari. quare ſecurior in- terpretatio ſit ſuperiorem cōmunem & ad beneficia, & ad lites obſeruandā eſſe, incerta enim ad beneficium in a- liqua Eccleſia, vel diœceſi vacaturum, ideo conſeruantur quia ad certitudi- nem facilè reducuntur, alias euaneſ- cunt, & inutilia ſunt vt in d. c. ex par-

Digitized by Google

te, d. cap. Abbatem, d. c. quamuis cũ aliis, idemq; ius ſtatuendũ erit in reſcriptis ad lites vt in d. c. paſtoralis, c. ſedes. c. Rodulphus, eademque ratione in noſtro textu, Pontifex conſulendus eſt, conſtat enim voluiſſe illa reſcripta executioni mandare, impediuntur contrariæ formæ in certitudine, quæ Pontificis reſponſo ad certitudinem facilè reducetur. at in d. c. ad hæc de Pontificis voluntate non conſtat quoad certos iudices de incertis, nec de certis negotiis, quia delegatio facta fuerat ad incertos de incertis, & ſuper negotijs incertis de incertis: qua de cauſa ſi Pontifex conſuleretur de quibus cogitauerat certum non poteſt dare reſponſum nec ipſius declaratione incertitudo commodè ad certitudinẽ reduceretur ac proinde noua impetratio, nouáque Pontificis conceſſio erit neceſſaria, priorque ex incertitudine vitiatur. Hæc eſt vera interpretatio vtriuſque text. & ex qua efficitur rectè defendi antiquam Romanorum praxim, qua dignitatibus alicuius Eccleſiæ delegationes cõmittebantur iuxta formam capituli ſtatutum de reſcriptis lib. 6. & nouiſſimam poſt concilij Tridentini decretum. ex quo hodie omnes delegationes iudicibus Synodalibus committuntur vt poſt Eccleſiaſtici iudicij reformationem ſſ. 24. c. 20. diffinitum eſt ſeſſ. 25. c. 10. tunc enim incertitudo facilè reducitur ad certitudinem vnius iudicis Synodalis Tridentini authoritate deputati, eadem interpretatione doctè ſuperior difficultas componitur quia in d. §. gener, & in d. l. 3. C. de dotis promiſſione incerta dotis promiſſio ſubſtinetur. at vero in l. 1. C. de dotis promiſſione vitiatur, in qua plures referũt intellectus omnes ibi, & frequẽtius hoc ad pactum illud ad ſtipulationem referunt, diſplicet nouioribus, vnde Franciſcus Vegius, Menochius, & Zephanus in dictis conſiliis æquitati tribuunt, quæ non obtinet in d. l. 1. ſed reiicitur, ideo aliter Duarenus diſputationum libro. 1. c. 56. Ludouicus Carondas vero ſimilium libro. t. c. 17. Ioannes Robertus ſententiarum libro. 4. c. vltimo Menochius d. caſu 48. & 149. quibus omiſſis ſecurior eſt in d. §. gener. & in d. l. 3. incertitudinẽ facilè ad certitudinem redigi, ſed in d. l. 1. non ita. differentiæ ratio eſt in d. §. gener, & in d. l. 3. incertam dotis promiſſionem à patre fieri, ad patrem vero filias dotare, matrimonióque collocare iure naturali pertinet l. qui liberos. 18. ff. de ritu nuptiarum iuncta l. fin. C. de dotis promiſſione: eaque ratione dotis incertitudo reducitur falilè ad certam patris obligationem iuxta perſonæ, bonorũmq; qualitates conſiderandam, cæterum in d. l. 1. incerta dotis promiſſio facta ab ipſa muliere, vel ab extraneo non reducitur ad certitudinem quia nulla fuerat dotandi obligatio ad quam reduci poſſit, idcirco cum promiſſio ſit incerta de incertis vitiatur, vt Alex. ibi reſcripſit, quo iure ſi incerta dotis promiſſio à fratre fuerit facta, qui ratione ciuili ad dotãdum obligatur, vt reſoluit Oroſco in d. l. qui liberos, & latè ſcripſi in c. 1. de donationibus inter virũ, & vxorẽ, quia facilè ad illius obligationis certitudinẽ reducitur, ſubſtinetur vtique, idẽmq; repetendum erit in aliis aliqua ratione ad dotandum obligatis, ita meminiſſe oportebit ex

Digitized by Google

uibus in præſenti pro certitudine ontifex conſulitur, ſoluitúrque pri-num argumentum.

Nec obſtat ſecundum quia gloſa in ræſenti † verbo priorum refert duos ntellectus, quos impugnat Abb. tres efe. ens, eos impugnat Andreas Siculus, Felinus, & Decius, communior amen eſt in præſenti diuerſa reſcripta . diuerſis fuiſſe impetrata ad eoſdem udices ſub eadem data, & contraria orma, ita magis recipitur à gloſa, & omnibus hic, & verbo negotio, in d. . ex tenore ſupra de reſcriptis communis ibi & ſecundum relatos in ratione decidendi, ac proinde contrariis eſpondendum eſt obtinere in diuerſis, non in contrariis caſſibus, & ideo on obſtat textus in d. c. cæterum um ſimilibus quia ibi conſtabat de rioritate litterarum, quæ ſemper prefertur non ſolum ſi præceſſerit multo empore, ſed etiam die, hora, vel momento ex dictis iuribus, & d. c. duobus cum allegatis ibi à gloſa verbo pparet, & à Ioanne de Selua de beneficio. 3. parte q. 15. & 22. à Menochio le arbitrariis caſu 200. & 01. ita à Rota ſæpe pronunciatum eſt vt refert Paulus Æmilius deciſione 48. & 52. 9. & 186. ſecunda parte, Abb. & Decius à communi recedunt ex littera noſtri textus ibi (priorum litterarum) ed magis vrget littera concilij Lateranenſis ex quo noſter textus deductus eſt, vbi ante verbum (impetrantur) ſcribitur (prius impetrantur) ergo cõſtabat de priori impetratione. Reſpõdemus à Gregorio 9. verbum (prius) ceptum non fuiſſe, ita teſtantur Antonius Conſcius, & Ant. Auguſtinus in prima collectione, & in ſcholiis ad eam, à quibus & recepit noua Romanorum emendatio, nec obſtant alia noſtri textus verba ibi (& aliæ poſtea non facta mentione priorum litterarum litteræ opponuntur) quia reſcriptorum ad reſcriptorum præſentationem, non ad impetrationem, ita ſoluitur ſecundum.

Nec obſtat tertium, quia licet † ex 7.
præcedenti interpretatione reſoluamus alterum reſcriptum præſentatũ fuiſſe reſpondens vt præferatur ſufficere reſcriptum prius præſentari, niſi prius fuerit vſitatum ex d. c. paſtoralis 14. §. fin. de reſcriptis cum allegatis à gloſa fin. in c. 1. de reſcriptis libro 6. ſed noſtro textui non conuenit quia ante reſcripti vſum nec iudicibus innotuit, nec abſque partis cõtradictione Pontificem Romanum à delegato conſuli præſumẽdum, eſt quare veriorem interpretationem eſſe dicunt tẽpore noſtri textus ex reſcripti præſentatione nõ dari prælationẽ, ſed poſtea nouo iure ab Innocentio 3. inſtitutum fuiſſe, in cap. vt debitus honor 59. de appell. & ab Honorio. 3. confirmatum in d. c. capitulum de reſcriptis, & à Bonifacio reformatum in d. c. duobus de reſcriptis in ſexto, ſed fortiter repugnat eiuſdem Bonifacij nouiori iuri in cap. tibi qui 12 de reſcriptis in ſexto c. eum, cui 7. de præbendis eodem libro, præſentatione prelationi non acquiri, in qua difficultate torquentur omnes in dictis iuribus, vt refert Felinus in d. c. capitulum nu. 5. Ludouicus Gomecius in mandato de prouidendo n. 112. Rebufus de nominationibus q. 21. Paulo conſilio 101. n. 7. volu. 4. Mandoſio in regula Cancellariæ 16. q. 47. Iacobus Puteus deciſione 470. lib. 2.

ſuperior tamen communis verior eſt, ita tamen intelligenda principio præſentantem præferri &c. ex Innocentio, Honorio, & Bonifacio ſi cætera paria ſint ſcilicet vtrumque ſpeciale, vel generale eiuſdémque datæ, tunc præſtat prior præſentatio. Cæterum ſi conſtaret de priori data illa præſentationi præfertur vt in d. c. duobus, & idcirco in d.c.tibi,& in d.c. cum non præſtat præſtatio quia cætera non erāt paria, ita interpretantur Mandoſius, Pariſius & alij, ſi vero & in præſentatione vterque concurreret, maior eſt diſputatio vt infra ad ſextum, ita ſoluitur tertium argumentum.

8. Nec obſtat quartum,† quia veriſſimum eſt ſi in præſenti alterum eſſet ſpeciale generali præferendum eſſe ex cap. generi de regulis iuris in 6. c. 1. cap. paſtoralis de reſcriptis, ſed cum non conſtaret ambiguum erat,& inde Pontificem conſulendum eſſe Pontifex reſpondet, vt diximus in ratione decidendi,& in 1. argumento ita ſoluitur quartum.

9. Nec obſtat quintum † quia textus in d.c. paſtoralis loquitur in diuerſa ſpecie quando conſtat de reſcripto priori, diuerſique iudices contendunt an ſecundo reſcripto primum ſublatum fuerit arbitriorum iudicio contentionem diffiniri reſpondet ibi Pontifex, textus noſter procedit quādo diuerſa reſcripta ad eoſdem iudices impetrantur ſub eadē data,& contraria forma, ideo Pontifex conſulendus eſt vt diximus, ita ſoluitur quintū.

10. Nec obſtat ſextum † in quo octo referuntur opiniones quando reſcripta gratioſa omnino ſimilia ſunt, prior eſt vtrumque incertitudine vitiari vt in argumento. Secūda vtramque admittēdam eſſe. Tertia ſorte incertitudinem dirimi. Quarta digniorem in gratia obtinere. Quinta, vt Pōtifex cōſulatur de prioritate. Sexta vt conſulatur de voluntate iuxta communiorem interpretationem noſtri textus, quam in praxi hodie obtinere Mandoſius refert in regula Cancellariæ, 33. q. 14. nu. 20. Septima quod conſideretur tempus præſentationis iuxta tertium argumentum. ſi vero in præſentatione concurrerint eſſe locum gratificationi, vt in d. c. duobus, ſed ſi vtraque habet clauſulam gratificationis, confunduntur interpretes conſtituentes Octauam, tunc propriè gratificationi locum eſſe, ita omnes in d.c. duobus vbi latè Probus ad Monachum, Rebuſus in praxi beneficiorum, tertia parte ſignaturę verſiculo gratificationis, Pariſius d. conſilio 101. & 144. volu. 4. Menochius d. quæſt. 14. ex quibus obſeruandum eſt quando altera gratia haberet clauſulam gratificationis, nullum dubium eſſe ſicut quando altera haberet clauſulam anteferri, vel motu proprio conceſſa fuiſſet omnino enim eſſet præferenda, in quo omnes conueniunt. ac proinde textus in d. c. duobus intelligi non poteſt quando haberet clauſulam gratificationis, ſed propria interpretatio eſt quando in omnibus gratiæ ſimiles ſunt, tunc gratificationi locus erit, quæ & in profanis,& in ſacris iure recipitur l.3. §. ſi autem omnes ff. ad Silanianum, l.fin.ff. de religioſis, & ſumptibus funerum cap. cum autem 24. de iure patronatus cum multis relatis à Tiraquelo de primogenitura quæſt. 17. ſe-

Digitized by Google

unda opinione, à Mandoſio ſupra. nde & nouè inſtituitur in d. c. duo- ius. at vero ſi nolluerit Papa, vel or- linarius vti gratificatione, vtraque ratia ob incertitudinem corruet, vt octè conſiderat Mandoſius in finali- ius verbis. ita intelligendus eſt tex- us in d. c. duobus quoniam ſecurè enendum eſt gratificationem fieri ion poſſe ab executore litterarum Appoſtolicarum, ſed ab ordinario, vel à Pontifice, ſi ad eum illius beneficij, vel præbendæ collatio pertinebat vt docuit textus in d. c. duobus, vbi ita receptum eſt ſecundum Dominicum num. 2. Françum num. 5. Probum ad Monachum num. 4. ita in præſenti alios improbans tenet Decius num. 5. Rebuſus vbi ſupra, ſoluitúrque argumentum & textus.

SEQVITVR EXPLICANDVS TEXTVS IN CAP. SI PRO DEBILITATE III. iſto tit. de officio delegati.

Summarium huius capituli.

Delegatus Papæ poteſt ſubdelegare cauſam, quæ ſine eo commodè terminari poteſt. ſecunda ratio dexidendi contra Bu.

Delegatus Principis poteſt ſubdelegare.

Quando Delegatus Principis debeat per ſe cauſam diffinire.

Delegati pes qui ſi dores non poſſunt ſubdelegare.

Declaratur textus in authentica adhæc, verſiculo delegatus C. de iudiciis.

Cauſæ meri & mixti imperij non poſſunt delegari, eas tamen Princeps delegare poteſt.

An delegatus Principis poſſit ſubdelegare cauſas meri & mixti imperij.

Delegatus Principis ſubdelegat cauſas Principi reſeruatas.

Non poteſt ſubdelegare ille, cuius induſtria electa eſt.

An delegatus Papæ poſſit ſubdelegare cauſas graues.

Cauſæ graues Pontifici reſeruatæ non poſſunt ab eius delegato ſubdelegari nec illæ in quibus eligitur induſtria perſonæ.

Cauſæ quo ad nudum miniſterium commiſſæ non ſubdelegantur.

Interpretatio noſtri textus.

15. *Iuſta cauſa debet interuenire ad ſubdelegandum, & an iudicis dicto ſtetur in hoc.*
16. *Matrimonium non ſolemne valet.*
17. *Delegatus inferioris à Principe non ſubdelegat, fallit in delegato proconſulis.*
18. *Delegatus nuntij Appoſtolici ſubdelegare poteſt.*
19. *Contra ſententiam Saliceti, Aluerici, & aliorum, ſed non ſequitur.*
20. *An neceſſario conſilium ſit petendum, & ſequendum à delegato in cauſis ſubdelegatis.*

S V M M A.

1. DELEGATVS Papæ † impeditus poteſt ſubdelegare cauſam quæ ſine eo commodè expediri poteſt.

Pro ratione dubitandì primo ſic argumentor delegatum non poſſe ſubdelegare ratione, & authoritate reſponſum eſt in l. 1. §. qui mandatam, & in l. fin. ff. de off. eius, cui mandata eſt iuriſdictio, l. more maiorum, l. & quia 6. ff. de iuriſdictione omnium iudicum, ſed in præſenti agitur de delegato, ergo non poterit ſubdelegare.

Secundo, ſic argumentor Principis etiam delegatus per ipſum cauſam diffiniri debet textus difficilis in auth. ad hæc, verſiculó delegatus C. de iudiciis, ſed quando delegatus etiam Papæ cauſam per ſe ipſum debet expedire, ſubdelegare non poteſt, cap. fin. §. cæterum infra iſto tit. ergo nec in præſenti poterit.

Tertio, ſic argumentor. Delegatus etiam Papæ quaſdam cauſas cum partium conſenſu ſubdelegare poteſt, alias nequaquam d. c. fin. §. is cui, & d. §. cæterum iſto tit. ergo abſque partium conſenſu non poterit ſubdelegare.

Quarto, ſic argumentor citra impedimentum Papæ delegatus pro arbitrio ſubdelegare poteſt ergo fruſtra in præſenti exigitur impedimentum. antecedens probatur quia in delegationis tractatu idem eſt delegatum non poſſe, vel nolle, textus elegans in cap. ſignificaſti 7. c. prudentiam 21. §. adiicimus iſto tit. Rurſus quia pro arbitrio ſubdelegare reſcriptum eſt in l. à iudice 5. C. de iudiciis, l. vnica §. fin. C. qui pro ſua iuriſdictione, cap. ſuper quæſtionum. 27. c. paſtoralis. 28. iſto tit. c. cauſam 62. de appellationibus, cap. quamuis, cap. ſi is cui de off. delegati lib. 6. ergo procedit conſequens.

Quinto, ſic argumentor. Delegatus etiam inferioris iure noſtro ſubdelegare poteſt l. legatus ff. de officio Proconſulis l. cum Prætor 12. §. is quoque ff. de iudiciis, textus difficilis in cap. cum Bertholdus. 18. verſiculo verum, de ſententia & re iud. ergo in præſenti iniuſtè reſtringitur ad delegatum

gatum Papæ.

Vltimo ſic argumentor. Delegatus in ſubdelegatum omnem cauſam, & poteſtatem transfulit, & authoritate d.c. ſuper quæſtionum, d.c. paſtoralis iſto tit. d. c. quamuis, cap. ſi ſubdelegatus, cap. à ſubdelegato iſto tit. in ſexto & ratione quia cum mandatur iuriſdictio mandantur omnia pro ipſius expeditione neceſſaria l. 2. ff. de iuriſdictione, imo & ea, quæ ad ipſius expeditionem magis commoda ſunt ex eleganti textu in cap. præterea, 5. infra iſto tit. ergo ſubdelegatus non eſt compellendus ad petendum à delegato conſilium, vt docuit noſter textus.

Quibus non obſtantibus contrarium † in præſenti reſpondet Alexander Tertius, decidendi rationem Bart. l. legatus ff. de off. proconſulis ita reficit. ordinarius poteſt ſubdelegare argumento dictæ legis 1. §. qui mandatam, & l. fin. ff. de off. eius d. l. more maiorum, & d. l. à iudice, & d. l. icæ. ordinarius tamen eam poteſtatem habet à Principe, à quo & delegatus eam conſequitur d. l. à iudice, ſanè in iſto tit. ergo & delegatus poterit; ſequitur Riminaldus in d. l. 1. . fin. improbatur tamen à nouiſſimis quia ordinarius habet vt propriam, delegatus vt alienam ex d. l. 1. in aliis ſupra.

Quare verior ratio eſt ſingulare : in delegato Principis non recognoſcentis ſuperiorem ex d. l. à iudice & d. l. vnica ſpecialitatis ratio eſt or, & priuilegium Principis maior prærogatiua iuſtiſſimis de cauſis ſiſtens; vt eleganter docuit Iuſtinianus in l. bene à Zenone verſiculo fin. C. de quadriennij præſcriptione conſideratum etiam in Eccleſiaſticis c. 1. de rerum permutatione cum multis à Franciſco Suaneto de Romano imperio lib. 1. an. 112. à Lanceloto in templo iudicum lib. 1. c. 1. qua ratione in delegato Papæ maior conſideratur poteſtas ex cap. per principalem, cap. cuncta per mundum contraque cap. ſolitæ maior. & obed. clem. ne Romani de electione, extrauag. vnam ſanctam de maior. & obed. idcirco Principis delegatus ſubdelegare poteſt d. l. à iudice, d. l. vnica, in præſenti, cap. ſuper quæſtionum 27. c. paſtoralis 28. iſto tit. c. cum cauſam 62. de appellationibus cap. ſtatutum §. in nullo de reſcriptis in ſexto, c. 3. & quaſi per totum iſto tit. lib. 6. clementina 1. eodem, clem. 1. §. 1. verſiculo fin. de hæreticis, optimè l. 19. cum præcedenti tit. 4. p. 3. Abb. & Decius in præſenti latè Iaſſon in d. l. à iudice, communis in d. l. 1. ff. de officio eius ſecundum Horoſcum num. 15. Riminaldum 59. eleganter Coua. reſolutionum lib. 3. c. 20. num. 9. Menochius de arbitr. quæſt. 54. caſu 60. Mandoſius Cancellariæ regula 4. q. 11. num. 3. optimè in praxi Boërius deciſione 6. 1. parte Antonius Capicius deciſione 151. inde deducentes plura, quorum potiſſima in argumentorum diſputatione explicabimus.

Non obſtant in contrarium adducta † pro ratione dubitandi primum 3. quia iure Conſultorum regula delegatum non poſſe ſubdelegare fallit in delegato Principis non recognoſcentis ſuperiorem, & à fortiori in delegato Papæ, vt in ratione decidendi repe-

titum eſt, & infra repetendum.

4. Nec obſtat ſecundum † quia negamus maiorem delegatum cauſam per ſe expedire ſemper neceſſe fore, concedimus tamen minorem, vbi neceſſe eſt nõ poſſe ſubdelegare, veluti quando eligitur induſtria perſonę, vel committitur nudum miniſterium, vt in c. fin. §. is autem, §. cæterum infra iſto tit. latius ad tertium argumentum, qua ratione licet Principis delegato apud Hiſpanos tanta ſit attributa poteſtas l. 19. tit. 4. parte 3. delegati in

5. capitalibus vulgo †(pes-qui-ſi-dores) delegare non poſſunt quia eorum induſtria cenſetur electa ex verbis delegationis, ibi (quod de veſtra confidimus perſona &) ita accipienda eſt communis Boërij d. deciſione 6. Capicij d. deciſione 151. inde Hiſpanas leges, praximque interpretatur Auendano, prima parte c.1.num.26. idcirco non procedit conſequentia.

6. Nec obſtat textus difficilis † in auth. ad hæc cui quattuor intellectus refert gloſa ibi, verbo delegatus, de quibus diſputant Bart. & omnes, & in d.l.1.ff. de off. eius, communior eſt ordinariũ poſſe cauſam ſubdelegare, ipſiuſque cauſæ ſententiam ſibi reſeruare, delegatum autem etiam Principis nõ poſſe, & in hoc differre legem ciuilem à Pontificia in qua poteſt delegatus d.c. ſuper quæſtionum 27. idem iure regio d.l.19 conuincitur tamẽ apertè ex authentico vt defuncti, ſeu funera illorũ §. illud, ex quo illa auth. ſumpta fuit.

Vnde Muſcornius de iuriſdictione n.137. nonè interpretatur ibi agi de nuda cognitione, quæ ſubdelegare nõ poteſt vt in d.§.cæterum, ſed reiicitur ex verbis illius authentici: quare vera interpretatio eſt, Iuſtinianum ibi docuiſſe ordinarios, ſeu delegatos poſſe eligere aſſeſſores, qui cauſæ cognitionem non habent, quia illa pertinet ad ipſos ordinarios, ſeu delegatos qui poſſunt aſſeſſorũ iudicio cauſam diffinire. rogatus autem Iuſtinianus an illi delegati poſſent ſubdelegare, reſponderet vtique à Principe delegatos ſubdelegare poſſe iuxta ſuperiorem traditionem, ita ſubtiliter Cuiacius in nouella 60. ſecunda parte in fine, ita tenendum eſt, ſoluitúrque ſecundum.

Nec obſtat tertium, quia licet detrahat noſtri textus principio, ibi (liberum conſonat) tamen noſtri textus fini, ibi (niſi fortè cauſæ ita graues) ad cuius cognitionem prior propoſitio iure ciuili † cauſas graues, quas meri 7. & mixti imperij vocant in l. imperiũ ff. de iuriſdictione, delegari non poſſe, l. ſolent ff. de off. Præſidis, l.2. ff. de off. eius, l.2. verſ. quod tamen ita C. de pedaneis iudicibus.

Secũda propoſitio Principẽ eas omnes delegare, in qua omnes cõueniũt.

Tertia, an idem ſit in Principis delegato † omnes diſſentiũt & cũ Princeps 8. non ſit, & ex priori regula excluditur agnouit gloſa verbo, quę vero in l.1.ff. de off. eius communis ſecundũ Iaſſonem num. 63. Purpuratum 621. Bolognetum 39. & 136. Couar. & Menoch. vbi ſupra, Muſcornium de iuriſdictione num. 131. Decium in præſenti n.4.

Contrarium tamen quia Principem repreſentat ex d.l.1. & cap. ſanè 11. iſto tit. apertius ex l. vnica verſ. fin. C. qui pro ſua iuriſdictione ibi (cauſas, &, ibi nullo) perſonarũ cauſarumve habito tractatu, obſeruat gloſa ibi verbo, iudicandas, Bart. & Paulus, magis com-

munem dicit Felinus in præſenti, Socinus,Oroſcius n.17. Riminaldus 90. in d.l.1.quæ verior eſt, & obſeruanda.

Quarta,eſt eã† non obtinere in cauſis Principi reſeruatis,quas ſi delegato commiſerit non poterit ſubdelegare.

Quinta,eſt idem † ſtatuendum eſſe quando à Principe eligitur induſtria perſonæ cap.fin.§.is autem iſto titulo, vtraque communiter recepta.

Sexta, eſt an iure † Pontificio idem obſeruemus, & cauſas graues nõ ſubdelegari probat noſter text. in d. verſ. niſi fortè,& in c.fi. §. is autẽ, & cap. is cui eodem in ſexto, ex quibus communiter ita probant Belamera n.11. & 3. Anania, Immola, Abbas, & Decius n.4.in præſenti, Coua d.libro 3. c.20. n. 9. Menochius d. quæſtione 54.magis communem dicit Bolognetus in l.1.n.44.Muſcornius n.137.

Contrarium tamen graues, & grauiſſimas à Papæ delegato ſubdelegari apertè probat text. in cap. venerabilis 7.in fine iſto tit.c. in Archiepiſcopatu,vbi gloſa fin.& communis infra de raptoribus,cap. quamuis cap. ſuis cui iſto tit.in ſexto,clem 1.eodem clem.1. §.1.verſ.finali de hæreticis, gloſa verbo committere, in c. quod ſedem de off.ordinarij, vbi cõmuniorem dicũt, Felinus n.82.Alciatus n.81. Alexãder, Socinus n.10.Riminaldus 90.in d.l.1. quæ verior eſt iureque regio obſeruata in d. l.19.vbi Greg. gloſa 1.

Septima, eſt cauſas graues † Pontifici reſeruatas ab eius delegato non ſubdelegari.

Octaua, nec eas in quibus eligitur induſtria perſonæ c.fi.§.is autẽ iſto tit. cap. is cui eodem in ſexto niſi in delegatione expreſsè cõcedatur d. c.is cui.

13 Nona, cauſas † quoad nudũ myniſterium commiſſas non ſubdelegari, textus eſt in d.c.fin.§.cæterum iſto tit.

14 Decima,inde † interpretãdus eſt noſter textus in principio cauſas etiam graues ſubdelegari liberum eſſe etiam partibus inuitis cum gloſa 1. Baldo, Belam.& communi niſi fuerint reſeruatæ vel cũ induſtria perſonæ, vel ſui natura, vel cũ Põtificis electione quibus in caſſibus accipiendus eſt in verſ. niſi fortè, quem explicauit Belamera n.13.in cauſa matrimoniali,quæ antiquo Romanæ curiæ more Epiſcopis duntaxat committebantur ex ratione capituli accedentibus de exceſſibus Prælatorum, Tridentinum ſeſſ. 24. c. 20.verſ.adhæc,vt latius in cap.cauſam matrimonij infra ideo ſubdelegari nõ poſſent, Gregorius tamen, 9.& Bonifacius 8. explicant referri ad induſtriam perſonæ,& ad nudum miniſterium d. §. is autem,d. §.cæterum,d.c. is cui, ita ſoluitur tertium.

15 Non obſtat quartum, quia vt delegatus † ſubdeleget iuſtam requiri cauſam docuit noſter textus ibi (ſi pro debilitate,vel aliqua graui cauſa, vel neceſſitate) cap.paſtoralis 28. in principio & §.fin.iſto tit. gloſa verbo, liberum in præſenti, communis ſecũdum Decium n.2.in præſenti, & Riminaldum in l.1.n.96. ff. de off. eius Menochiũ de arbitrariis, caſu 60.n.fido delegato ſe iuſtè impeditum dicenti credendum eſſe argumento legis Diuus 14. verſ.fin.ff.de off. Præſidis, cap.ad audientiam de præſcriptionibus ibi (cum iuratus ſit fideliter exequi officium ſuum) probat gloſa verbo exonerare, in d. c. paſtoralis, communis ibi, & in præſenti ſecundum Decium

Digitized by Google

num. 6. Bolognetum in d. l. 1. n. 125. contra aliam cōmunem, ab aliis relatam, & Menoch. de arbitr. caſu 118. contrarium tamen ad ſubdelegandum cauſam non requiri probatur in d.l. vnica C. qui pro ſua iuriſdictione, cap. ſuper quæſtionum 27. iſto tit. cap. cum cauſam 72. de appell. cum allegatis in argumento, firmat gloſa, verbo exonerare in d. c. paſtoralis, communior ſecundum Abb. & Felinum num. 1. Barbaciam 54. qui interpretantur noſtrum textum, & cap. paſtoralis cauſam exigere ad compellendum ſubdelegatum non acceptantem, quæ interpretatio communiter conuincitur, & verior eſt in præſenti, & in cap. paſtoralis conſtitui formam ſolemnem, in aliis formam ſubſtantialem, idcirco ſi abſque cauſa fiat ſubdelegatio valet, quamuis ex cauſa ſolemnior ſit argumento clem. 1. de iure patronatus, vbi gloſa verò inhibentes & communis, vt præcedente publicatione matrimonium ſo-
16. lemne eſt † abſque ea tamen valet cap. cum inhibitio de clandeſtina deſponſ. Trident. ſeſſ. 24. c. 1. de reformatione matrimonij, quia publicatio ad ſolemnitatem, parrochus, & teſtes ad neceſſitudinem legitimi cōſenſus, in quo ſubſtantia conſiſtit. ita in delegatione cauſa ad ſolemnitatem, delegationis actus ad iuriſdictionis ſubſtantiam ſpectat, fieri tamen neceſſe eſt non pro arbitrio iuxta ciuiles traditiones l. 1. ff. de off. eius, l. vnica verſ. fin. C. qui pro ſua iuriſdictione ibi (nullo perſonarum, cauſarum-ve) ex quibus etiam priuato cauſa cōmittebatur. cæterum iuxta Pontificias ſanctiones idoneo dumtaxat & diſcreto vt in præſenti cum aliis nouo iure in dignitate conſtituto cap. ſtatutum de reſcriptis in ſexto, Nouiſſimo cum Trid. ſolemnitate ſeſſ. 25. c. 10. de qua diſputabitur in cap. quoniam Abb. iſto tit. ita ſoluitur quartum.

Nec obſtat quintū † quia reſpon- 17.
demus certam eſſe iuris regulam inferioris delegatum ſubdelegare nō poſſe l. à iudice C. de iudiciis, l. vnica C. qui pro ſua iuriſdictione, cap. cū cauſā 62. de appellationibus l. 19. tit. 4. p. 3. argumentum vero procedere in Proconſulis delegato, in quo regula limitatur, vel quia à lege fit, vel quia vniuerſalem cauſarum cognitionem habet ita d. l. cum Prætor §. is quoque ff. de iudiciis, d. l. legatus ff. de off. Proconſulis iuxta litteram affirmatiuam iam receptam à Duareno & Ludouico Ruſardo ibi in ſcholiis, Nicolao Belono ſupputationū lib. 3. c. 10. Ioāne Roberto ſententiarum lib. 4. c. 22. Riminaldo in l. 1. n. 153. ff. de off. eius, Petro Gregorio Syntagmatum libro 47. c. 32, idemque lege Pontificia ſtatuendum eſſe argumento eſt textus difficilis in cap. cum Bertholdus 18. verſ. verum de re iudicata ex quibus illud eſt obſeruatione dignum nuntij † Appo- 18.
ſtolici delegatum ſubdelegare poſſe, quia vniuerſitatem habet cauſarum proconſulique comparatur. cap. legatos de off. legati in ſexto docuit Bart. in d. l. legatus num. 1. communior ex Horoſco ibi num. 7. firmat Baldus in d. l. à iudice vbi Aluericus num. 4. & Salicetus dicunt eſſe frequentiſſimum Iaſſon num. 7. Abb. in d. cum Bertholdus num. 22. Felinus in cap. ſuper quæſtionum §. ſi vero nu. 17. infra

Digitized by Google

to tit. Brunelus de poteſtate legati onclusione. 10. Gambara de poteſta- e legati libro. 8. nu. 145. contrarium amen † imo regulam obtinere in nū- ij delegato, & inde ſubdelegare non oſſe, ſummo, ſtrictoq; iure probant lluericus, & Salicetus vbi ſupra, De- ius hic num. 4. meliorem dici Co- ar. d. lib. 3. c. 20. num. 11. inde inter- retans d. c. cum Bertholdus, cui va- ios intellectus referunt gloſa ibi ver- o, committentibus, Abb. an. 20. Fe- nus num. 19. gloſa verbo delegare in . §. ſi vero, & omnes ſupra, commu- is eſt ibi non iuriſdictionem, ſed nu- um myniſterium recipiendi teſtes elegari à delegato, ſed improbant bb. & Couarr. cui magis placet ſtri- ta iuris diſputatione delegationem bi non valuiſſe vt tentauerat gloſa erbo, committentibus, ſed conuin- itur ex text. littera, & integra Con- ij, & Antonij Auguſtini tertia col- ctione. c. 8. de re iud. vbi conſtat elegationem valuiſſe, & ab vtraque arte receptam fuiſſe, & ab Innocen- io. 3. probatam, à Gregorióque. 9. onfirmatam, quare verior interpre- atio eſt Archiepiſcopum Remenſem bi eſſe Nuncium Appoſtolicum, & a ratione eius delegatos ſubdelegare otuiſſe. iuxta ſuperiorem Bartoli, & ommunioris traditionem, ita con- nter Abb. nūm. 22. in eodem capi- , Brunelus, & Gambara vbi ſupra probata gloſa verbo, delegare in d. ſi vero affirmante ſublatum eſſe ioad ſubdelegationem dicti capitu- reſponſum, ita ſoluitur quintum in oconſulis delegato ſpeciale eſſe.

Nec obſtat ſextum quia Reſpon- :o † veriſſimum eſſe cum primum cauſa committitur à delegato omnes iuriſdictionem in ſubdelegatum trā- ferri ex iuribus argumenti, & idcirco conſilij conſeruatio intelligitur non tamquam iudicis, ſed tamquam pru- dentis, & docti ad deliberandum, non ad obtemperandum argumento legis ſecundo verſ. fin. ff. mandati. c. finali 14. quæſt. 1. c. cum olim de arbitris. ita enim diſtinguuntur conſilium, con- ſenſus, & authoritas l. ſi quis mihi bo- na §. iuſſum ff. de acquirenda hæred. l. ſi quis arbitratur ff. de verb. oblig. l. fin. C. de contrah. emptione, Bart. & communis in d. §. iuſſum idem in l. 1. §. ſi plures ff. de exercitoria actione cum relatis infra, vnde reſeruato con- ſilio propriè comprehēditur petitio, conſenſu tamen, & authoritate peti, & ſequi neceſſe eſt ex dictis iuribus, & c. 1. de foro comp. c. vt commiſit, §. aduocandi, c. fin. §. iubemus de hæ- reticis lib. 6. quare conſilium peten- dum eſt de neceſſitate, non tamen ſequendum, ex quo efficitur eo non petito actum nullum eſſe ex neceſſa- riæ formæ defectu auth. de non alie- nandis §. quod autem, cap. debita 22. de reſcriptis, cap. prudentiam 21. in principio, & ad finem iſto tit. inde in- terpretandus eſt noſter text. ibi (te conſulere debeat) de neceſſitate de- legatum conſulendum eſſe ad delibe- randum, non ad obtemperandum. ita accipienda eſt gloſa, eodem verbo, & communis latè diſputata à Baldo, & Belamera num. 4. Immola, & Abba- te. 7. Felino, & Decio 8. Menochio de arbitrariis quæſtione. 23. Simancas de Catholicis inſtitut. tit. 41. num. 14. latè Medicis de legibus. 4. p. c. 20. Ioannes Baptiſta, Sinio latiſsimè in

praxi §. 25. c. 1. & 10. cum ſequentibus, doctiſsimè Franciſcus Burſatus conſilio 90. num. 34. 1. tomo. Ioanne Philippo conſilio 26. num. 13. & 15. de ſancti officij conſultoribus, & interpretatione d. §. aduocandi, & d. §. iubemus diſputant eleganrer Couar. & relati à Simancas, Aſsinio, & Burſato, ita argumento reſpondemus totam iuriſdictionem in ſubdelegatum transferri veriſsimum eſſe in præſenti reſeruari, conſilium ex littera conſtat petendum, non tamen ſequendũ ex d. interpretatione, ſoluitúrque argumentum & text.

SEQVITVR EXPLICANDVS TEX. IN CAP. DE CAVSIS IIII. HOC eodem titulo.

Summarium huius capituli.

1. *Si cauſa committitur intra certum tempus diffinienda eo elapſo niſi partes antea prorog uerint expirat delegatio ratio decidendi num. 2.*
3. *Actus non debet operari vltra intentionem agentis.*
4. *Tempus delegationis à partibus prorogari poteſt & quare, prorogatione facta à partibus expreſſa, & à iudice præſtito conſenſu, & alia ibi non poteſt fieri prorogatio in cauſa nouilitatis niſi eos qui ad has cauſas ſunt deſtinati & num. 8.*
5. *Vt prorogatio ſit irreuocabilis lis debet eſſe incepta coram prorogato.*
6. *An ſit neceſſarius conſenſus proprij iudicis in prorogatione iuriſdictionis.*
7. *An prorogatio iuriſdictionis in cauſa fœudi poſsit fieri ſine licentia Domini.*
9. *Iudex appellationis eſt prorogabilis.*
10. *An arbitrium ſit prorogabile.*
11. *An cauſæ ſpirituales compromitti poßint, remißiuè.*
12. *An delegatus ſit prorogabilis, & ibi de interpretatione noſtri text.*
13. *An, quæ ſunt de natura contractus poßint à partibus mutari.*
14. *Delegationis natura reſtringibilis eſt, non tamen impediuntur extenſiones aliquibus rationibus.*
15. *An primo inſtituta cenſeantur repetita in prorogatione.*

Digitized by Google

;. *Prorogato tempore excommunicationis, non ligat excommũnicatio.*

'. *An iuſiurandum repetitum cenſeatur in prorogatione & an liget, & pœnæ debeantur tranſacto tempore primo.*

3. *An fideiuſſio, & obligatio cenſeatur repetita in prorogatione.*

). *Partes iudicem priuatum facere non poſſunt, prorogare tamen poſſunt, & ideo poſſunt iuriſdictionem delegati nondum finitam prorogare.*

>. *Iudex incompetens prorogatione fit competens, incapax tamen non.*

(. *Incapax reconuentione fit capax, & in quibus, & datur ratio.*

2. *Secularium incapacitas in cauſis profanis clericorum fluxit à iure poſitiuo.*

}. *An iudicis prorogati conſenſus requiratur in prorogatione.*

+. *Prorogatio fieri poteſt de re ad rem, de cauſa ad cauſam, de loco ad locũ, de tempore ad tempus, & de interpretatione capituli P. & G. infra.*

;. *An temporis lapſus iuriſd. delegati expiret.*

SVMMA.

SI cauſa † committitur intra certum Tempus diffinienda eo lapſo niſi partes antea prorogauerint expirat delegato.

Pro ratione dubitandi primo ſic gumentor. ea quæ ſunt de ipſius aus natura à partibus mutari nõ poſnt l. cum precario. 12. ff. de precario, d delegationis natura teſtrictionem, on prorogationem poſtulat cap. dicta 22. c. Rodulphus 35. de reſcriis, c. prudentiam 21. iſto tit. c. quãs 4. cap. cum illis. 16. in principio §. 1. & 2. de præb. in ſexto. ergo inuis erit partium prorogatio contra ſam delegationis naturam.

Secundo ſic argumentor. partibus mquam fuit tanta attributa poteis vt iuriſdictionem non habenti ncederent l. 1. l. priuatorum C. de iuriſdictione omnium iudicum, c. ſi diligenti de foro comp. ſed elapſo tempore delegatus iuriſdictionem non habet ex noſtro textu cum ſimilibus infra. ergo partium conſenſu eam habere non poterit.

Tertio ſic argumentor. iuriſdictionem etiam habenti vtriuſque partis prorogatio nouam iuriſdictionem nõ tribuit cap. inuolita, cap. placuit. 11. quæſt. 1. d. c. ſi diligenti & foro comp. ergo delegatus partium prorogatione poſt tempus à Pontifice deſignatum nouam iuriſdictionem nõ conſequetur.

Quarto ſic argumentor. vt Delegati iuriſdictio prorogetur alterius partis conſenſus ſufficit, text. difficilis in cap. ex conquæſtione de reſtitutione ſpol. vbi iudicis ad proprietatẽ delegati prorogatur iuriſdictio ad

poſſeſſionem inſtante dumtaxat vxore, repugnantéque marito, textu etiam in cap. diſpendia §. reus quoque de reſcriptis libro 6. ergo fruſtra in præſenti vtriuſque partis exigitur prorogatio.

Quinto ſic argumentor. ad conficiendam iudicis prorogationem vtramque partem, iudicemque conſentire neceſſe eſt l. 1. iuncta l. 2. §. ſi & iudex ff. de iudiciis, l. ſi conuenerit ff. de iuriſdictione, ergo non ſufficit partes conſentire, vt in præſenti.

Sexto ſic argumentor. partibus, & iudice ſimul conſentientibus prorogatio ſecundum Pontificis traditiones inefficax eſt in delegatis text. difficilis in c. P. & G. 40. iſto tit. ergo nec in præſenti efficax eſſe debet.

Septimo argumentor. Delegato non currit inſtantia, nec temporis lapſu ipſius iuriſdictio Pontificiis legibus expirat cap. venerabilis de iudiciis, ergo abſque partium prorogatione in præſenti expirare non debuit.

Quibus non obſtantibus Alexan-
2. der 39. † contrarium in præſenti reſpondet tria includens, prius cauſam ad certum tempus delegari poſſe. Decidendi ratio eſt in delegantis poteſtate eſſe commiſſioni modum imponere cap. præcedenti vbi reſoluimus ad ſeptimum argumentum: ita poteſt committere qnoad certas perſonas c. ſedes 15. cap. Rodulphus, 35. de reſcriptis generaliter, vel ad certam cauſam cap. 1. de ſequeſtratione poſſeſſionis iuncto cap. ex conqueſtione de reſtitutione ſpol. ad certam, cap. cum olim 32. iſto tit. ad certum locum c.
3. ſua de off. vicarij, cap. ſtatutum §. in nullo de reſcriptis in ſexto, ita etiam ad certum tempus, vt in præſenti latè diſputant poſt Abbatem, Felinum, & Decium, & Mantuam, & Veroiũ in præſenti cum aliis infra. ſecundo finito commiſsionis tempore delegationem expirare, decidendi ratio eſt conſtare de poteſtate, & voluntate delegantis, delegatum elapſo tempore iuriſdictionem non habere argum. c. ex parte. 13. iſto tit. quia actus † non debet operari vltra intentionem agẽ- 3.
tis l. non omnis 19. ff. ſi certum petatur etiam in iudiciis l. non vtique ff. de except. l. ſi quidem C. eodem, c. cum venerabilis eodem, ideo ſi aliquid datur à Principe ad certum tempus eo elapſo finitur text. in l. 2. C. de diuerſis reſcriptis, ideo & delegatio expirat quia conſtat de voluntate, violaretúrque forma in reſcripto deſignata d. c. cum dilecta, cum relatis in primo argumento.

Tertio illud tempus † à partibus prorogari poſſe, decidendi ratio eſt 4.
iuris beneficio effectum eſſe iuriſdictionem legitima partium prorogatione extendi poſſe, legitima tamen vt ſit neceſſe eſt obſeruare. primo quod qui prorogatur iuriſdictionem habeat, & exerceat l. ſi conuenerit ff. de iuriſdictione ibi (alius prætor) l. 1. ff. de iudiciis, ibi (cuiusuis etiam iudicis) c. P. & G. infra iſto tit. ibi (& ſi alias præeſſe iuriſdictioni dicaris). c. 1. ibi (alios) c. ſignificaſti ibi (aliũ) de foro comp. l. 32. tit. 2. p. 3. l. 15. tit. 22. p. 3.

Secundo expreſſo vtriuſque partis conſenſu prorogationem fieri dictis legibus ibi (ſi conuenerit d. l. 1. conſentiãt in dictis capitulis d. l. 32. & l. 20. tit.

to. tit. 4. p. 3.

Tertio iudicem, cuius iuriſdictio prorogatur conſentire ex d. l. 2. §. ſi & iudex iuxta vnam opinionem diſputandam ad primum argumentum.

Quarto prorogationem fieri ſub eadem forma, & ſpecie, quod reſpectu iuriſdictionis apertum eſt, quod debet prorogari ſimilis iuriſdictio vt locuit Africanus in d. l. ſi conuenerit ibi (alius Prætor) nec repugnat lex 1. ibi (cuiusvis etiam iudicis) ſcilicet ſimilis ita vt quæ in proprio iudice ad cauſam illam neceſſaria eſt iuriſdictio eadē in iudice prorogato ſit, vt argumēto text. in l. Solemus. 61. §. latrunculator ff. de iudiciis, & legis teſtamenta omnia C. de teſtamentis, docuit ibi Baldus num. 2. communis ex Paulo num. 5. Alexandro num. 2. Aretino ſecundo notabili, Iaſſone num. . ibi, Abbate num. 12. Mantua 33. in l. c. P. & G. Iulio Claro in praxi q. .2. Bologneto conſilio 30. num. 28. leganter Petro Surdo conſilio 47. n. . conſilio 56. num. 15. & 32. conſilio 7. num. 12. & 47. volu. 1. Vnde interpretandus eſt text. in l. eſt receptum. 4. ff. de iuriſdictione, non referre maior, vel minor ſit prorogabilis iudex, ſed an habeat eam iuriſdictionis ſpeciem in illa cauſa neceſſariam in iudice proprio. ac proinde ſi de feudo contenderetur iuxta ordinarij iuris terminos, cuius cognitio ad feudi Dominum pertinet cap. imperialem §. n. de prohibita feudi alienatione per euderricum in feudis approbāte lege Pontificia, c. cæterū de iud. c. ex tranſmiſſa c. verum de foro comp. vt admitteretur prorogatio prorogabilem feudi cognitionem habere oporteret, & adhuc illegitima eſſet deficiente Domini conſenſu, vt in ſexta obſeruatione: inde etiam inter Hiſpanæ Curiæ præfectos, quidam rei pecuniariæ, quidam criminali præpoſiti ſunt, vt ex d. §. latrunculator, ſuperiori cōmuni ciuiles non erunt ad crimina prorogabiles, nec criminales ad cauſas pecuniarias, quamuis & in criminibus prorogationi locum eſſe obſeruet gloſa finalis in d. l. 1. ff. de iudiciis communior ibi, & ſecundum ſupra relatos, & Surdum d. num. 47. eademque ratione de nobilitate nō poteſt fieri prorogatio niſi ad præfectos Cancellariæ Princianæ, vel Granatēſis ita obſeruandum eſt.

Quinto vt prorogatio † irreuocabilis ſit coram prorogato iudice litem incertam eſſe neceſſe eſt, ita ſignificat Africanus in d. l. ſi conuenerit, ibi (& priuſquam adeatur) Vlpianus in d. l. 1. ibi (ſe ſubiiciant) vtrique communis, & in d. c. 1. & in d. c. ſignificaſti de foro competenti. in his conueniūt ſuperiores, & lex ciuilis, Pontificia, & Regia. 5.

Sexto vtrumque ius in proprij iudicis conſenſu † diuiditur, nam iure ciuili ex d. l. ſi conuenerit, & d. l. 1. & iure Regio ex dictis legibus partita ſecularem iuriſdictionem inuito proprio iudice prorogari poſſe certiſſimū eſt: Eccleſiaſticam autem nullo modo niſi proprio expreſſè conſentiente: quia ſeculares prorogant quod aliquando ſuum fuit, Eccleſiaſtici quod ad eos nunquam pertinuit, quia meminiſſe oportebit ſecularem iuriſdictionem ſui origine in populo conſtitiſſe, à quo lex Regia in Princi- 6.

pem tranſlata fuit l. 2. ff. de origine iuris. In Iſraël Domini voluntate populo ita Clamante cap. 1. ſeqq. lib. 1. Regum. vnde cùm res ad ſuam naturā facilè reuertatur l. ſi vnus 27. §. pactus ne peteret verſ. quod & in ſpecie dotis ff. de pactis. c. ab exordio 35. diſtinctione: permittitur illis prorogatio proprio iudice etiam contradicente, cæterum iuriſdictio Eccleſiaſtica Papæ, & ſucceſſoribus immediatè à Chriſto conceſſa, inde tam ſpiritualis quam Eccleſiaſtica illis dumtaxat competit Matthæi 16. (tibi dabo claues) & cap. in nouo. 21. d. Trident. ſſ. 14. de ſacramento pœnitentiæ. c. 1. 5. & 6. Matthæi 18. (quodcumque ligaueris &c.) cap. quodcumque 24. quæſt. 1. Trident. ſſ. 25. cap. 3. à quibus mediatè in Prælatos inferiores fluxit priuatiuè cap. nullus 9. quæſt. 2. c. 1. c. ſi diligenti, c. ſignificaſti de foro cōp. qua ratione clerici coram alio litigātes grauiter puniuntur c. inolita, cap. placuit. 11. quæſt. 1. c. ſi diligenti. quo argumento idem ſtatuendum eſt in Scholaſticis Salmantinis quia lege Pontificia proprio non conſentiente prorogatio nulla eſt non ſolum in contentioſis ſed etiam in ſacramento pœnitentiæ cap. omnis vtriuſque ſexus de pœnit. & remiſſ. Trident. d. ſſ. 14. c. 1. 5. & 6. ita receptiſſimum eſt, & ita accipitur ſeſſ. 25. c. 15. vnde legitima dicetur prorogatio, quæ iuxta ſuperiores obſeruationes omnes partes accipi neceſſarias ex Bart. & omnibus in d. l. ſi conuenerit, & in d. l. 1. Innocentio & omnibus in d. c. P. & G. cum ſupra relatis, & Burſato conſilio 220. & 225. 2. tomo. Tiberio Deciano conſilio 72. volu. 2. conſilio 120. volu. 3. Petro Surdo vbi ſupra.

Ex quibus primo deducitur † quod ſi de feudo contendentes iuxta iuris communis terminos prorogare non poſſent vtique abſque Domini licentia, Dominis enim ſingulari ratione tributa fuit feudorū cognitio d. c. imperialem, d. c. cæterum, d. c. verum, d. c. ex tranſmiſſa, hodie tamen quia generali gentium conſuetudine feudorum cognitio ad ordinarios deuoluta eſt vt reſoluitur in d. c. cæterum, & in d. c. verum. abſque Dominorū licentia prorogatio fieri poterit. 7.

Secundo deducitur † eadem ratione contendentes inter Hiſpanos de nobilitate non poſſe in alios iudices conſentire, quia coram Cancellariæ præfectis litigare neceſſe eſt. 8.

Tertio deducitur † eodem argumento appellationis iudicem prorogabilem eſſe obſeruata vtriuſque iuris traditione quia & iuriſdictionem, & eius exercicium habet iuxta reſponſum dictæ l. ſi conuenerit, & dictæ, l. 1. vt placuit Decio in c. ſi duobus n. 11. de appellationibus, Burſato conſilio 74. num. 47. tomo 1. cum vtili declaratione Veroij in cap. cum ſit Romana num. 52. de appell. Antonij Ziophij conſilio 52. num. 7. ſecunda parte. 9.

Quarto deducitur † arbitrum eadem ratione prorogabilem eſſe cum ad inſtar iudicis hodie ſit l. 1. ff. de arbitris, ita Benedictus Capra 1. tomo communium, verſ. prorogatio, ſed apertè errauit quia nec tribunali præeſt, nec iudex d. l. conuenerit, & d. l. 1. nec iuriſdictionem habet, ſed notionem l. ait Prætor 5. in principio ff. de re iudicata, nec prorogatio 10.

ſub eadem forma, & ſpecie fieret, longè enim iudicis, & arbitri diuerſa eſt, nec in aliqua cauſa iudex idem, & arbiter eſſe poterit l. ſed ſi in ſeruum. 9. §. ſi quis iudex ff. de arbitris, licet lege Pontificia quia Eccleſiarum magis intereſt alitibus abſtinere, contrarium obſeruatur cap. ex parte, cap. cum tempore de arbitris, ita gloſa, Bart. & communis in d. §. ſi quis iudex, gloſa 1. in d. l. 1. Bart. num. 3. communior ex Curcio Iunione nu. 29. Canolo 33. ibi, Felino in d. c. P. & G. num. 8. Marco Ant. de compromiſſis gloſa 2. num. 41. cum relatis à Bologneto, & Surdo vbi ſupra, vnde hodie non erit permiſſa prorogatio in arbitrum tamquam in iudicem, ſed poterunt tamquam in arbitrum compromittere obſeruata ſpiritualis cauſæ reuerentia † iuxta traditionem cap. dilecti, cap. contingit cap. expoſita de arbitris cum latiſſima diſputatione gloſæ, & omnium in cap. decernimus de iudiciis.

Quinto eadem traditione † deducitur delegatum eſſe prorogabilem quia iudex eſt in habitu, & actu per totum ff. de off. eius, & in præſenti de off. deleg. & in ſexto & Clementinis & in dictis legibus partitæ 18. & 19. Vnde illi conuenuint requiſita dictæ l. ſi conueniunt, & d. l. 1. docuit text. in l. 2. §. ſedet iudex ff. de iudiciis, vbi communis, gloſa fin. in l. 1. C. de iuriſdictione, & verbo tribunali in d. l. 1. ff. de iudiciis, vbi Bart. & communis ſecundum Curtium Iuniorem num. 30. Cagnolum 24. Decianum, Burſatum, Surdum, & alios ſupra.

Sexto inde deducitur Alexandrum tertium in præſenti rectè reſpondiſſe delegati iuriſdictionem ad certum tempus deſignatam eo elapſo expirare, ſi à partibus non fuerit antea prorogata. ratio ſumma eſt prorogationis beneficio ita conſtitutum eſſe in partium vtilitatem, ſi quidem partium fauore delegationis tempus reſtrictum fuerat, partibus enim benè conſultum eſſe, ſatis patet ex l. properandum C. de iudiciis, cap. finem litibus de dolo & contumacia, c. 2. de ſententia & re iud. partes itaque fauori, & vtilitati pro ſe introductis pro arbitrio renunciant l. ſi quis in conſcribendo C. de pactis, cap. ad Appoſtolicam de regularibus, quamuis ſi ad communem vtilitatem ſpectet renuntiare non poſſint l. 1. ff. de feriis, iuncto cap. vltimo de feriis, cap. tuis de teſtibus, gloſa in præſenti & omnes ſcribentes, idcirco temporis breuitati partes renunciare poſſunt, renunciaſſeque apertè conſtat temporis prorogatione legitima confecta, ita accipiendus eſt noſter textus, & communis ſupra relata, & omnibus ſupra, & ſurdo conſilio 57. num. 12.

Nec obſtant † in contrarium adducta pro ratione dubitandi, primum quia illius argumenti maior, ea, quæ ſunt de natura contractus à partibus mutari non poſſe veriſſima eſt in natura ſubſtantiali, quia in ſolemni, vel vtili paſſim mutatur vt latius diſputabimus in cap. fin. de emptione, & venditione, minor autem, diſpenſationes ſui natura reſtringibiles eſſe rectè procedit cum interpretatione reſoluta in c. 1. ſupra hoc tit. 31

Digitized by Google

Vnde negatur conſequentia, ad cuius explicationem conſtituo duo eſſe in delegationis tractatu axiomata, quorum meminiſſe iuuabit, alterum
14. delegationis † naturam reſtringibilem eſſe, alterum inde non impediri extenſiones delegationis natura, vel ratione, vel iuris beneficio prouenientes vt diximus in c. 1. ſupra, idcirco prorogatio cum iuris beneficium ſit, tollit reſtrictionis defectum, ſed non ceſſat difficultas, quia in noſtra ſpecie manet alter certi temporis defectus, quo elapſo iuriſdictionem expirare docuit noſter textus, vt in decidendi ratione diximus. Reſpondeo vtrumque defectum tolli prorogatione, quæ obtinet non ſolum in ordinariis, ſed etiam in delegatis ex d. l. 2. §. ſed & iudex ff. de iudiciis, l. de qua re 74. §. 1. ff. eodem, in præſenti, cap. cum olim 32. infra. cap. ex conquæſtione de reſtitutione ſpol. c. diſpendia §. reus quoque, cap. ſtatutum §. in nullo de reſcriptis libro ſexto, dictis legibus partitæ. inde ſicut de re ad rem, de cauſa ad cauſam, de loco ad locum, ita de tempore ad tempus rectè prorogatio fit, dummodo durante primo tempore fiat, eo etenim elapſo ceſſat noua iuriſdictionis ratio, quæ partibus interdicitur, l. 1. l. priuatorum C. de iuriſdictione, cap. ſi diligenti de foro comp. intra primum tamen tempus legitima conficitur prorogatio ex Papiniano ex l. ſi cum dies 26. Vlpiano l. labeo. 3. ff. de arbitris, Pomponio in l. ſed & ſi manente 5. ff. de precario, l. cum ſtipulatus 113. ff. de verb. oblig. cap. præterea 40. de appell. ita interpretandus eſt noſtri textus prorogationem, vt delegati iuriſdictio non expiret, durante primo tempore fieri neceſſe fore, ſic accipienda eſt communis cum gloſa in præſenti verbo, prorogetur, Innocentij, Ioannis, Andreæ, Abbatis nu. 7. Felini 6. Decij 7. Mantuæ 24. Veroij 30. in præſenti, Bologneti, Burſati, Deciani Surdij, & Ziophij vbi ſupra.

Ex quo efficitur † omnia in primo tempore conſtituta, & in prorogato repetita cenſeri non ſolum, quia vt diximus non eſt noua, ſed eadem iuriſdictio, ſed quia vt reſoluimus in ratione decidendi prorogatio ſub eadem forma, & ſpecie fieri debet, & ideo eandem retinet naturam ex d. l. ſed & ſi manente cum aliis ſupra, ita gloſa verbo primi, & gloſa 1. in d. l. labeo, d. l. ſi cum dies, gloſa fin. in cap. is qui de præb. lib. 6. communis ibi, & ſecundum relatos à ſuperioribus, & ab Antonio Gab. 3. tomo communium lib. 2. tit. de dilationibus concluſione 2. à Rota Genuenſi deciſione 3. num. 22. 15.

Vnde deducitur primo † excommunicationem impoſitam non ſoluenti intra decem dies illis legitimè prorogatis non ligari ex noſtro textu vbi non expirat iuriſdictio tempore legitimè prorogato, & ex d. c. præterea 40. vbi excommunicatio ſimiliter impoſita ſuſpenditur appellatione ergo & prorogatione, eodémque argumento elapſo tempore prorogato excommunicationem ligare, quia eadẽ obligatio repetita fuit iuxta ſuperiorem interpretationem, ita contra Collectarium, & Enricũ probant pro vtraque parte ſtatim allegandi. 15.

17. Secundo, deducitur elegans diſputatio † iuſiurandum primo tempore interpoſitum in prorogato an repetatur duplex eſt quæſtio, altera an primi temporis lapſu periurium incurrat, eiúſque pœnas ſcriptas l. ſi quis maior C. de tranſactionibus, cap. querelam de iureiurando. Reſpondeo prorogatione excuſari ſicut iuſtiſſima cauſa argumenro d. c. querelam. Rurſus quia iuriſiurandi obligatio parti acquiſita eſt, ab ipſáque parte neceſſario remittenda, ipſa vero negante ab Epiſcopo pro ſui officij dignitate textus elegans in c. 1. de iureiurando. ideo potuit pars prorogatione illi obligationi renunciare, ideo elapſo primo tempore nullum eſt periurij periculum. altera eſt an iuriſiurandi obligatio tempore prorogato cenſeatur repetita duæ ſunt communes contrariæ. altera non cenſeri repetitam quia iudicatur acceſſoria reſpectu principalis, ſed prorogato principali non comprehenditur acceſſorium d. l. Labeo §. fin. 101. prorogato compromiſſo non comprehenditur primi temporis Fidei-iuſſio l. item quæritur 13. §. qui impleto ff. locati, l. ſi cum Ermes C. eodem. deinde ex textu difficili in cap. penultimo de iure-iurando, vbi qui ſolemniter ſtatuta facta Seruaturum iurauit, atque ſub eodem iuramenro poſtea facienda iure-iurando non obligatur ad poſtea facta, ergo non prorogatur iuſiurandum ita placuit Ioanni Andreæ, Baldo, in libro, Cardinali, Decio num. 7. in præſenti, qui dicit veriorem, Veroiuſque 100. num. 6. Coua. in cap. quamuis pactum 1. parte in principio num. 6. verſ. 8. Gabriel vbi ſupra num. 11. Burſatus conſ. 226. num. 29. tomo 2.

Contrarium altera probat iuriſiurandi religionem tempore prorogato repetitam eſſe quia reputatur idem tempus, eadem cauſa, eadem forma, & natura ex noſtro textu, & ex d. l. ſed & ſi manente cum aliis, vbi docuit Bart. & in l. 1. §. & poſt operis, vbi Alexander, & Iaſſon num. 8. ff. de operis noui nunciatione communior, & verior ſecundum Mantuam num. 24. Veroium 35. in præſentis, & relatos ab ipſo Coua. & ab Antonio Gabriele, & à Tiberio Deciano conſilio. 102. num. 15. volumine 3. à Franciſco Vegio conſilio 71. an. 19. ita tenendum eſt nec obſtat dicta lex labeo quia loquitur in fideiuſſione alio argumento explicanda, nec textum in d. c. penultimo, quia reſpondet communis futura ſtatuta reputari rem diuerſam, ad quam nimirum ſi iuſiurandum non prorogetur, id conuincitur quia de re ad rem prorogationem fieri probatur in l. de quare 74. §. 1. ff. de iudiciis, cap. cum olim 32. infra ideo Veroius num. 32. interpretatur futura ſtatuta eſſe nouam cauſam & diſpoſitionem proprio, ſolemníque iuramento indigentem, ſed repugnat eodem actu facta, & facienda ſeruaturum iuraſſe in d. c. penultimo, quare ſecurior interpretatio eſt iuſiurandum ſui natura ad incognita non extendi cap. ad noſtram 20. c. Quintaualis, cap. quemadmodum 25. §. illud de iureiurando, quia tunc deficiunt tres iuramenti Comites, de quibus in cap. & ſi Chriſtus 26. de iureiurando, & ſicut non obligatur ad ſtatuta iam facta, quæ nunquam recepta fuerunt, nec

Digitized by Google

ad recepta contrario vſu, vel deſuetudine abrogata vt probat Surdus conſilio 58. num. 14. quia præſumitur iuranti eſſe incognita, ita nec obligatur ad futura quia incognita ſunt, ita obſeruandum eſt.

Inde etiam tertio maior eſt diſpu-
18. tatio † in fideiuſſione in qua prior eſt opinio quod actus prorogatos primos fideiuſſores non comprehendit in compromiſſo, docuit textus in l. labeo §. fi. ff. de arb. in conductione textus in d. l. item quæritur §. qui impleto ff. locuti, l. ſi cum Hermes C. eodem, & ea ratione quemcumque actum comprehendentem, fidei-iuſſio per ſtipulationem, fit, ſtrictique iuris eſt l. 5. §. ſatis actio ff. de verb. obligationibus. l. blanditus C. de fideiuſſoribus, idcirco comprehendit dumtaxat quod expreſſum eſt, l. ſi pignore §. 4. ibi (non enim pro pignore, ſed pro mutua pecunia ſe obligauerant) l. fideiuſſores. 69. §. pro Aurelio ibi (quoniam ſolum in centum annua ſe obligauerant) non in omnem conductionem decreuerunt fideiuſſores in vſuras non teneri ff. de fideiuſſoribus, ergo fidei-iuſſio primo tempore ſolum expreſſa, non extenditur ad tempus prorogatum, ita placuit ſpeculatori tit. de fideiuſſoribus. §. 1. Baldo in d. l. ſi cum Hermes, & relatis à Felino in c. 1. num. 4. de iure iurando, à Coua. d. num. 6. verſ. 2. à Tiberio Deciano latè conſilio 72. n. 21. volum. 2. à Franciſco Vegio d. conſilio 71. num. 7. & 8.

Secunda opinio huic contraria eſt primi temporis fidei-iuſſores prorogato tempore obligatos manere ex d. l. ſed etſi manente ex noſtro textu, communique traditione, quoniam idem tempus, eademque cauſa iudicatur, temporiſque prorogatio in debitoris fauorem videtur facta ac proinde fideiuſſoribus magis vtilis quam noxia, imo inuito creditore illis competit l. ſi vnus 27. §. ſi cum Reo, ibi (ego didici exceptionem fidei-iuſſoribus competere) ff. de pactis cum aliis, docuit Bart. in d. §. & poſt operis num. 6. ibi Receptus, & ſecundum Felinum, & Decium num. 7. 4. limitatione; Mantuam num. 25. Veroium 34. in præſenti. Coua. vbi ſupra verſ. 4. Tiberium Decianum conſilio 102. num. 16. volu. 3. Vegio d. conſilio 71. an. 20. ſed impugnatur à nonioribus ex eo, quod prorogando nouatio videtur fieri fideiuſſorum conſenſu indigens d. §. qui impleto, d. l. labeo §. finali, l. 1. & 3. C. de nouationibus.

Ideo tertia eſt opinio prorogatione poſt primi temporis lapſum facta primos fideiuſſores obligatos non manere iuxta priorem ſententiam, durante tamen primo tempore obligatos manere iuxta receptas traditiones noſtri textus, & dictæ l. ſedet ſi manente cum aliis ſupra, ſed conuincitur quia prorogatione non extinguitur obligatio, ergo nec fideiuſſio, & ſicut creditor poſt tempus non petens & ſic tacitè prorogans nec obligationi debitoris, nec fideiuſſoris renunciare videtur, item nec expreſsè dilationem concedens, quia taciti & expreſſi idem eſt iudicinm l. cum qui ff. ſi certum petatur.

Vnde quarta opinio eſt quod ſi fideiuſſores ſimpliciter ſe obligauerint tempore prorogato obligatos manere, ſed ſi ſub limitatione tempore pro-

Digitized by Google

rogato obligatos non manere ex d. l. labeo, & d. §. pro Aurelio, & d. l. ſi pignore, ſed conuincitur à Mantua, & Veroio, qui cogitandum relinquunt.

Quare verior interpretatio ſit inſpiciendum eſſe an augeatur contractus, vel quantitas, eo enim caſu primi contractus fideiuſſores non obligari abſque nouo conſenſu ſecurè affirmandum eſt ex d. l. labeo, & d. §. qui impleto, d. l. ſi pignore, d. §. pro Aurelio, itaque priorem opinionem obtinere. an vero augeatur ſolutionis dumtaxat tempus, qua in ſpecie fideiuſſores tempore prorogato, abſque nouo conſenſu obligatos eſſe certiſſimum eſt ex noſtro textu, & d. l. ſed & ſi manente & communia relata in ſecunda opinione vtriuſque exemplum eſt; domum, vel hæreditatem conduxi, fideiuſſores dedi, pro alio triennio reconduxi, nec priorem penſionem, ſolui fideiuſſores conueniuntur, allegant pro ſecundo triennio obligatos non eſſe, ex defectu conſenſus quia augetur contractus, & quantitas. Cæterum ad prioris triennij ſolutionem quantuncumque prorogatam manere ſemper obligatos, quia augetur ſolum ſolutionis tempus, ita interpretanda ſunt iura in d. §. qui impleto, cum aliis, praxique receptiſſimum eſt quia cenſetur idem tempus ex noſtro textu cum aliis, & ita ſoluitur primum argumentum.

Non obſtat ſecundum quia maior
10. † veriſſima eſt partibus non licere iudicem creare, eum, qui iudex non eſt, ſed iuris beneficio, eum qui alias iudex eſt, poſſunt prorogatiuè iudicem facere in alia perſona, re, cauſa, loco, vel tempore d. l. ſi conuenerit ff. de iuriſdictione, d. l. 1. ff. de iudiciis, l. de qua re, §. 1. eodem, l. 1. C. de iuriſdictione, cap. cum olim 32. iſto tit. cap. diſpendia §. reus quoque de reſcript. in ſexto, cap. ſtatutum §. in nullo eodem tit. & lib. & in præſenti quia delegatus ad certum tempus eo durante partium conſenſu prorogatur. ita aliud eſt iudicem priuatum facere, hoc eſt partibus interdictum alium iudicem prorogare ad caſum in quo iudex non erat, hoc partibus iuris beneficio tributum eſt, obſeruatis requiſitis in ratione decidendi ſuperius iam in hoc textu explicatis.

Inde licet minor argumenti veriſſima ſit ex noſtro textus elapſo termino delegati iuriſdictionem expirare, non procedit conſequentia quando durante primo tempore prorogatio fit, quia iudex cum ſit à partibus prorogari poteſt vt ſæpè repetitum eſt, quia cenſetur idem tempus, & idcirco ſicut in primo tempore iuris dilationes pro ſententiæ oportunitate reſtringi poſſunt pro ipſius iudicis arbitrio, ita accipiendus eſt textus in cap. induciæ 3. quæſt. 3. c. quoniam contra falſam de probationibus, quoniam vt diximus, quæ ad partes pertinent ab ipſis remitti poſſunt abſque publici iuris iniuria d. l. 1. ff. de feriis, iuncto cap. vltimo infra de feriis, l. vltima §. & quia C. de iure iurando propter calumniam dando, cap. finali §. is autem iſto titulo, cap. tuis 39. de teſtibus, gloſa verbo illuſtrium, & communis in c. fin. de re iud. lib. 6. gloſa 1. gloſa verbo conſenſu, in præſenti, communis ſecundum Innocentium, Hoſtienſem, Abbatem num. 7.

Felinum & Decium 8. Mantuam 27.
Veroium 36. & relatos à Matienzo in
dialogo Relatorum. 3. p. c. 44. Ioanne
Baptiſta, Aſſinio in praxi §. 22. c. 12.
ita ſoluitur ſecundum.

Nec obſtat tertium ex d. c. innolita, cap. placuit, ſi diligenti quia reſ-
20. pondeo procedere in iudice † incapaci, nos loquimur de incompetenti,
obſeruandum enim eſt iudicem incompetentem iuris beneficio ex legitima
prorogatione competentem fieri, incapacem vero capacem non fieri,
hæc eſt vera interpretatio dictæ l. ſi conuenerit, & l. 1. de iudiciis, l. 1.
C. de iuriſdictione iuncta gloſ. verbo, perſonas, communi ſecundum relatos
in ratione decidendi, qua ratione quamuis epiſcopi conſenſu clerici
eligere poſſent quemcumque iudicem, ſi ſecularem eligunt, inutilis eſt
prorogatio quia incapax eſt, & poſſent ex d. cap. innolita, c. placuit, c.
ſi diligenti ab epiſcopo puniri, ita accipiendum eſt quod de feudo, &
nobilitate ſupra reſolutum eſt, quamuis ex epiſcopi commiſſione poſſit
ſecularis de cauſa ciuili inter clericos cognoſcere, vt reſoluitur in cap.
decernimus de iudiciis. vnde noſter textus cum ſimilibus interpretandus
eſt in iudice incompetenti, non in incapaci, ſoluitúrque tertium.

Nec obſtat quartum ex d. cap. ex conqueſtione, & d. c. diſpendia, quia
obtinent in reconuentione, licet enim reconuentio & progatio in multis
conueniant, quinimo reconuentionis beneficio iudex incompetens,
21. l. ſi idem. 11. §. ſed & ſi mutue ff. de iuriſdictione, & cũ Papinianus,
& auth. conſequenter C. de ſententiis & interlocutionibus, cap. 1. & 2. de
mutuis petitionibus, text. elegans in d. c. ex conqueſtione, in d. §. reus
quoque. ex quibus maximè ex d. c. 1. incapax reconuentione fit capax † ſcilicet à 21.
clerico laicus coram ſeculari conuentus poteſt clericum ibi reconuenire
de re temporali, & profana, quamuis iure expreſſum non ſit: ita tamen
receptum eſt à gloſa verò non teneat in c. at ſi clerici de iudiciis, gloſa
in d. c. 1. & in c. tuam de ordine cognitionum, & vbique communis,
fortiter præcedenti reſolutioni repugnans: diximus enim præcedenti
argumento incompetentem prorogatione fieri competentem, incapacem tamen
non fieri capacem, reſpondemus non obtinere in ſuperiori reconuentione, 22.
quoniam ſecularium † incapacitas in cauſis profanis, & temporalibus à iure
dumtaxat poſitiuo prodita eſt cap. decernimus de iudiciis iuxta communiores
traditiones, idcirco vincitur reconuentione, quæ naturali ratione
conſiſtit vt probat text. in d. c. 1. ibi (exigit) de mutuis petitionibus,
vbi latiſſimè diſputaui, differunt tamen quia in prorogatione partes in
iudice, caſúque prorogabili conſentire neceſſe eſt, at in reconuentione
iuris beneficium obtinet quamuis conuẽtus, vel reconuentus, vt
frequentiſſimum eſt inuiti ad iudicium trahantur reconuentioniſque natura
reconuentionem de re diuerſa fieri poſtulat, vt ex d. cap. ex conqueſtione,
cum aliis ſupra, cap. 2. de ordine cognitionum, & ideo vnam dumtaxat partem
recõueniri eadem natura exigit, ita ſoluitur quartum.

Nec obſtat quintum, quia vltra obſerua-

ſeruationes in ratione decidendi explicatas ad conficiendam prorogationem legitimam diſputatur an
23. iudicis prorogati cōſenſus † neceſſarius ſit, non eſſe reſpondet Vlpianus in l. 2. §. conuenire ff. de iudiciis, & probatur ex noſtro textu ſolum petente partium conſenſum, contrarium imo neceſſarium eſſe, probat eadem l. 2. §. ſi & iudex, textus in c. fin. §. is autem iſto tit. inde interpretes in dictis locis diuiduntur, communis eſt nulla in prorogatione iudicis conſenſus requiri niſi in prorogatione de tempore ad tempus vt in d. §. ſed & iudex, vbi gloſa vero in habita, & Bart. n. 6. communis ſecundum Dec. num. 20. Ripam 51. in c. 1. de iudiciis, Cagnolum in l. 1. nu. 28. ff. de iud. Petrum Surdum conſilio 56. n. 13. diſcriminis rationem aſſignat Bart. iudicem ſcire elapſo termino ſuam iuriſdictionem expiraſſe & idcirco prorogationi conſentire neceſſe eſt, vt iuriſdictionis certus ſit, ſed conuincitur ex Immola num. 72. Barboſa, Mantua num. 43. in cap. P. & G. infra, Veroio in præſenti n. 4. Surdo vbi ſupra quia iudex elapſo tempore partes litigare videns prorogaſſe veriſſimiliter putat, putare autem ſatis eſt ex d. §. conuenire ibi (& putet ſuam iuriſdictionem) quare ego in ea ſum opinione nulla in prorogatione expreſſum prorogati conſenſum neceſſarium eſſe, tacitum omni in prorogatione tacitum neceſſario requiri, & ita intelligi octauū conuenire noſtrum textum octauum ſed & iudex, §. is autem, hodie probat Surdus d. n. 13. nec ſuperfluum erit paragraphi, ſed & iudex reſponſum, quia elegans interpretatio eſt generalem §. conuenire, propoſitionem ampliari in d. §. ſi & iudex, in prorogatione de tempore ad tempus in qua maior eſt dubitatio, vt conſiderant Immola, & alij ſupra, ita ſoluitur quintum.

Nec obſtat ſextum † licet enim 24. maiorem exigat diſputationem reſpondeo de re ad rem, de cauſa ad cauſam, de loco ad locum, de tempore ad tempus prorogationem, fieri iure expreſſum eſſe: quo argumēto, & de perſona ad perſonam rectè fieri, eadē ratio poſtulat, nec contrarium iure probari poteſt iuxta habiles iuris terminos, & ita gloſa fin. in l. 1. C. de iuriſdictione obſeruat & multitudo, probat aliis contrarium docētibus ex d. c. P. & G. ego prorogationem verius puto propter ſpeciem d. c. Per G. vbi prorogātes erant laici, & Abbas S. Genoueſæ Appoſtolicus delegatus contra Epiſcopum Londonēſem, ideo Gregorius nonus reſpondet, quia Abbas nullam iuriſdictionem in prorogantes habebat huiuſmodi delegationem de perſona ad perſonam non prorogari. Cæterum ſi clerici cum Epiſcopo cauſam haberēt, & prorogarēt non reſponderet Gregorius non prorogari, quia nō poſſet dicere nullā iuriſdictionē Abbati competere, vt latius reſoluendū eſt in cap. cū olim & in c. P. & G. nec repugnat Eccleſiaſticos iudices eſſe ſolū incompetentes in ſeculares, & ita aliquam iuriſdictionē habere cap. paſtoralis, C. qualiter & quando de iudiciis, quia reſpondeo habere iuriſdictionem in habitu, & iuſta cauſa reducibilem ad actum, ſed ſecularium prorogatio in Eccleſiaſticum non eſt iuſta cauſa; & ideo Gregorius doctiſſimè reſpondit Abbatem nul-

Digitized by Google

lam iuriſdictionem habere in mercatores prorogantes, ita ſoluitur ſextum.

25. Non obſtat ſeptimum quia veriſſimum † eſt tempore noſtri textus niſi derogatio fieret ad certum tempus, vt in præſenti & §. ſi & iudex quo finito reſtringitur iuriſdictio vt diximus in ratione decidendi, iure Pontificio delegati inſtantiam tempore non reſtringi cap. venerabilis de iudiciis, quamuis iure ciuili contrarium eſſet l. properandum C. de iudiciis, cuius ratione lex Pontificia hodie reformata eſt Tridentini ſeſſ. 24. c. 20. quo iure hodie vtitur. ita ſoluitur textus in principio.

SEQVITVR EXPLICANDVS TEXTVS IN §. DE ILLIS DICTI CAP. de cauſis iſto titulo.

Summarium huius paragraphi.

1. *Deficiente iuris pœna iudex ponit arbitrariam.*
2. *Abſque coercendi poteſtate illuſoria eſt delegati iuriſdictio.*
3. *Delegans poteſt ad coercendos contumaces, iuris, vel arbitrij pœnas imponere, & num. ſequenti in fine.*
4. *Excommunicatio, & miſſio in poſſeſſionem an ſint propriè pœnæ.*
5. *Ad quas pœnas extendatur iudicis arbitrium iure Canonico.*
6. *Inutile eſt imperium ſine modica coercione.*
7. *Quæ dicantur certa iuris pœna.*
8. *Iudex punitur recedens à iuris pœna aliqua turpi cauſa.*
9. *Certa iuris pœna poteſt minui, & augeri ex circumſtantiis.*
10. *Pœna fiſco applicanda minui poteſt, parti vero non, & peccat iudex minuens.*
11. *Pœnæ ex cauſa minui poſſunt ante ſententiam, vel arbitrium poſtea vero non niſi à Principe.*
12. *Quid quando proceditur per viam inquiſitionis, & de interpretatione cap. at ſi clerici §. de adulteriis, de iudiciis.*
13. *Delegatus contra contumacem poteſt procedere iuris pœna, & ea deficiente arbitrari.*

SVMMA.

1. DEficiente iuris pœna delegatus arbitrariam † imponere poteſt.

Pro ratione dubitandi primo ſic argumentor contumacibus lex ciuilis,& Pontificia certam impoſuit pœnam vel coercionis,vel miſſionis in poſſeſſionem l. 1. ff. ſi quis ius dicenti l. ſatis 19. ff. de in ius vocando l. conſentaneum C. quomodo, & quando iudex, & excommunicationis cap. tuæ, cap. quoniam frequenter §. in aliis, vt lite non conteſtata, c. 1. & 2. c. prout de dolo & contumacia ſed in præſenti agitur de punienda contumacia, ergo arbitrariæ pœnæ nunquam locus erit.

Secundo, ſic argumentor delegatis modica dumtaxat coercio permiſſa eſt l. finali ff. de off. eius, imo iure Pontificio pœnam pecuniariam imponere interdictum eſt cap. licet de pœnis, ergo inutile erit delegati arbitrium.

Tertio, ſic argumentor certam etiam pœnam à iure ſtatutam poteſt pro arbitrio iudex augere, vel minuere, l. quid ergo 13. §. pœna grauior ff. de iis, qui notantur infamia l. & ſi ſeuerior C. ex qq. cauſis infamia irrogetur cap. at ſi clerici §. de adulteriis de iud. ergo non rectè delegati poteſtas ad iuris defectum reſtringitur.

Quibus non obſtantibus Alexander tertius in præſenti reſpondet delegatum poſſe iuris pœnam imponere, eáque deficiente arbitrariam. Decidendi ratio eſt abſque coercendi
2. poteſtate † illuſoriam eſſe delegati iuriſdictionem c. 1. c. præterea 5. c. ſanè 11. c. ex litteris 29. infra iſto tit. ex d. l. fin. ff. de off. eius, ac proinde delegationis natura ex eo quod cauſa delegato committitur illa poteſtas ipſi attributa eſt l. 2. ff. de iuriſdictione, melior textus in cap. præterea 5. vbi latiſſimè qua ratione ad puniendos
contumaces † poteſt delegatus iuris 3.
vel arbitrij pœnam imponere penſata delicti, cauſæ, perſonarumque qualitate, argumento legis 1. §. fin. ff. de iure deliberandi, l. Diuus 51. ff. ad l. Corneliam de falſis, textus optimus in l. 1. §. ſpilatores ff. de fractoribus, ibi (quibus quia nulla ſpecialis pœna imperialibus reſcriptis impoſita eſt &c.) l. reſpiciendum. 11. melior textus in l. aut facta 16. §. fin. ff. de pœnis, l. ſeruos C. ad l. Iuliam de vi, l. 3. §. finali, C. ne ſanctum baptiſma iteretur, cap. in cauſis 19. de re iudicata textus elegans in cap. fin. de tranſlat. ita interpretandus eſt noſter textus cum gloſa, & communi in præſenti ex Tiraquelo de pœnis temperandis in principio num. 14. Menochio de arbitrariis quæſt. 11. cum ſequentibus, eleganter Riminaldo n. 302. Bolognetto n. 80. in l. imperium ff. de iuriſdictione omnium iudic. cum infra allegandis.

Non obſtant in contrarium adducta pro ratione dubitandi, primum quia licet gloſa verbo, certa, difficultatem non abſoluat Innocentius, Hoſtienſis, Ioannes Andreas, Belam. Baldus & infra allegandi ſex intellectus referunt ad noſtrum textum commu-

Digitized by Google

4. niore eſt nec miſſionem † in poſſeſſionem, nec excommunicationẽ propriè pœnam eſſe, quia miſſio in poſſeſſionem exponſarum purgatione ceſſat, d. c. 1. cum ſeqq. de dolo & contumacia, d. c. quoniam frequenter §. in aliis, vt lite non conteſtata, & excommunicatio potius dicitur medicina, c. 1. de ſententia excom. in ſexto, & ita neutra noſtro textu comprehenditur, & ita arbitrio locus erit, ſed conuincitur quia vtraque pœna eſt miſſio in poſſeſſionem ex d. l. ſatis pœnæ, & d. l. conſentaneum ibi (ad cogẽdum eum vt ſeſe repreſentet) & d. §. in aliis, ibi, (alterutra pœna) nec obſtat purgatis expenſis ceſſare, quia non ceſſat ex purgatione, ſed quia ceſſauerat contumacia per obediẽtiam, quæ ſemper purgationem præcedit ex dictis iuribus, excommunicatióque quatenus, pœna grauiſſima eſt, vt conſtet ex c. 1. c. nemo contemnat 11. quæſt. 3. c. corripiantur 24. quæſt. 3. c. dilecto de ſententia excommunicationis in ſexto.

Quare aliis omiſſis Abbas n. 11. Felinus, & Decius 12. Mãtua 42. Verọius 60. ipſe 62. nouè interpretantur noſtri textus intellectum eſſe contra contumaces poſſe delegatum excommunicationis, vel miſſionis in poſſeſſionẽ ex dictis iuris, vel ſequeſtri c. 2. de dolo & contumacia pœnam impone, vel ſi alia contumacia poſtulauerit iuxta perſonę, & delicti qualitatem ex ſuperiori communi arbitrariam imponere, ita praxi acceptum eſt, ſoluitúrque primum.

Nec obſtat ſecundum quod difficilius erit † ſi conſideremus receptam
5. iuris traditionem, iudicis arbitrium lege Canonica porrigi ad grauiorem pœnam, nempe depoſitionem cap. cũ non ab homine de iudiciis, cap. tuę de pœnis, cap. degradatio eodem tit. libro 6. l. ciuili ad pœnam capitalem ſi crimen ea dignum fuerit ex Deutoronomij c. 25 c. non aſſeramus 24. qu. 1. vbi apertius probatur quam in allegatis à gloſa vero extraordinaria in §. in ſumma inſt. de iniuriis, communis ibi, & in dictis iuribus & ſecundum relatos à Felino n. 12. Decio 14. in cap. ex litteris de conſtitutionibus, à Iulio Claro libro 5. receptarum in praxi q. 83. à Menochio de arbitrariis q. lib. ſic itaque quoties iudici arbitrium committitur, poteſt depoſitionis, vel mortis pœnam imponere, eadem ratione idem videbitur permiſſum delegato in præſenti, vnde fortius vrget argumẽtum, delegatum habere dumtaxat modicam coertionem ex d. l. finali.

Aliis omiſſis reſpondeo aliud eſſe à delegato committi criminis vindictam, vel pœnam pro arbitrio exequendam, quo caſu arbitrio maior pœna crimini conueniens comprehenditur iuxta ſuperiorem communem; quinimo rigoris ſeueritate ſolent criminis magnitudini, Reipublicæque ſcandalo conſulere vltra iuris terminos pœnam augentes ex ratione ſequentis argumenti. aliud autem eſſe cauſam ciuiliter committi, in cuius proceſſu aliquem contumacem, vel inobedientem eſſe contingit, quo caſu inutile eſſet imperium ſine modica coercione † reſpondet textus ex l. 1. †. 6. qui mandatam, ex l. fi. ff. de off. eius, ita accipiẽdus eſt noſter textus & in cap. ſequenti, & in cap. paſtoralis 28. ibi (aliquã coercionẽ) in cap. ex litteris 29. iſto tit. iuncta reſolutione capituli ſe-

Digitized by Google

quæſtis infra vbi communis, & in præſenti, & in c. 1. ſupra, vbi Veroius nu. 33. Runaldus n. 260. Bolognetus 80. in l. imperiū ff. de iuriſdictione Belonus ſupputationum lib. 3. c. 6. Muſcornius de iuriſdictione num. 112. vnde delegatus contumaces iuris, vel arbitrij pœna comprimere poterit, ita ſoluitur ſecundum.

7. Nec obſtat tertium in cuius difficultate † principio cōſtituo eam certam iuris pœnam dici, quæ à lege ciuili, vel Pontificia, vel ſtatuto expreſſa eſt, idem ſi à conſuetudine recipitur, vt ex iuribus infra contra Decium communis obſeruat Abbatis num. 17. Mantuæ, & Veroij in fine Tiraquelli de pœnis temp. in primo num. 41. Menochij de arb. quæſt. 15. Hipoliti, & Bologneti, & aliorum infra. Secundo † conſtituo à certa iuris pœna iudicem recedentem ex cauſa turpi, vel

8. iniuſta grauiter puniendum fore ex d. l. ſeruos ad l. Iul. de vi. l. 3. §. fin. C. ne ſanctum baptiſma iteretur, l. nulli C. de iudiciis communis iuxta ſuperiores, & inferiores.

Tertio conſtituo † certum etiam

9. iuris pœnam à iudice per ſententiam ſi æquitatis ratio poſtulauerit, minui d. l. quid ergo §. pœna grauior ff. de iis, qui notantur infamia, l. & ſi ſeverior C. ex quibus cauſis infamia irrogetur. Si autem criminis natura, vel ſcandalum ita exegerit poſſe etiam augeri ex dictis iuribus, & l. aut facta §. fin. de pœnis, ita ſoluitur & interpretanda eſt d. l. reſpiciendum, ita c. fin. de tranſact. communior eſt contra Veroium num. 8. ex Abbate num. 16. cum aliis in præſenti, & Decio nu. 41. Alciato num. 2. in d. §. de adulteriis, Riminaldo in d. l. Imperium nu. 306. Thoma Grammaticus deciſione, 33. num. 6. Menochius de arbitrariis quæſt. 96.

Quarto conſtituo eas propoſitiones † obtinere in pœna fiſco applicanda, non parti, ea enim nec à iudice, nec à Principe minui poteſt text. elegans in l. vnica verſ. fin. C. de in ius vocando ibi (pœnam edicto perpetuo præſtitutam reſcripto tibi concedere temere deſideras) gloſa dicto verbo, concedi, communis ſecundum Bart. & omnes, & Decium ibi nu. 9. quod ſi de facto minuitur peccat iudex, vel Princeps, & ad reſtitutionem obligatur vt ex multis probat Thomas Grāmaticus d. deciſione, & conſilio 34. in principio, Hipolitus & alij ſupra. 10.

Quinto conſtituo ſuperiores † propoſitiones procedere quando iudex in ſententiæ pronuntiatione ex cauſa auget, vel minuit, poſt pronunciationem enim iuris, vel arbitrij pœnam ſententia expreſſam mutare non poteſt l. Paulus 42. l. iudex 55. l. cum querebatur 62. ff. de re iudicata, l. diui fratres 27. ff. de pœnis, l. 2. C. de ſententiis ex periculo recitandis ſicuti enim in ſententia iudici æquitatis ratio conuenit l. placuit C. de iudiciis cap. fin. de tranſactionibus, ita poſt ſententiam non conuenit, nec dicitur æquitas ſed Clemencia ad Principem dumtaxat pertinens, & idcirco à ſolo Principe mutari poteſt ex dictis iuribus, gloſa vero oneraſſe in d. §. pœna grauior, verbo corrigendi, in d. l. 2. communis ibi, & ſecundum Menochium & alios ſupra. Ripam num. 30. Rebufum num. 14. in l. quod iuſſit ff. 11.

de re iudicata.

Sexto conſtituo eam propoſitionẽ obtinere quãdoad partis petitionem in crimine proceditur, cæterum ſi per inquiſitionem, vel iudicis officium maior diſputatio eſt, obtinui tamen iure ciuili id obſeruandum eſſe, iure autem Pontificio etiam poſt ſen-
12. tentiam poſſe pœnam † à iudice minui, cap. inquiſitionis 21. c. qualiter, & quando el. 2. de accuſationibus, vbi Abbas nu. 17. Felinus, 3. Veroius 50. Sozinus 23. Iulius Clarus in praxi quæſt. 24. inde fortiter repugnat d. c. capitulum at ſi clerici §. de adulteriis, quia verius eſt ad partis petitionem fuiſſe clericum ſententia de poſitum, de poſitioniſque pœnam ab Epiſcopo minui, ideo plures aſſignantur intellectus, verior eſt cum clerico depoſito poſt pœnitẽtiam Epiſcopum diſpenſaſſe pro dignitatis officio vt poſt cõmunem ibi, & gloſam, verbo arbitrio, & Abbatem num. 6. in c. 1. de uoto, latiſſimè ibi diſputaui in ratione decidendi.

Ex quibus obſeruandum eſt dele- 13.
gatum † contra contumaces poſſe procedere iuris pœna, eaque deficiente poterit arbitraria vti, & in ſententiæ pronunciatione expreſſam etiam iuris pœnam ſi æquitas poſtulauerit augere, vel minuere iuxta delicti rationem, conſideratis ſuperioribus obſeruationibus. ita ſoluitur textus.

SEQVITVR EXPLICANDVS TEXTVS IN CAP. PRÆTEREA V. iſto titulo.

Summarium huius capituli.

1. *Cauſa ſimpliciter commiſſa poteſt delegatus citare, & punire, & reliqua facere, quæ ad cauſam ſpectant.*
2. *Antecedenti conceſſo conceditur & conſequens.*
3. *Iuriſdictio ſine poteſtate coercendi inutilis eſt.*
4. *Omnis potentia tamquam virtus, ad quam pertinet finis poteſt diſponere de ijs, quæ ſunt ad finem, & de vera ratione decidendi, & de interpretatione legis, 2. ff. de iuriſdictione omnium iudicum, & an in delegatione veniant ſolum ea, ſine quibus res expediri non poteſt præcisè, aut commodè.*
5. *Vſuſfructuarius propria authoritate nihil mutare poteſt, authoritate tamen, & iure proprietarij mutare poteſt.*

Digitized by Google

6. *Quæ poſſit facere delegatus.*
7. *A forma delegationis an ſit recedendum, & quibus modis.*
8. *Quomodo ſeueritatis verbum in præſenti accipiatur iuxta ſubiectam materiam, & quomodo iure ciuili.*
9. *Iudices an poſsint multare, aut imponere pœnam pecuniariam, & quid iure Canonico.*
10. *Pro celandis peccatis exigi non poteſt pecunia.*
11. *Pœnæ pecuniariæ ab Eccleſiaſticis iudicibus piis vſibus applicantur.*
12. *An delegatus multare poſſit.*
13. *Iure ciuili iudices habent carceres, & facultatem carcerandi, & an idem ſit iure Canonico iudicibus Eccleſiaſticis licitum.*
14. *Epiſcopus familiam armatam etiam ad incarcerandum habere non poteſt, communis traditur contraria opinio, verior & communior Epiſcopum poſſe habere familiam armatam ad defenſionem & incarcerationem, de honeſtate tamen petere auxilium brachij ſecularis nu. 15. & ibi diſtinctio traditur.*
16. *Quid ſit in iudice delegato? quando delegatus principaliter agit de delicto habet carcerem, & familiam armatam & ibi de intellectu noſtri textus.*
17. *Et quid quando delegatus agit incidenter de delicto.*
18. *Declaratur lex properandum §. ſin autem reus C. de iudiciis, & auth. de exhibendis Reis, §. ſi vero.*
19. *An delegatus qui de principali cognoſcere non poteſt poſſit cognoſcere de incidenti, traditur numeris ſeqq.*
20. *Quis ſit iudex incompetens aut incapax.*
21. *Incompetens ſicut prorogatione fit competens, ſic incidentia, non tamen incapax.*
22. *Prorogatio, & incidentia non eſt modus tollendæ incapacitatis.*
23. *An laicus incidenter de excommunicatione cognoſcat repellendo excōmunicatum à iudicio.*
24. *Laicus eſt incapax ad cognoſcendum de cauſa iuris patronatus, & tamen incidenter cognoſcit.*
25. *Clericus poteſt reconueniri à laico coram iudice laico, & de declaratione ſuperiorum numeris ſequentibus.*
26. *Laicus eſt incapax rerum Eccleſiaſticarum temporalium lege poſitiua, ſpiritualium lege diuina.*

27. *Quando agitur de iure rei ſpiritualis, vel Eccleſiaſticæ.*
28. *Laici ſunt incapaces ſiue de iure Eccleſiaſtico, ſiue ſpirituali agatur principaliter, vel incidenter.*
29. *Iudex ſecularis cognoſcit de mero facto ſiue principaliter ſiue incidenter.*
30. *Clerico à ſeculari capto non poteſt coram eo allegare, nec iudex cognoſcere de facto an ſit clericus quia deficit ſubiectum rei ſecularis.*
31. *An iudices laici cognoſcere poßint de iuramentis, vſuris & aliis.*
32. *An clericus poßit coram ſeculari reconueniri, & an laicus poßit clericus de falſo conuincere.*
33. *An delegatus in cauſa incidenti ſit competens.*
34. *Antecedenti conceſſo omnia ex eo dependentia conceduntur explicatur lex ſi ita 13. §. regula, & delib. & poſthu.*
35. *Omnes quibus intereſt ſunt citandi, vt veniant ad iudicium, & ibi de intellectu noſtri text.*

SVMMA.

CAVSA ſimpliciter commiſſa poteſt delegatus citare † capere, & punire, & reliqua facere quæ ad cauſam ſpectant.

Pro ratione dubitandi primo ſic argumentor vulgare iam argumentum repetendo, quod à delegato fit ſi in delegatione expreſſum non fuerit nullum eſt, cap. cum dilecta 22. cap. Rodulphus 35. de reſcriptis. cap. prudentiam 21. infra cum aliis: ſed quando cauſa ſimpliciter committitur, vt ex littera conſtat in præſenti non exprimitur poteſtas capiendi, vel puniendi, ergo ſi à delegato fit captio, vel punitio nulla erit.

Tertio ſic argumentor. in præſenti delegato conceditur procedere ſeueritate Eccleſiaſtica, vt ex littera apparet, ſeueritate comprehenditur depoſitio & degradatio cap. cum non ab homine de iudiciis, cap. tuæ de pœnis, cap. degradatio de pœnis in ſexto, ſed delegati imperium, & poteſtas ad modicam dumtaxat coërcionem refertur l. 1. §. qui mandatam iuncta l. fin. ff. de off. eius, cap. paſtoralis 28. infra, ergo non plenariam accipit poteſtatem in præſenti.

Tertio ſic argumentor. in negotiis ſpiritualibus nec multam, nec pœnam pecuniariam imponere debet delegatus c. 1. & 2. de dolo & contumacia, cap. licet de pœnis, ergo non plenariam accipit poteſtatem, vt in præſenti.

Quarto ſic argumentor. delictum in iudicio contingens delegatus punire non poteſt, ſed ad maiores iudices referre, l. properandum. 11. §. ſin autem Reus C. de iudiciis, auth. de exhibendis reis §. ſi vero ignoti ergo plenariam non accipit poteſtatem.

Quinto ſic argumẽtor. iudex de principali non cognoſcẽs, nec de incidẽti poterit

Digitized by Google

poterit cognoſcere, cap. tuam de ordine cognitionum cap. lator qui filij ſint legitimi, cap. fin. de iudiciis, ſed delegatus de delicto principaliter cognoſcere non poteſt, c. cum contingat de foro comp. ergo nec incidenter.

Sexto ſic argumentor. à ſeparatis non fit illatio l. ſed ſi ante 17. ff. de exceptionibus, c. 2. de exceptionibus, idcirco vno conceſſo aliud concedi neceſſario non debet c. conſtitui. 20. q. 3. ergo non ex eo quod cauſa committitur omnia committi neceſſe eſt.

Septimo ſic argumentor. de contumacia puniendum prius in ius vocari, & mandatum Appoſtolicum ad eum peruenire neceſſe eſt argumento text. in l. 1. §. permittitur ff. de lib. agnoſcendis l. 4. §. Prætor ff. de damno infecto, cap. cum cauſam de dolo, & contumacia, cap. vt debitus 59. de appellationibus cum aliis, ſed in præſenti conceditur ea poteſtas delegato quamuis mandatum Appoſtolicum ad partes non peruenerit vt ex tex. litera conſtat, ergo contra iuris traditiones delegato permittitur plenaria poteſtas hac in ſpecie.

Quibus non obſtantibus, contrarium in præſenti Alexander Tertius reſpondet, decidendique ratio aſſignatur in verſ. finali, ibi, (quia ex eo quod cauſa ei committitur ſuper omnibus, quæ ad cauſam ipſam noſcuntur ſpectare plenariam accipit potaſtatem) ſed de hoc inquirimus quare recipiat. vnde prior ratio deprahẽditur à iure Conſulto imitante Ariſtotelem lib. 5. metaphyſicorum docentem antecedenti conceſſo, con-
ſequens quoque conceſſum † videri,
inde ad iuriſdictionem, aliáſque iu- 2.
ris traditiones iure conſulti applicauerunt iuriſdictione conceſſa cõcedi etiã omnia ad illius explicationẽ neceſſaria l. 2. ff. de iuriſdictione, l. quidam conſulebant 57. ff. de re iudicata ibi (Princeps enim cum magiſtratum ei dedit, omnia agere decreuit). ita in aliis l. ad rem 56. l. delegatum 62. ff. de procuratoribus, l. 1. §. finali ff. ſi vſusfructus petatur ibi (puto eas ſolas præſtare compellendum, ſine quibus omnino vti non poteſt, ſed & ſi cum aliquo incommodo vtatur non eſſe præſtandas) l. veteres, verſ. quoniam ff. de itinere, actúque priuato, ibi (ſine quibus iter refici non poteſt) ita. c. 1. c. ſane. 11. c. paſtoralis 28. iſto titulo, hæc ratio veriſſima in ſe non cõcludit, ſequeretur enim ex ea quod ſi cauſa aliter expediri poteſt delegatus non haberet poteſtatem capiendi, & puniendi, nec de aliis cognoſcendi quod vtique falſum eſt vt diximus ad rationem decidendi, & probatur ex c. de prudentia de donationibus inter virum, vbi licet cauſa matrimonij ſine dotis cognitione expediri poſſet repræhenditur delegatus de matrimonio pronuncians quia de dote non cognouerat vt infra latius. ideo ſecunda ratio deprehenditur † ex iu-
re Conſulto in l. fin. ff. de off. eius, 3.
cap. paſtoralis 28. iſto tit. iuriſdictionem delegatam ſine poteſtate coercendi inutilem eſſe, & illuſoriam vt latius in d. cap. ad rationem decidendi, ſed reiicitur ex eo, quod poteſt referri, ad ea ſine quibus iuriſdictio expediri non poteſt, vt in d. l. 2. cum aliis, vt affirmat communis

Digitized by Google

ex Iaſſone, & aliis, eademque ratione excluditur alia aſſignata à textu in cap. prudentiam 21. §. ſexta in fine, & §. ſi vero in fine infra iſto titulo.

4. Quare ſumma † ratio & interpretatio eſt Ariſtotelis Ethycorum lib. 1. c. 1. Diui Thomæ 2. 2. quæſt. 40. art. 2. ad Tertium quod omnis potentia tamquam virtus, ad quam pertinet finis poteſt diſponere de iis, quæ ſunt ad finem.

Inde delegatus non ſolum de fine, id eſt de principali cauſæ cognitione; ſed etiam de ſpectantibus ad finem diſponere poterit, qua ratione ita ampliari d. legem 2. vt non ſolum neceſſaria, ſed etiam oportuna, vel incidentia intelligantur conceſſa ex noſtro textu, & d. ratione; & l. ſi areæ 68. ff. de vſufructu, vbi conceſſo areæ vſufructu conceditur etiam ædificium pro cõmoditate conſtruere l. quicumque §. penultimo in fine ff. de institoria actione, melior text. in d. cap. prudentiam §. ſi vero, vbi delegatus agnoſcit de excommunicatione quia ad cauſam ſpectat, quãuis poſſit alias expediri poteſt text. in d. c. de prudentia de donationibus inter virum.

Ex quibus, & aliis dictam legem ſecundã ex noſtro text. ita interpretandam eſſe firmat Aretinus in cap. de teſtibus num. 9. infra de teſtibus, Abbas num. 4. Decius num. 6. in præſenti, ante eos Baldus in l. 2. magis communiter receptus ſecundum Decium num. 6. Claudium 16. Purpuratum 76. Alciatum. 3. Bolognetum 18. ibi Lelium Iordanum de maioribus Epiſcoporum cauſis c. 8. nu. 31. contrarium autem imo noſtrum text. intelligendum eſſe vt delegatus plenariam accipiat poteſtatem in eis ſine quibus cauſa expediri non poteſt ex d. l. 2. & l. veteres, ibi, (ſine quibus iter refici non poteſt) & d. l. 1. §. fin. ibi (ſine quibus omnino vti non poteſt, ſed & ſi cum aliquo incommodo vtatur non eſſe præſtandas) defendit Iaſſon num. 11. communem Curcius num. 3. ſequitur Corraſius num. 4. in d. l. 2. Felinus in præſenti num 4. prima limitatione, Petrus Gregorius Syntagmatum lib. 47. c. 22. num. 17. prior tamen, & verior & cõmunior. nec obſtat d. l. 2. quia eleganter ampliatur ab Alexandro 3. in præſenti. nec obſtat dicta l. veteres quia non ſolum loquitur in neceſſariis, ſed etiam de vtilibus vt conſtat ex principio ibi (ad refectionem vtilia) nec obſtat d. l. 1. §. fi. cui varios intellectus referunt Decius, & alij ſupra, Alciatus intelligit de minimo commodo quod non eſt in conſideratione, Bolognetus interpretatur illas ſeruitutes non eſſe præſtandas ex voluntate proprietarij, qui ſciens prudens illas concedere non voluit, ſed ex illis verbis ſupra relatis proprietarij voluntas deprehendi non poteſt. Rurſus ſignificat Bolognetus de vſusfructus natura debitas eſſe, quod videtur negare iure Conſultus ibi. Quare nouiores conſtituunt differentiam inter delegationis, & vſusfructus leges. delegationis natura ſemper omnibus, quæ ad cauſam ſpectant plenariam tribuit poteſtatem ex noſtro text. & aliis ſupra. Vſusfructus tamen lex non concedit à forma recedere etiam in iis,

ſine quibus vti non poteſt lex vſufructuarius 68. ff. de vſufructu, vbi gloſa verbo non poſſit communis ſecundum Baldum, Aluericum, & Fulgoſium, & relatos à Pinelo in l. 1. 2. p. an. 53. C. de bonis maternis, quamuis recedant aliter illam legem interpretantes, Curcius in d. l. 2. nu. 59. Corraſius Miſcellanearum lib. 1. c. 6. Carondas vero ſimilium lib. 1. c. 5. imo etiam in Domini vtilitatem l. vſusfructuarius 51. ff. de vſufructu ibi. quia tamen ſi meliorem excolendo ædificium Domini cauſam facturus eſſet iure, tamen ſuo facere non poſſe. Hæc interpretatio grandem includit difficultatem ſi quidem & in vſufructu poteſt mutari l. æquiſſimum 17. §. ſed nec dictas, & §. ſed nec ædificium, & in l. penultima ff. de vſufructu, & in delegatione non licet à forma plerumque recedere cap. cum dilecta 22. c. Rodulphus 35. de reſcriptis, cap. prudentiam 21. infra iſto titulo idcirco verior interpretatio vſufructua-
5. rium † iure ſuo id eſt, propria authoritate nihil mutare poſſe, proprietarij autem iure, & authoritate omnia mutare poſſe, ita eleganter ſignignificauit iure Conſultus in d. l. vſufructuarius 51. ibi (iure tamen ſuo facere non poſſe) ita interpretandæ ſunt dictæ leges æquiſſimum §. ſed nec dictas, §. ſed nec ædificium, d. l. vſufructuarius 68. d. l. penultima, & eodem iure delegatus ex commiſſionis natura diſponere poteſt de omnibus, quæ ad cauſam ſpectant, tamquam delegantis vices gerens c. ſane. 11. infra.

Qua ratione ſicut poteſt arbitrariam imponere pœnam † in §. præcedenti ſuam ſententiam exequi c. 6.
ſignificaſti 7. excommunicatos abſoluere, & de excommunicatione cognoſcere cap. prudentiam 21. §. ſexta, & §. ſi vero Epiſcopos, & Prælatos coërcere, & poteſtates & potentes c. 1. c. ſane. 11. cap. paſtoralis 28. cap. ex litteris 29. c. ſuſpicionis 39. iſto tit. ita eademque ratione capere, & punire ex noſtro textu non ſolum ſi cognitionem impedit, ſed etiam ſi ab impedimento ceſſauerit vt reſoluimus in c. 1. ad rationem decidendi, quia iure Conſultorum traditio concedens neceſſaria ad cauſæ expeditionem d. l. 2. cum aliis ampliatur elegantiſſimè ab Alexandro 3. in præſenti vt obtineat nõ ſolum quoad neceſſaria, ſed etiam quoad vtilia opportuna, commoda, & faciliora, ad cauſæ expeditionem, & ad omnia quæ ad cauſam ipſam ſpectare noſcuntur, vt ſtatim explicabimus ad argumenta.

Non obſtant in contrarium adducta pro ratione dubitandi, primum quia ſicut ex cap. cum dilecta, cap. Rodulphus de reſcriptis, cap. prudentiam, cap. P. & G. iſto tit. delegationes reſtringendas eſſe, nec ab eis recedendum † fore frequentiſſima tra- 7.
ditio eſt, & interpretatio receptiſſima non inde impediri extenſiones delegationis natura, ratione, vel iuris beneficio prouenientes c. 1. c. de cauſis ſupra vbi diximus ad rationem decidendi, & in primo argumẽto, ac proinde ipſa delegationis natura iuriſdictionis potentia comprehendit non ſolũ ea, quæ ad cauſam neceſſaria ſunt d. l. 2. ff. de iuriſdictione, ſed etiam, quæ ad cauſã expectant ex noſtro verſ. fin.

Digitized by Google

vt reſolutum eſt in ratione decidendi, ac proinde cùm primum cauſa committitur, & à delegato acceptatur, poteſt ipſe nuncios, notarios, officiales, locum pro tribunali conſtituere, & reliqua facere, quæ in noſtro text. & relatis in ratione decidendi continentur, & per partes explicant Hoſtienſis, Belamera, Immola, Abb. n. 3. Felinus, & Decius in præſenti & in c. 1 vbi Mantua num. 6. Verolus 26. ſupra Barr. & omnes in d. l. 2. vbi Bolognetus vſque ad numerum 31. duodecim ampliationes proſequitur, quarum potiſſimas diſputabimus infra, eaque ratione quod à delegato fit in ius vocando, capiendo, vel puniendo ſecundum ius directum ex ipſa delegationis natura fundantur in præſenti cum ſimilibus vt ſtatim explicabimus, ſoluiturque primum.

8. Nec obſtat ſecundum quia † in cap. præcedenti §. de illis reſoluimus delegato competere pro officij dignitate poteſtatem coërcendi ex d. l. fin. ff. de off. eius, c. 1. d. §. de illis, cap. paſtoralis infra. nec repugnat illam coërcionem eſſe modicam, & in præſenti concedi plenariam poteſtatem procedendi ſeueritate Eccleſiaſtica, quam authore Abbate nu. 3. & Felino, maiores pœnas comprehendere ſui natura poſtulat, ſed improbat Decius, quare ſciendum eſt inter pœnas canonicas iuxta rationem recti ſermonis cenſuram referri ad pœnam ſpiritualem, de qua in cap. nemo contemnat 11. quæſt. 3. c. corripiantur 24. quæſt. 3. c. quærenti de verb. ſignificatione, ſeueritatem autem referri ad pœnam temporalem in præſenti, & in c. fin. de tranſactionibus, animaduerſionem referri ad maiores, & grauiores pœnas iure ciuili ad capitalem l. imperium ff. de iuriſdictione, iure Pontificio ad degradationem, & ſimiles c. in nonnullis infra de Iudæis. Cæterum lex Pontificia verborum ſubtilitates non reſpiciens, rebuſque magis quam verbis inſiſtens promiſcuè vtitur, vt materiæ ſubiectæ ratio poſtulat cap. in quibuſdam de pœnis, cap. paſtoralis 28. §. finali iſto tit. verior ſecundum Decium in præſenti, & magiſtraliter Sozinum in d. cap. in quibuſdam num. 6. Simonem Maiolum de irregularitate lib. 5. c. 8. Petrum Gregorium Sintagmatum lib. 31. c. 29. cum ſequentibus. vnde ſeueritas in præſenti accipienda eſt iuxta contumaciæ modum, quod conſiderato poterit delegatus pœnam imponere, in cuius impoſitione plenariam habet poteſtatem ex noſtro textu, & dicta ratione, ita ſoluitur ſecundum.

Nec obſtat tertium quia † iure ciuili certum eſt iudices tribunalia habentes poſſe multare, & pecunia punire l. 2. §. fin. ff. de iudiciis l. 1. & finali C. de modo multarum, l. 2. de ſportulis iure Pontificio controuerſum eſt, & Eccleſiaſticum non poſſe multare, id eſt pecuniariam imponere pœnam, probatur, c. irrefragabili §. fin. de off. ordinarij, c. vt clericorum de vita & honeſtate clericorũ, c. nemo. 14. de ſimonia, c. licet de pœnis, & pro regula traditur c. 1. de dolo & contumacia, contrariũ tamen ſatis expreſſum eſt c. ſtatuimus 16. quæſt. 1. c. ſi vos 23. quæſt. 5. c. dilectus in principio de off. ordinarij, in præſenti 9.

Google

& in §. præcedenti, cap. paſtoralis 28. c. ex litteris 29. iſto tit. in qua difficultate verior ſententia eſt vt à peccatis, & delictis homines arceantur & omnes in officio, & Reipublicæ tranquilitate contineantur ab Eccleſiaſtico iudice multam, & pecuniariam pœnam iure directo imponi poſſe vt probatur in poſteriori opinione, & praxi receptiſſimum eſt ex Hoſtienſi, Abb. & Sozino in d. c. licet Bernardo de zeclugo in praxi c. 134. Coua. lib. 2. reſolutionum c. 9. num. 9. Marco Antonio maiorum inſtitutionum lib. 2. tit. 6. num. 110. Petro Gregorio d. libro 31. c. 29. cum ſequenti. nec obſtant contraria iura, quia quatuor priora improbant iniuſtam pecuniæ exactionem ex iudicum auaritia prouenientem, quæ plerumque conuertitur in ſimoniam, nempe quando
10. pro celandis peccatis † exigitur pecunia textu in d. c. 1. de dolo & contumacia interpretandus eſt in ſpecie, de qua loquitur, ſcilicet quando non periclitatur iuſtitia, & contumax cautionem pręſtiterit de obediendo, tunc æquitas canonica ſuadet non eſſe multandum, at vero ſi iuſtitia periclitaretur, & contumax in obedientia perſiſteret, poſſet vtique multari, nec ex auaritia, ſed ex iuſtitia procederet vt ibi probat Abb. num. 5. & 6. & 29. & ſuperior communis. Vnde lauda-
11. bilis † praxis inter Pontificios oritur pœnas pecuniarias ad pios vſus applicari cap. cum ſit §. fi. infra de Iudæis, cap. cum tu de vſuris, hodie etiam ad iuſtitiæ defenſionem, quia Eccleſiæ ita intereſt, quæ in ordinariis receptiſſima ſunt, in delegatis autem contro-
12. uerſa, quia delegatum multare † non poſſe argumento eſt textus in l. 1. ff. ſi quis ius dicenti, d. l. 2. §. finali ff. de iudiciis, l. aliud eſt fraus 131. ff. de verb. ſignificatione l. eos cum gloſa 1. C. de modo multandi, l. defenſores l. 2. C. de defenſoribus ciuitatum, ita probat communis. contrarium autem expreſsè probatur in l. 2. C. de ſportulis, & argumento noſtri textus, & paragraphi præcedentis, cap. paſtoralis 28. in primo & §. finali & gloſa verſ. puniat, cap. ex litteris 29. iſto tit. communis ex ſupra relatis, in qua controuerſia iure ciuili communior eſt à Principis delegato multam imponi poſſe, ab inferioris delegato nequaquam, iure autem Pontificio imponi poſſe, & verior & communior eſt d. c. ex litteris cum aliis. ex quibus ſatis apparet delegatum in præſenti pro contumaciæ modo multare, & pecunia punire poſſe, & ſuperiora iura ad illius interpretationem reducenda fore, ſoluiturque tertium.

Nec obſtat quartum ad cuius cognitionem † ſciendum eſt iure ciuili 13. iudices ſine difficultate carceres habere, & coercendi facultatem pro officij dignitate, & reipublicæ officio neceſſarium eſſe, vt conſtat ex tit. ff. & C. de cuſtodia Reorum cum aliis multis iure Pontificio controuerſum eſſe an Eccleſiaſticis iudicibus eadem ſit attributa poteſtas, priorque opinio eſt, nec carcerem nec poteſtatem carcerandi habere niſi vbi temporalem etiam iuriſdictionem habuerint quo caſu intelligunt c. 1. de off. ordinarij, cap. dilectis 55. de appellat. c. 1. de depoſito c. 2. de adulteriis, cap. attēdendum 17. quæſt. 4. c. contra idolorum 26. quæſt. 5. c. cum Epiſcopus de off.

ordinarij in ſexto Iacobus de bello viſu, Molineus, Petrus Greg. & alij infra, ſed malè ideo ſecunda eſt clericos poſſe carceri mancipare, & intelligi ita illa iura, laicos autem excommunicationis ſententia opprimere, quia illa eſt Eccleſiæ poteſtas, & Prælatorum gradus cap. nemo contemnat 11. quæſt. 3. c. dilecto de ſententia excommu. in ſexto. Trident. ſeſſ. 25. c. 3. ibi (ad continendos in officio populos) ſed communiter improbatur. tertia eſt quibus in caſſibus Eccleſiaſticus in laicos animaduerſionem habet d. c. attendendum, d. c. contra idolorum, c. cum ſit generale, iuncta gloſa verbo malefactores, & communi de foro comp. poſſe eoſdem carceri tradere, non tamen propria authoritate, ſed ſecularis inuocatione argumento capituli petimus 11. quæſt. 1. c. 1. de officio ordinarij, cap. poſtulaſti de homicidio, quia Eccleſiaſticus etiam Epiſcopus familiam armatam † habere non poteſt etiam ad incarce-
14. randum auctore Abb. in cap. ſignificaſti, Felino num. 4. Veroio 32. iſto tit. dicit communem, conſtanterque veriorem defendit Palacios Ruuios in repetitione cap. per veſtras ſecundo notabili §. 1. num. 11. & praxi ſeruari Iulius Clarus in praxi quæſt. 37. num. 8. quarta opinio eſt † poſſe Ec-
15. cleſiaſticum propria authoritate capere, & carceri mãcipare etiam laicos in caſſibus iure permiſſis d. c. attendendum, d. c. contra idolorum, d. c. 1. de off. ordinarij eleganter d. c. 2. de adulteriis, ex quibus cum apertè conſtet Eccleſiaſticis etiam poteſtatem tributam eſſe, neceſſarium eſt conſequens propria authoritate facere poſſe, miniſtroſque & officiales, & familiam ad exequendum conſtituere poſſe ex d. l. 2. ff. de iuriſdictione, apertius ex noſtro textu, & ſuperiori decidendi ratione, quare obſeruandum eſt ſecularis inuocationem hac in ſpecie non eſſe de neceſſitate ſed de modeſtia, & prudentia Canonica etiam contra Eccleſiaſticos potentes obſeruandam ad vitandum ſcandalum, quo ceſſante Eccleſiaſticus propria authoritate etiam laicos carceri emãcipare, & familiam ad mancipandum habere poteſt ita proxima, & ſuperiora iura interpretantur Baldus & Decius in d. c. ſignificaſti, latè Coua. magis communem probans in practicis. c. 10. num. 2. veriorem & magis communem Lelius Iordanus de maioribus Epiſcoporum cauſis c. 8. vbi arguit Abbatem de iuriſdictione Eccleſiaſtica malè ſentientem, & Iulium Clarum impietatis, Cucus maiorum inſtitutionum lib. 2. tit. 6. num. 112. probatúrque Trident. d. ſeſſione 25. c. 3. ibi (perſonarúmque diſtrictionem per ſuos proprios, vel alienos executores faciendum &c.) in qua difficultate obſeruandam eſt quartam opinionem, & veriorem, & communiorem eſſe quando agitur de criminis pœna, vel vindicta Eccleſiaſticis contra laicos competenti. at vero ſi in cauſa ciuili laicus ab Eccleſiaſtico condemnaretur, & propter inobedientiam ſacris interdiceretur, in excommunicationéque perſiſteret eo caſu per ſecularis inuocationem capiendus erit, & in ſeculari carcere detinendus iuxta communes traditiones niſi contraria conſuetudine aliud receptum ſit, in quo omnes con-

Digitized by Google

ueniunt præter Lelium Iordanum,qui conſuetudini non putat differendum ſed receptis traditionibus proximè relatis.

16. Hæc omnia in ordinariis † ſatis conſtituta ſunt, in delegatis magis dubia & controuerſa, quia interpretes ſupra relati variis diuiduntur opinionibus, pro reſolutione autem diſtinguendum eſt quando agitur principaliter de criminis pœna, vel vindicta delegato commiſſa, aut de cauſa ciuili in qua incidenter delictum occurrit.

Priori caſu. Verior & communior ſententia eſt delegatum habere carcerem, & incarcerandi poteſtatem, familiamque ad id neceſſariam ex eadē traditione dictæ legis 2.ff. de iuriſdictione, & noſtro textus & cap.1. depoſito, ibi (vinculis alligatum) & cap. ſuper iis de pœnis, vbi clericum vacilantem delegatus capere, & detinere poteſt. Nec obſtat multorum interpretatio non fieri authoritate delegati, ſed Pontificis vt probant illa verba, (mandato noſtro captus, & detentus) ita ſcriptum eſt multis codicibus, probatúrque ab Ant. Aug. 3. collectione cap. ſuper iis de accuſationibus verſiculo fin. confirmatúmque Romanorum emendatione, quia reſpondeo in aliis codicibus ſcriptum eſſe (mandato veſtro captus & detentus, ita recepit Concius in d. c. ſuper iis de pœnis) & ita ad delegati authoritatem referri neceſſe eſt, oſto tamen veriorem eſſe, (mandato noſtro) interpretatio eſt referri ad principalem cauſæ commiſſionem non ad capturam dumtaxat, quia Pontificem Maximum ſuper clerici vacilantis capturа dumtaxat conſulere, leue argumentum eſſet, & rationi contrarium. quare rationi intellectus magis conuenit verba (mandato noſtro) ad principalem negotij commiſſionem referenda eſſe, quo etiam iure interpretandus eſt textus in cap. quamuis de pœnis libro 6. vt obtineat in ordinariis, & huiuſmodi delegatis, eadémque ratione intelligendus eſt textus in clemētina 2. in fine, de hæreticis vt ius ſingulare non conſtituat in delegatis ad crimen hæreſeos, ſed cuiuſcumque criminis captura, & punitione digni, in quo delegatus & capere, & punire rectè poterit ex communi in dictis iuribus, Sorino in d. c. ſuper iis num. 5. Decio in præſenti num. 6. Veroio in c. 1. ſupra num. 26. Bologneto in d. l. 2. numero 22. Lelio Iordano in d. c. 8. ita praxi frequentiſſimum eſt.

Poſteriori † autem caſu maior controuerſia eſt ſed communior traditio, & praxi frequentior ita accipienda eſt ſi delictum incidens finem cauſæ impedit quilibet delegatus poteſt in carcerare, quia reputatur antecedens neceſſarium ad cauſæ finem ex d. l. 2. & communi, ſi autem non impedit à Principis delegato poteſt captura fieri ſi ita opportunum, & commodum fuerit, non autem à delegato inferiori ita interpretanda eſt traditio dictæ legis 2. noſtri textus, c. 1. c. paſtoralis, c. ex litteris iſto tit. & dicta l. fin. ff. de off. eius, cum gloſa & Abbate num. 4 Decio num. 6. in præſenti, Veroio d. num. 26. & 36. Bologneto in d. l. 2. num. 25. ita obſeruandum eſt. 17.

Quibus ita diſpoſitis † ad argumentum Reſpondeo textu in d. l. 18.

properandum §. ſin autem Reus C. de iudiciis obtinere in diuerſa ſpecie ſcilicet in executione in alieno territorio facienda, quam per requiſitorias iudicantis litteras fieri neceſſe eſt, l. à Diuo Pio, vbi communis ff. de re iudicata c. cum contingat, iuncto cap. poſtulaſti de foro comp. ita gloſa Paulus & Iaſſon in d. §. ſin autem Reus, communis ſecundum Alciatum in l. imperium num. 210. ff. de iuriſdictione, Menochium de arbitrariis quæſt. 74. num. 19. Bologneto in d. l. 2. vt reſolutum eſt in c. 1. ſupra. nec obſtat textus in auth. de exhibendis §. ſi vero, quia gloſa ibi verſ. non valente tentat correctum eſſe ex auth. de litigioſis §. omnem, verſiculo aliis, vbi gloſa verſ. aliis, recedit à correctione & obſeruat textus in d. §. ſi vero, negare delegato iuriſdictionem comprimendi contumacem ante litis conteſtationem, ſed in d. verſ. aliis concedere eam poteſtatem lite iam conteſtata à multis recipitur, à nouioribus conuincitur ex eo quod nulla lege reperitur litis conteſtationem habere poteſtatem tribuendi iuriſdictionem non habenti, vnde Alciatus vbi ſupra paragraphum ſi vero intelligi in iudice dato §. omnem, in eo cui mandata eſt iuriſdictio, ſed improbatur à Bologneto, & Menochio quare Bolognetus in d. l. 2. num. 25. interpretatur illa verba iudice agere non volente in d. §. ſi vero non referri ad delegati poteſtatis defectum, ſed ad ſtatum cauſæ nempe lite nondum conteſtata delegatum ad ſententiam procedere non poſſe, ſed reiicitur quia littera afficitur violentia, & conſentit delegato ante conteſtationem non comperere coercendi poteſtatem, vnde Menochius omnes intellectus reprehendit. quibus omiſſis negari non poteſt, quin Iuſtinianus in d. §. ſi vero, docuerit delegatum ante conteſtationem non habere poteſtatem ad coercendos contumaces & ita melius conſultum eſſe id ad delegantem referri vt pleno iure contumaces comprimat, & ita licet non expreſsè, tacitè tamen delegati poteſtatem reſtrictam eſſe ſignificat, & in authentica de litigioſis §. omnem expreſsè delegatis eam poteſtatem concedi vt conſtat ex illis verbis (præſenti lege permittimus) ex quibus nouum ius induci certum eſt, ab omnibúſque receptum, inde ſumpta eſt authentica qui ſemel C. quomodo & quando iudex. eóque iure vtimur, inde interpretandus eſt textus in authentica de teſtibus §. ſi vero, vbi ſtatutum eſt à Iuſtiniano poſſe delegatum torturæ ſubiicere teſtem ignotum, quod non percipientes multi doctores Iuſtiniano imponunt contrarium docuiſſe, ſed apertè errant, Iuſtinianus enim docuit quod ſi delegatus teſtem ignotũ torquendum eſſe decreuerit, tortura inferenda eſt per aparitores, & miniſtros ordinarij, quia illa tempeſtate ſolus ordinarius aparitores, & miniſtros habebat, l. omnes 31. §. executoribus verſ. vel ſi aparitor C. de Epiſcopis & clericis ibi (aſſumam aparitorem magnificentiſſimi Prætoris, vel defenſorem, vt per eos inferam eis verberum ſperimentum) veram ergo delegato poteſtatem comprimendi tribuit Iuſtinianus. ita accipienda eſt ſuperior communis, & gloſa verbo, non potuit, & communis diſputatio

diſputatio Bartoli, & Iaſſonis num. 13. Bolognеti 23. in d. l. 2. ac proinde illa iura probant potiuſquam improbant diſpoſitionem noſtri textus ita.

19. Nec obſtat quintum quia latiſſima eſt † diſputatio an iudex, qui de principali non poteſt cognoſcere, ſi incidenter occurrat poſſit cognoſcere & poſſe ex multis probatur. primo quia inferior de cauſa ſtatus cognoſcit ſi incidenter occurat l. quoties C. de iudiciis, de qua principaliter cognoſcere non poteſt l. 2. in fi. C. de pedaneis iudicibus, l. 1. C. de ordine iudiciorum. Secundo teſtis alterius iuriſdictionis poteſt puniri à iudice ratione teſtimonij l. nullum 12. C. de teſtibus. Tertio Eccleſiaſticus de dote inter laicos cognoſcit ſi incidenter occurrat in cauſa matrimonij cap. de prudentia de donationibus inter virum & vxorem, ita conſideratur in delegato in cap. ſuper quæſtionum 27. §. ſexta, & §. ſi vero. infra iſto tit. ita receptiſſimum eſt. contrarium autem imo non poſſe probatur primo quia laicus, qui de iure natiuitatis principaliter cognoſcere non poteſt c. 2. & 3. de iudiciis nec incidenter cap. tuam de ordine cognitionum. ſecundo idem probat textus in cap. lator qui filij ſint legitimi. tertio & textu difficili in cap. fin. de iudiciis, ita receptiſſimum eſt. in qua difficultate aliis omiſſis veriſſima interpretatio eſt priorem obtinere in iudice incompetente, poſteriorem

20. in iudice incapaci. incompetens † eſt qui iuriſdictionem habet in habitu & potentia, vnde ex incidentia, vel alia iuſta cauſa reducitur ad actum, & exercitium vt diximus in iudice prorogabili in cap. de cauſis ſupra, incapax eſt qui nec in habitu, nec in actu iuriſdictionem habet ad aliam cauſam, vel perſonam, vtriuſque exemplum eſt Prætor Salmantinus quoad laicos huius territorij iuriſdictionem habet in habitu & actu, id eſt in potentia, & exercitio quo ad hominem alterius territorij in habitu & potentia, non in actu, vel exercitio, inde quoad ſuos dicitur propriè competens, quoad alienos incompetens, quoad clericos tamen, & ſcholaſticos incapax. Rurſus † incompe- 21. tens, ſicut ex prorogatione fit competens l. ſi conuenerit ff. de iuriſdictione, l. 1. & 2. ff. de iudiciis, c. 1. c. ſignificaſti de fo. comp. vt diximus in cap. de cauſis in ratione decidendi, ita ex incidentia d. l. quoties, l. nullum, vel ex alia iuſta cauſa, quæ ſufficit vt iuriſdictio quæ eſt in habitu & potentia reducatur ad actum, & exercitium, incapax tamen non poteſt fieri capax niſi ab habente poteſtatem tollendi incapacitatem in cap. præter, verſiculo ſcribit Beatus Gregorius 32. d. c. Menam 2. quæſt. 5. & ita non ex † prorogatione, vel inciden- 22. tia quia non eſt modus tollendi incapacitatem. hæc eſt veriſſima interpretatio, cui tamen fortiter repugnāt plurima argumenta, potiſſima ſunt excommunicationem ſpirituale eſſe cap. nemo contemnat 11. quæſt. 3. c. corripiantur 24. quæſt. 3. c. quærenti de verborum ſignificatione, cap. dilecto de ſententia excommu. in ſexto. Tridentini ſeſſ. 25. c. 3. ſi tamen incidenter occurrat † poteſt laicus de ex- 23. communicatione cognoſcere, excōmunicatúmque à iudicio repellere

Digitized by Google

cap. decernimus de ſententia excom-
mu. in ſexto ius patronatus ſpirituali
annexum eſt cap. quia clerici, cap. de
iure de iure patronatus, ideo ad eius
24. cognitionem † laicus incapax eſt, cap.
quanto de iudiciis. incidenter tamen
cognoſci. cap. ſignificauit 31. de teſti-
bus, ſi clericus laicum conueniat co-
ram ſeculari argum. cap. ſi clericus
25. laicum † de fo. comp. poteſt ibi con-
ueniri iuxta traditiones magis rece-
ptas gloſſæ verbo ſuis in c. 1. de mut.
petitionibus, in cap. tuam de ordine
cognitionum, in cap. at ſi clerici de
iudiciis, vbi omnes, ergo incapax eſt
incidentia capax fieri poteſt. Reſpon-
deo errare viros etiam graues opinan-
tes cauſam incidenter occurrere, vel
de facto tractari idem apud nos eſſe
cum magnam habeant differentiam,
idcirco in re difficili longiúſque diſ-
putata ſequentes obſeruationes con-
26. ſtituo. prior † eſt in cauſis Eccleſiaſti-
cis laicus incapax eſt, in ſpiritualibus
lege diuina, in temporalibus lege
poſitiua iuxta Eccleſiaſticas ſanctio-
nes.

27. Secundo, † ſuperiorem intelligi
quando agitur de iure rei ſpiritualis,
vel Eccleſiaſticæ, itaque intelligi ca-
pitulum primum cum ſequentibus 11.
quæſt. 1. c. 2. cum ſequentibus de iudi-
ciis, c. 2. c. ſi diligenti. cap. ſignificaſti
de foro competenti.

28. Tertio, † in ea interpretatione lai-
cos incapaces eſſe ſiue de iure ſpiri-
tuali, vel Eccleſiaſtico agatur princi-
paliter, ſiue incidenter ita interpre-
tandus eſt textus in d. c. tuam de or-
dine cognitionum, d. c. lator, d. c. cau-
ſam quæ, el. 2. qui filij ſint legitimi.

29. Quarto, ſi tractetur † factum rei
Eccleſiaſticæ ſcilicet an laicus fuerit
excommunicatus, vel aliquando præ-
ſentauerit iudex ſecularis de illo facto
cognoſcere poteſt principaliter, &
incidenter, ita interpretandus eſt tex-
tus in d. c. ſignificauit de teſtibus, cap.
decernimus de ſententia excommu.
in ſexto ita magis receptum eſt, idém-
que ſtatuendum eſt in facto matrimo-
nij vt ex dictis iuribus docuit Bart. in
l. 1. num. 2. & 4. ff. de iuriſdictione, in
l. Titia ff. de verb. obligationibus, in
l. omni nouatione C. de ſacroſſ. Ec-
cleſiis, vbi Aretinus nu. 3. dixit magis
communem. Bart. in l. quoties C. de
iudiciis, vbi Car. Albanus num. 12. di-
xit communiorem. ita recipiendum
eſt in omnibus caſibus ſubiectum ha-
bentibus, quo deficiente non poterit
de facto cognoſcere nempe ſi cleri-
cus † deprehenditur à ſeculari coram 30.
eo non poterit allegare clericum eſſe,
ſed coram Eccleſiaſtico, qui ſeculari
debet inhibere, & contra eum pro-
cedere vt argumento dicti cap. tuam,
praxis obſeruat, ratio eſt quia non ha-
bet ſecularis ſubiectum, in quo iuriſ-
dictionem fundet, nam perſona eſt
Eccleſiaſtica, res de qua agitur eſt or-
do ſacerdotalis. ita docuit textus ele-
gans in cap. ſi iudex laicus de ſenten-
tia excommu. in ſexto ibi (quia de re
Eccleſiaſtica, & ſpirituali) ita memi-
niſſe oportebit ex allegatis, & alle-
gandis.

Quinto in iuramentis † vſuris, & 31.
præſcriptionibus laicorum diuerſo
iure diſputandum eſt, licet enim anti-
quorum communis eandem iuris &
facti diſtinctionem obſeruet, verior
eſt & hodie recepta etiam de iure, &
validitate obligationis, vel contra-

Digitized by Google

ctus, & præſcriptionis ſecularem cognoſcere debere, tamen leges Pontificias, ad quas iure directo ſpectat diſcernere, in illis caſſibus ratione peccati, & religionis ſemper obſeruet ac proinde in ſpecie capituli cum contingat de iureiurando, cap. quamuis pactum de pactis in ſexto & ſimilibus iudices ſeculares cognoſcere & liberare, vel obligare iurantes frequentiſſimum eſt c. 2. de iureiurando in ſexto inde quotidie pronunciant contractus eſſe vſurarios, vel non argumento cap ad noſtram 20. de iureiurando, cap. poſt miſerabilem de vſuris, apud nos l.4. tit.8. lib.3. ordinamenti, hodie l.1. tit.21. lib.4. compilationis, ita in præſcriptione an cum bona fide perfecta fuerit ex c. fin. de præſcriptionibus, ita Coua. reſolutionum lib. 3. c. 3. Auendano 2. parte c. 27. deciſio Pedemontana 137. Renatus Chopinus de domanio Franciæ lib. 2. tit. 6. Vegius conſilio 68. Ioannes Rota conſilio 72. an. 7.

Sexto, in reconuentione ſciendum
32. eſt † non reperiri textum, quo probetur clericum poſſe coram ſeculari reconueniri, ſed communi traditione ita receptum eſt in cauſis ciuilibus, & prophanis, non in Eccleſiaſticis, vel criminalibus ita accipienda eſt communis in d. c. 1. de mutuis petitionibus, d. c. tuam, d. c. at ſi clerici. ratio eſt quia reconuentionis beneficium naturali ratione conſiſtit relata in d. l. cum Papinianus C. de ſententiis & interlocutionibus, ſcripta in c. 1. verſiculo cuius in agendo 3. quæſt. 8. cōfirmata in d. c. 1. de mutuis petitionibus, ibi (rationis ordo exigit) & idcirco naturali ratione tollitur ſecularium incapacitas, quæ in ciuilibus cauſis lege dumtaxat Pontificia poſitiua fuit prodita iuxta traditiones magis receptas in c. 2. per textum ibi de iudiciis. & in cap. ſi iudex laicus de ſententia excommu. in ſexto, qua ratione in aliis caſſibus non tollitur incapacitas, quia nō continetur eadem ratio, ac proinde ſecurè affirmandum eſt gloſam 1. in d. l. nullum Cynum, Baldum, & communem ex Guillermo Benedicto affirmantem à ſæculari clericum puniri poſſe in illo iudicio de falſo teſtimonio conuictum falſam eſſe, & improbatam propter incapacitatem, veráque interpretatio eſt poſſe ſecularem de falſo conuincere teſtimonio ne alteri iniurium ſit, criminis tamen cognitionem & pœnam ad Eccleſiaſticum remitti neceſſe eſt, ita accipienda eſt communis illam gloſam improbans in d. c. at ſi clerici, Bernardi Diez in praxi c. 82. Coua. in practicis c. 18. num. 8. Iulij Clari in praxi quæſt. 38. Iordanus d. c. 8. & 12. eleganter Rolandi conſilio 23. an. 18. volumine. 2. ita in praxi obſeruatur.

Ex quibus apertè † deprehenditur 33.
iudicem delegatum quoad cauſas, & perſonas ſuæ delegationis competentem eſſe, quoad alias incompetentem, ac proinde ſubcedente incidentia, vel alia iuſta cauſa iure optimo fieri competentem, ita docuit textus in cap. prudentiam 21. §. ſexta in fine §. ſi vero, in fine infra iſto titulo eodémque iure delegatus, qui de aliqua cauſa principaliter cognoſcere non poſſet, ſi incidenter occurrat poterit iure optimo cognoſcere, ſoluitúrque quintum argumentum.

Digitized by Google

34. Non obſtat ſextum † quia illa propoſitio antecedenti conceſſo, omnia ex eo dependentia etiam concedi ex d. l. 2. ff. de iuriſdictione, Ariſtotele & aliis ad rationem decidendi, & ex noſtro textu relatis, & l. cum aurum cum ſequentibus ff. de auro & argento legato, ex quibus regulam conficiunt, & ornant Hoſtienſis latiſſimè, Belamera explicans gloſam fin. Abb. Felinus, & Decius in præſenti, Bart. in d. l. 2. ff. de iuriſdictione, vbi latè Iaſſon, Claudius, & Purpuratus, Ioannes Bolognetus latiſſimè anno. 48. Decius in l. cum principalis ff. de regulis iuris, Pequius in cap. acceſſorium de reg. iuris in ſexto cum relatis ad rationem decidendi, ab ipſa tamen regula plures excipiuntur caſus, duodecim retulit Bolognetus num. 53. quorum princeps eſt non obtinere, quando contraria ratio aliud poſtulat, ita accipienda eſt gloſa fin. hic, communis in præſenti ex Bart. & aliis ſupra, inde interpretandus eſt textus in d. c. conſtituit 20. quæſt. 3. licet enim veriſſimum ſit ex profeſſione religioſum ſua, & ſe monaſterio dicaſſe, authentica ingreſſi C. de ſacro-ſanctis Eccleſiis, cap. in præſentia de probationibus cum aliis ſed in d. c. conſtituit in odium, & pœnam eorum, qui ad religionem aliquem inuitum traxerunt profeſſionem vtique valere, bona tamen monaſterio non applicari, ipſa fraudis ratio poſtulat, inde etiam interpretandus eſt textus in l. ſi ita 13. §. regula ff. de lib. & poſthumis. vbi ſi teſtator ſeruo libertatem dederit, hæredémque eum inſtituerit, deinde libertatem reuocauerit, reſpondet Iulianus reuocata libertate non reuocari inſtitutionem, ac proinde & liberum, & hæredem eſſe omnes ibi, & in d. l. 2. gloſa fin. in præſenti, & interpretes eam explicantes cruciantur in illius legis difficultate. vera interpretatio eſt inſtitutionem non eſſe acceſſoriam libertatis prius datæ, & de per ſe conſiſtere, & ex eo quod hæres inſtitutus eſt & hæres & liber erit ex Iuliani ſententia magis recepta, quamuis inter veteres Iure-Conſultos controuerſa fuerit, magis tamen obtinuit vt ſcriptum eſt in d. l. quidam in principio & §. 1. C. de neceſſariis ſeruis hæredibus inſtituendis, §. 1. inſt. de hæredibus inſtituendis, inde reſoluendum eſt in noſtro textu ipſam remiſſionis etiam ſimplicis naturam. & rationem poſtulare delegatum ex eo quod cauſa ſibi committitur poteſtatem habere coercẽdi omnes etiam in conceſſione non expreſſos ſi in conſequentiam, vel incidentiam ad cauſam commiſſam ſpectare noſcuntur, vt docuit noſter textus in fine. ita ſoluitur ſextum.

Nec obſtat ſeptimum † quia veriſſima eſt propoſitio omnes, de quorum intereſſe agendum eſt perſonaliter in ius vocandos eſſe ſiue ciuiliter, ſiue criminaliter agatur, nec ſufficere in domo vocationem fieri, niſi ex iudicis decreto, ita intelliguntur l. de vnoquoque ff. de re iudicata. l. 1. §. permittitur ff. de liberis agnoſc. l. 4. §. Prætor, vbi Bart. num. 2. 5. & 6. ff. de damno infecto, c. 1. de cauſa poſſeſſionis, text. in c. cauſam de dolo & contumacia, vbi gloſa & communis cum relatis à Tira- 35.

quello de retractu. §. 9. gloſa 2. nu. 44. latiſſimè ab Aſſinio in praxi §. 6. à c. 1. vbi deſcribitur praxis hodie ſeruanda & neceſſaria maximè ad præueniendam iuriſdictionem inter iudices competétes ad interpretationem capituli propoſuiſti de fo. cōp. vbi elegans ſententia eſt Socini an. 19. iudicem perſonaliter in ius vocãtem præferendum eſſe in cauſæ præuentione alteri iudici, qui prius in ius vocauit, non tamen perſonaliter, ſed ad domum, licet inquam propoſitio hæc veriſſima ſit non obſtat quinimo iuxta eius traditionem intelligenda eſt noſtri text. diſpoſitio vt docuit in præſenti Alexãder delegatum ex ſimplici commiſſione poſſe inobedictes, & contumaces capere, & coërcere quamuis litteræ commiſſionis id non contineant, aut mandatum Appoſtolicum partes non habeant vt accedanr, quia ex eo quod cauſa ei committitur ſuper omnibus, quæ ad cauſam ſpectant plenariam accipit poteſtatem, inde plures intendunt ex illis verbis (litteræ commiſſionis id non contineant, aut mandatum noſtrum partes non habeant vt accedant) voluiſſe Alexandrum quod delegatus Pontificis poſſet abſolutè quoſcumque capere, & punire, quod vtique falſum eſt, & quamuis Hoſtienſis, And. Baldus, Belamera, Immola, Abb. Felinus, & Decius, in illorum verborum explicatione inuoluantur. Vera interpretario eſt Alexandrum docuiſſe inobedientes & contumaces nón excuſari à delegati coërcione ex eo quod in commiſſione, vel delegatione nominatim non exprimantur, quia ſatis eſt delegationis poteſtate & natura comprehendi ex delicto, vel incidentia, vel ex alia cauſa ad negocium ſpectante, c. 1. ſanè. c. paſtoralis 28. c. ex litteris 29. iſto tit. & melius in verſ. finali noſtri text. Rurſus non excuſari ex eo quod mãdatum Appoſtolicum non habeant vt accedant, quia delegati mandatum Appoſtolicum eſt d. c. ſane. 11. & quamuis expreſsè ad illos non dirigatur ſatis eſt virtualiter ad illos dirigi commmiſsionis poteſtate, & natura ita obſeruandum eſt, vt latius diximus ſupra in ratione decidendi.

Ex quibus planè conſtat errare eos, qui opinantur illa verba noſtri text. referri ad delegatum ſcilicet poſſe capere & punire antequam litteras acceperit. eodémque iure dicentes poſſe capere, & punire eos, quos in ius non vocauerit, quia ex ſuperiori communi debet legitimè in ius vocare tam expreſſos in mandato, quam compreſſos eius virtute & poteſtate, ita ſecurè tenendum eſt. Soluitúrque argumentum, & textus.

Digitized by Google

SEQVITVR EXPLICANDVS TEXTVS IN CAP. QVAMVIS VI. iſto titulo.

Summarium huius capituli.

1. *Si cauſa duobus à Principe ſimpliciter committitur, poteſt eorum quilibet ſiue coniudici, ſiue alij vices ſuas committere.*
2. *Qui habet propriam iuriſdictionem eam mandare poteſt.*
3. *In delegatum tranſit vſus iuriſdictionis, & eſt ſicut commodatarius.*
4. *Vſuarius in alium transferre vſum non poteſt.*
5. *Delegati Principis poſſunt ſubdelegare & in cauſa ſibi commiſſa ſunt maiores quolibet ordinario.*
6. *Populus in Principem tranſtulit iuriſdictionem, vt eam haberet iure proprio.*
7. *An Socius poſſit rem communem inuito ſocio diſtrahere.*
8. *Quod geritur contra formam commiſſionis nullum eſt & ibi de intellectu capituli ſuper quæſtionum 27. §. ſi vero infra hoc tit. & numeris ſequentibus.*
9. *Solus Princeps poteſt committere cauſam appellatione remota.*
10. *In indiuiduis vtile per inutile vitiatur.*
11. *Declaratur text. in cap. cauſam matrimonij 16. iuncta ratione text. in cap. prudentia verſ. finali. infra hoc tit. & an vnus ſine altero quādo duobus cauſa committitur poſſit cognoſcere.*
12. *Quando Delegatus Principis ſubdelegat conſocio quæritur an ſubdelegatus duas perſonas repræſentans poſſit duas ſententias dare, & quid de aliis huiuſmodi.*
13. *Et quid ſi collega ſubdeleget vt taliter ſententia proferatur.*
14. *De intellectu text. in cap. ſingula dictione 89. cap. per noſtras.*
15. *De iure patronatus, & an Eccleſiaſticus ordo perturbetur ex concurſu plurimorum officiorum.*
16. *Quando apparet quod à pluribus delegatis voluerit Papa cauſam tractari, non valet ſubdelegatio in coniudicem, vt etiam non valet ſub-*

Digitized by Google

rogatio parrochi in cauſa matrimonij, vt alius pro eo interueniat qui non ſit clericus.

16. *De intellectu text. in cap. coram verſ. quod fuit infra. hoc tit. cap. cum in plures hoc tit. lib. 6. quando duobus committitur cauſa, quæ debeant interuenire, vt vnus ſine alio poſſit cognoſcere, & diffinire cauſam, & numeris ſequentibus.*

17. *Cautela ad impediendam cognitionem rei duobus delegatis commiſſam.*

18. *Iure ſpeciali vnus ex pluribus procuratoribus ſimpliciter datis poteſt cauſam agere.*

19. *Idem in executoribus teſtamenti vno mortuo, alter exequitur teſtatoris voluntatem.*

20. *Magis cognoſcitur ex præſentia voluntas teſtatoris quàm per coniecturas.*

21. *Commiſsiones, & Delegationes ſunt ſtricti iuris, de intellectu legis. 1. ff. de off. Conſulis.*

22. *An pluribus delegatis ad Vniuerſitatem cauſarum ſimpliciter poſſit vnus ſine alio cognoſcere remiſsiue.*

SVMMA TEXTVS.

1. SI cauſa duobus à Principe committitur † ſimpliciter poteſt eorum quilibet ſiue coniudici, ſiue alij vices ſuas committere.

Pro ratione dubitandi repetenda ſunt argumenta in cap. ſi pro debilitate ſupra eodem, & vltra eo.

Primo ſic argumẽtor. contra formam in delegatione expreſſam factum nullum eſt, cap. cum dilecta. 22. de reſcriptis, cap. prudentiam. 21. iſto tit. ſed cauſa duobus commiſſa ſi alter alteri deleget vices ſuas mutatur forma cap. ſuper quæſt. 27. §. ſi vero iſto tit. ergo ſubdelegatio coniudici facta nulla eſt.

Secundo ſic argumentor. ſedes Appoſtolica cauſam duobus ex induſtria committit, quia id iudicium maturius putat, quod plurimorum ſententiis confirmatur, cap. prudentiam 21. verſ. illa quippe. infra iſto tit. vnde cauſa duobus commiſſa vnius iudicium nullum eſt. cap. cauſam matrimonij. 16. infra iſto tit. ſed ſi alter alteri vices ſuas committit, vnius tãtum ſententia eſt, & contra exactam à ſede Appoſtolica induſtriam ſubdelegationi locus non eſt cap. finali §. is autem infra iſto tit. ergo ſubdelegatio coniudici facta nullius erit momenti.

Tertio ſic argumentor. Eccleſiaſticus peruertitur ordo cum vnus plurimorum officia occupat cap. ſingula 89. d c. per noſtras 26. de iure patronatus, cap. fin. de inſtitut. Trid. ſeſſ.

24. c. 17. ſed commiſsione coniudici facta ille delegati, & ſubdelegati officio fungitur, ergo Eccleſiaſticus peruertitur ordo.

Quarto ſic argumětor. cauſa duobus à Principe commiſſa poteſt eorum quilibet alio irrequiſito in ea pronuntiare cap. coram 34. verſ. ſed fuit è contra infra iſto tit. cap. cum plures. 8. ibi (libere) iſto tit. in ſexto, ergo inutilis ſubdelegatio.

Quibus non obſtantibus contrarium in præſenti Alexander † Reſpődet, decidendi ratio etiam repetenda eſt ex d. cap. ſi pro debilitate, breuiter tamen meminiſſe oportebit regulam à Iureconſultis generaliter proponi in l. 1. §. qui mandatam, & in l. fin. ff. de off. eius cui mandata

2. eſt iuriſdictio cum † qui propriam iuriſdictionem habet eam mãdare poſſe, quia non habet non poſſe, de eius ratione. latior diſputatio eſt in d. l. 1. maximè à Fulgoſio vſq; ad Riminaldum, & Bolognetum infráque referendos, elegans tamen ratio eſt omnem iuriſdictionem, poteſtatíſque plenitudinem pænes delegantem remanere l. legatus 20. ff. de off. Præſidis, l. legatis. 13. ff. de off. proconſulis, cap. dudum 14. de præb. libro. 6. in delegatum autem vſum, exerci-

3. ciúmque iuriſdictionis tranſire † ſignificat text. in l. à iudice 5. ibi (iudiciario munere fungatur) C. de iudiciis, l. fin. C. vbi & apud quem, ibi (tantum modo iudicandi facultatem) vnde delegatus commodatario ſimilis eſt, qui rei commodatæ vſum habet dominio tamen caret l. rei commodatæ 8. ff. commodati. Vſuarius

4. autem vſum in alium † transferre non poteſt l. 2. iuncta l. 4. ff. de vſu & habitatione, & §. 1. inſt. eodem. ita explicat Alciatus paradoxorum libro. 2. c. 6. Baconius declarationum lib. 6. declaratione 84. Rebardus de præiudiciis lib. 1. c. 6. & pro tribunaliu c. 11. & ab hac autem regula excipiuntur

Principis † delegati, qui imperialis 5. fortunæ priuillegio, l. bene à Zenone C. de quadrienij præſcriptione, l. deprecatio ff. ad l. Rhodiam de iactu delegare poſſunt & in cauſa ſibi commiſſa maiores ſunt quocumque ordinario cap. ſane. 11. c. paſtoralis 28. infra, & idcirco ſi ordinarius delegat à fortiori Principis delegati, quod ſi dixeris etiam Principem alieno beneficio iuriſdictionem habere lege enim lata à Romulo & Numa Pompilio primis vrbis Romæ conditoribus à Populo in Principem tranſlata fuit l. 2. in primo, & poſtea ff. de origine iuris, apertè in l. 1. ff. de conſtitutionibus Principum, l. 1. §. huius ſtudij C. de veteri iure enucleando reſpondeo † populum ea mente in Princi- 6.
pem tranſtuliſſe, vt perpetuo apud eum maneret text. in l. 1. ibi (regimentis Reipublicæ in imperatores perpetuos tranſlatis) ff. de off. Præfecti Prætorio ac proinde proprio beneficio iam habet, eiuſque delegati imperiali gaudent prærogatiua inde delegare poſſunt d. l. à iudice, cap. ſuper quæſtionum 27. §. ſi vero infra, etiam ſine iuſta cauſa cap. paſtoralis 28. cum gloſa verbo exonerare, & cõmuni cum aliis infra. etiam coniudici vt in præſenti, & in d. §. ſi vero imo à fortiori argum. l. falſo C. de communium rerum alienatione vbi rem cõmunem † poteſt alter diſtrahere non 7.
ſolum

ſolum ſocio, ſed & alteri etiam inui-
tis partibus ex cap. fin. & communi i-
bi infra iſto tit. etiam ſi tempore ſen-
tentiæ delegatus, qui vices ſuas com-
mittit mortuus ſit text. elegans in c.
licet vtrique in fine: 30. iſto tit. ita ac-
cipienda decidendi ratio in cap. 3.
in præſenti, cap. ſuper quæſtio-
num §. ſi vero, cap. paſtoralis, d. cap.
fin. d. cap. licet, d. l. à iudice l. 18. tit.
4. p. 3. & rationes aſſignatæ & commu-
ni in dictis iuribus, & Coua. reſolu-
tionum lib. 3. c. 20. Baconio d. decla-
ratione 84. à Menochio de arbitrariis
quæſt. 54. à Nicolao Vegetio digeſto-
rum libro. 2. c. 4. exceptione 2. Petro
Gregorio dicto lib. 47.

8. Nec obſtant† in contrarium addu-
cta pro ratione dubitandi. primum
quia maior veriſſima eſt contra for-
mam cõmiſſionis quod geritur nul-
lum eſt vt diximus in cap. præceden-
ti, in cap. de cauſis, in c. 1. ad 1. argu-
mentum. nego tamen minorem ex
commiſſione delegati mutari formã
ſubſtantialem neceſſariam, nec obſtat
text. ille difficilis in d. cap. ſuper quę-
ſtionum §. ſi vero quia diuerſa ſpecies
eſt duobus cauſam appellatione re-
mota commiſit Pontifex, alter vices
ſuas alteri commiſit reſpondet text.
non poſſe appellatione remota pro-
cedere, ergo mutatur forma. reſpon-
deo veriſsimũ eſſe illa in ſpecie quia
cauſam appellatione remota Princeps
9. dumtaxat committere† poteſt l. 1. §.
fin. ff. à quibus appellare non licet,
quia ab inferiori eo inuito appellari
poteſt, & ſic non poteſt dare quod
non habet argumento cap. quod au-
tem de iure patron. reſoluit Decius
in c. 1. num. 7. de reſcriptis, vbi latè
Mantua, & Veroius. inde quamuis
delegatus ex Pontificis commiſsione
procedat appellatione remota cum
primum alterius ſubdelegationem
acceptauerit impeditur quia quod po-
tuit noluit, quod voluit adimplere
nequiuit, cap. cum ſuper 23. in fine,
vbi Belam. num. 3. & communis iſto
tit. omiſſa enim diſputatione an poſ-
ſit compelli ad acceptandum, vel
non ex cap. paſtoralis 28. iſto tit. cap.
cum plures eodem in ſexto ſoli-
da ratio eſt vtriuſque exercicium eſſe
indiuiduum cap. prudentiam. 21. in
principio, vbi gloſa magna, & com-
munis. text. in d. cap. licet vndique.
30. ibi (non ſolum iudicandi officium
habet) † in indiuiduis autem vtile per
inutile vitiatur. l. Pedius. §. fin. ff. de 10.
arbitris, l. 1. §. item quæritur ff. de a-
qua quotidiana & æſtiua, gloſa ma-
gna & communis in cap. vtile de reg.
iuris in ſexto, Sozinus in l. more nu.
30. ff. De iuriſdictione, Pequius in
d. cap. vtile num. 9. 10. & 11. ac pro-
inde vtile ex commiſsione Papæ vi-
tiatur per inutile ſubdelegationis ac-
ceptatæ in d. §. ſi vero, quem ita in-
terpretatur gloſa magna in d. c. vtile,
& communi in præſenti, tamen com-
mittendo vices ſuas non mutatur for-
ma ſubſtantialis, ideo valet. ſoluitúr-
que primum.

Nec obſtat ſecundum ex text. in c. 11.
† cauſam matrimonij 16. iuncta ra-
tione text. in cap. prudentiam verſ.
fin. infra hoc tit. nam licet prima fa-
cie non videatur ſatisfieri menti ſedis
Appoſtolicæ, & Pontificis delegantis
cauſam pluribus, cum in effectu vnius
iudicio terminetur, vſq; adeo vt cau-
ſa pluribus ſimpliciter commiſſa v-

Digitized by Google

nus ſine alio etiam contradicente, & nolente de cauſa cognoſcere, non poſſit in cauſa procedere ex l. duo ex tribus ff. de re iudicata, vſque adeo vt altero ex delegatis rebus humanis exempto alterius officium expiret, ca. vno delegatorum 42. infra hoc tit. notauitque Innocentius in d. cap. cauſam matrimonij num. 3. Decius ibidem num. 8. iuncta gloſa verbo vnius, quia exercicium iuriſdictionis penes plures omnes loco vnius cenſentur ex gloſa magna poſt principium in d. cap. prudentiam, tamē iuris interpretatione ſatisfactum iudicari debet cū loco plurimum habeatur ex ſubdelegatione cum duas perſonas repræſentet delegati & ſubdelegati d. cap. licet vndique in fine. ibi (vices ſuas & alterius poterit adimplere) ita tantumque iuris interpretatio admittitur, & procedit, quod etiam ſtante clauſula (quod ſi non omnes ſaltem vnus in cauſa procedat) ſufficiet vt clauſulæ ſupra dictæ ſatisfiat, ſi duo ſint verè, vel iuris interpretatione quia poteſt vnus duorum perſonas repræſentare, vt in noſtro caſu, ita Immola in d. c. licet vndique num. 1. poſt Abb. & Felinum ibi, quæ ſolutio ea conuenit firmari fundamento quia delegans mediante ſubdelegatione, & perſona ſubdelegati iudicare, iuriſdictionēque exercere cenſetur, regula qui per alium de reg. iuris in ſexto collegáque ratione ſubdelegationis quatenus eius nomine fungitur vt ſubdelegatus procedit, l. ſi Prætor ff. de off. eius, delegando enim & decidendo vti iuriſdictione eius delegans cenſetur quia omnia noſtra facimus, quibus authoritatem impartimur ita Riminaldus in commentariis ad l. 1. ff. de off. eius numero 642. qua conſideratione ſatisfactum eſt vtrique rationi, quia non vni, ſed duobus iudicare commiſſum eſt, & quia perfectius iudicium duorum, quam vnius cenſeatur, maximè quia hæc vltima ratio acceſſoriè adiicitur. Vnde licet ei non ita integrè ſatis fiat ſicut alia, quæ principaliter conſideratur ſufficiet pro validitate actus ex traditis à Ripa in l. ſi ventri §. in bonis numero 14. iuncta traditione Baldi in cap. 1. §. is vero ante numerum 1. de ſucceſſione fratrum in feudo, quo probatur, & deſumitur ex d. l. duo ex tribus, vbi in eadem facti ſpecie illa ſola ratio adiicitur, quippe omnes iudicare iuſſi ſunt. tamen obſeruandum erit pro prædictorum veritate. 1. ita verum eſſe duorum perſonas ſubſtinere † conſocium mediante ſubdelegatione, ne 12.
tamen duas ſententias diuerſas proferat, ſicut ſi verè duæ perſonæ fuiſſent argumento textus in cap. ſi quis iuſto §. porro de electione in ſexto, qua ratione pro ſe iudicat, & eligit, eadem ratione pro alio eligere iudicareque debebit, eadémque ratione, qua pro ſe iuſtum exiſtimat, eadémque pro alio exiſtimare debebit argumento text. in l. quod Nerua ff. depoſiti. ibi (nec enim ſalua fide minorem his, quam ſuis rebus diligentiam præſtabit) l. tutor 13. §. 1. de adminiſtratione tutorum, ita Abb. in præſenti, Felinus, Immola numero 2. Decius. 2. & 3. & idem Abb. in cap. conſtitutis de appellat. numero 8. gerere enim debet perſonam ſibi ſimilem, & non contrariam, ita.

Digitized by Google

Baldus in præſenti qua ratione idem exiſtimarunt Ludouicus Romanus ſingulari 78. incipit ſcholaris in ſcholari habenti duas voces vt non valeat variare. Lapus allegatione 22. in procuratore diuerſorum patronorum vt non valeat diuerſos præſentare, quę ratio indiſtinctè procedet ſi adiiciatur ratio Archidiaconi in d. §. porro an. 3. ſcilicet cum incertitudo in electione non admittatur c. 2. de electione in ſexto nimirum ſi vnus & idem non valeat alternatiuè eligere cum ex alternatiua cauſetur incertitudo, quod pariter in ſententia procedit cum incerta non debeat proferri, §. curare inſt. de erationibus l. 1. & 2. cum l. 3. C. de ſententiis, quæ ſine certa quantitate l. Præſes in fine. ff. de re iudicata, quibus ſimul iunctis ceſſabit impugnatio Molinæ libro 2. de Hiſpanorum primogeniis cap. 2. numero 52.

Secundo obſeruandum eſt ali-
13. quando † variationem & diuerſitatem ſententiarum admitti ſi collega delegans ea forma deleget vt ſententiam taliter proferat argumento textus à ſimili ex d. cap. ſi quis iuſto §. porro, ibi (niſi de certa eligenda) ex
14. iiſque ſoluitur ſecundum.

Non obſtat † tertium ex text. in c. ſingula 88. d. cap. per noſtras de iure patronatus ſcilicet Eccleſiaſticum ordinem perturbari ex concurſu plurium officiorum, & ſic & in præſenti perturbari ex eo quod idem ſit delegatus & ſubdelegatus, nam diſtinguendum erit multipliciter iura in hoc reperiri prohibentia, alia enim prohibent ratione facti quia repugnat perſonalitati eundem in eodem tempore pluribus in locis eſſe text. in cap. de multa de præb. l. omnes 50. l. Duumvirum iuncta gloſa C. de Decurionibus lib. 10. alia enim prohibent eundem pluribus officiis valere deſeruire ne cum ad vtrumque feſtinet, neutrum bene peragat, & in hac prohibitione procedūt, textus in d. cap. ſingula, text. in cap. cum ſingula officia de præb. in ſexto in cap. dudum el. 2. de electione l. is quidem §. in poſterum C. de iis qui militare poſſunt, vel non lib. 12. l. nemo la. final. C. de acceſſoribus, l. ſi plures ff. de pactis, & alia infinita iura. alia enim prohibent quaſi dictante ipſa ratione naturali, quæ exigit diſtinctionem eſſe perſonarum, diuerſaſque perſonas eſſe præſentantem ſcilicet & præſentatum, & inſtituentem, & inſtitutum, & in hac procedunt textus in d. cap. per noſtras de iure patronatus cap. fin. de inſtitut. ſicut inter cogentem & coactum, l. ille à quo, tempeſtiuum verſ. ſedet ſi ff. ad Trebellianum, ſicut inter impetrantem & impetratum l. penultima ff. de arbitris. inter dantem, & recipientem l. fin. ff. de off. Prætoris. quas prohibitiones multis limitationibus, & declarationibus vltra ſcribentes in dictis iuribus Decium an. 52. Felinum an. 11. in cap. ex litteris de probationibus. proſequuntur Auiles in capitulis Prætorum. c. 1. verbo officio an. 1. cum ſequentibus, quibus conducunt, quæ Tiraquellus tradit in tractatu de iure conſtituti. 30. limitatione, an. 48. Decius conſilio 42. an. 4. nec aliqua ex prædictis prohibitionibus obſtat conclu-

ſioni noſtræ cum ex commiſſione licet delegati & ſubdelegati vices gerat & officio fungatur, tamen cauſæ cognitio obligatio & reſidentia, (vt ſic dicam) non multiplicantur cum eadem ratione & diligentia, qua pro ſe iudicare tenetur, & pro alio iudicare debebit. nec repugnat eundem eſſe delegatum & ſubdelegatũ ſicut præſentantem & præſentatum nam in delegatione, & ſubdelegatione perſona paſſiua cenſetur cum tam à delegante quam à ſubdelegato recipiat, nam ſecus eſſet ſi eadem perſona delegans & delegata fuiſſet, quia tunc procederet repugnantia cum inter dantem, & accipiẽtem debeat eſſe diſtinctio perſonalis d. l. ſi. ff. de off. Prętoris, d. c. per noſtras maximè quia etiam ſi aliqua repugnantia inter hæc daretur ex diuerſitate perſonarum valeret ſuſtineri. alia enim iura prohibẽt quia certum exigant perſonarum numerum vt decurionum in conſiſtorio, Canonicorum in capitulo & tũc omnino prohibetur vt quis duorum vices gerat quia repugnat menti diſponẽtis volentis diſtinctas eſſe perſonas, & in hac prohibitione loquitur l. hac parte C. de proximis ſacrorum ſcriniorum lib. 12. cum etiam repugnet rationi vt plura occupentur in vnum ſe commoda collaturi vt dixit Boërius deciſione. 186. num. 11. vt conceſſa facultate, & prærogatiua vt quis duo beneficia obtineat, vel perſonatus nõ valebit in eadem Eccleſia, vel collegio obtinere cum magis abhorreant iura, quam eundem obtinere duo curata ex gloſa fin. in clem. ff. de præb. quæ prohibitio noſtræ deciſioni videtur obſtare cum ideo cauſa pluribus committatur, quia perfectius pluriũ iudicium exiſtimetur maximè ſi cõmiſſio † facta fuerit vt omnes, aut 13.
ſaltem duo in cauſa procedant in terminis text. in c. licet vndiq; infra iſto tit. quia tunc magis cognoſcitur deſideraſſe committtentem diſtinctionem perſonarum vt dixit Felinus in d. cap. ex litteris num. 11. ex Ancharrano conſilio 23. vt actus celebretur coram præſbitero, & duobus teſtibus mediante aliquo ſtatuto, vt hodie deſideratur in Tridentino ſeſſione. 24. cap. 1. de reformatione matrimonij, præſbiter teſtis, & præſbyteri vices non valebit occupare cum diſtinctio perſonarum deſideretur ex Baldo in l. Dominus de teſtament. in fine. tamen pro reſolutione dicendum eſt quod iura quæ prohibent quem duo beneficia obtinere eadem non prohibent quem vices alterius exercere, vt inter canonicos probatur c. ſi quis iuſto §. porro de electione in ſexto c. quia propter §. illud de electione. inter decuriones habetur in d. tractatu de decurionibus lib. 2. c. 7. quia mediante commiſſione & perſona cui facta cõmiſſio eſt delegans, & committens cenſetur iudicare, omnẽſque actus exercere, quos & eius commiſſarius exercet vt latius in ſolutione. 2. argumenti. ſicque prohibitio ſupradicta non obſtat, cum non vnus, ſed plures iudices mediante ſupradicta interpretatione. ex quibus cognoſcitur diuerſitas terminorum inter caſum noſtrum, & ſupra adductos, qui maximè procedent ſi ſubdelegare aliter delegatis non

concedatur quam ex
nam ex ea prohibitus duo officia obtinere, valebit tunc duorum vices exercere, ita Bart. in l. ſancimus iuncto textu C. de executoribus, exactoribus libro 12. & Auiles in d. c. 1. ante numerum 5. & ex his ſoluitur tertium.

16. Nec obſtat quartum ex textu in cap. coram † verſiculo ſed fuit infra hoc tit. c. cum in plures hoc titulo libro 6. in quantum abſque ſubdelegatione alter ex ſubdelegatis valet in cauſa procedere. nam pro ſolutione diſtinguendum eſt ex Abb. ante numerum 140. Decium num. 71. in cap. prudentiam infra hoc tit. ex eodem Decio in cap. cauſam matrimonij nu. 8. poſt Felinum, & Immolam ibi, & ex Alexandro n. 6. & 7. poſt Bart. & alios in l. ſi vni, & in l. duo ex tribus ff. de re iudicata, & ex infra referendis an cauſa fuerit commiſſa duobus, vel pluribus cum clauſula alternatiua, ſcilicet, vt omnes, aut duo, aut vnus in ea procedat, & tunc quilibet ex delegatis ſolus abſque ſub delegatione aliqua valebit eam diffinire, eritque locus præuentioni, & tunc procedit diſtinctio textu in d. c. cum in plures. pro cuius clauſulæ cognitione vltra Dominicum ibi videnda ſunt quæ tradit Ripa an. 3. in l. hæredes mei §. peto, poſt Alexandrum num. 6. ad Trebellianum, & quæ habentur in deciſionibus Rotæ in nouis ſupra hunc titulum deciſione 4. & 5. aut conditionaliter ſub tali ſcilicet clauſula (ſi ambo intereſſe non poſſet alter in ea procedat) & in ea loquitur textus in d. coram verſiculo ſed fuit, de cuius clauſulæ poteſtate videndus eſt textus in cap. prudentiam cum ſuis paragraphis infra hoc titulo cap. ſi citatus de reſcriptis aut vero ſimpliciter & tunc propriè locum habet, regulariter traditur vnum ſine alio non valere cauſam diffinire etiam eo abſente, & contradicente quia omnes iudicare iuſſum fuerit d. l. duo ex tribus, l. Pedius §. 1. in fine, l. item ſi vnus §. fin. ff. de arbitris, in hæc vt dixerit Iaſſon in d. l. duo ex tribus ſumi bonam cautelam, vt pars deſiderans dilationem † conetur al- 17.
terum ex iudicibus delegatis abſentare, vſque adeo altero illorum mortuo officium aliorum omnino expiret, cap. vno delegatorum infra hoc titulo, vt ſenſerit Paulus in l. ſi vni num. 1. de re iudicata, reprehendens Bart. commiſſionem neceſſario fieri debere etiam ſuperſtitibus ne alias ſine commiſſione procedant, quem ſequutus eſt Alex. in d. l. duo ex tribus num. 1. & conſuluerit Baldus in conſilio 308. & 320. parte 2. conſiliorum, altero ex teſtamentariis tutoribus defuncto, quibus adminiſtratio gerenda ſic commiſſa fuerat vt vnus ſine alio gerere vel adminiſtrare non valeret, legitimis tutoribus locum fieri ac ſi omnes deceſſiſſent, quod omnino limitandum eſt pro limitatione legis ſi quis ſub conditione in fine, de teſtamentaria tutela, cui addendus etiam erit Aimon Crabeta conſilio 690. in qua commiſſione procedit noſtra deciſio. Sicque non obſtant in contrarium adducta, quibus ex prædictis ſatisfactũ eſt. nec obſtãt textus in l. 1. §. ſi plures de exercitoria actione l. creditor §. duobus ff. mandati, l. decreto §. 1. iuncta l. 3. in

principio de adminiſtratione Tuto-
rum, quatenus in eis probatur ex ſola
ſimplici commiſſione etiam ſi non
adiiciatur in ſolidum vnumquemque
ex eis quibus commiſſio ſimpliciter
data eſt poſſe adminiſtrationem exer-
cere ſine aliis ex vi mandati & licet
non valeant volentibus aliis ex com-
miſſariis adminiſtrationem exercere
tamen in aliis defunctis valebunt ex
textu in cap. fin. de teſtamentis li-
bro 6. ſicque in commiſſione ſimpli-
citer facta non procedere, in quo re-
iecta diſtinctione Bart. in d. l. 1. §. ſi
plures, quam ibi ſequuntur Paulus
num. 4. Angelus num. 1. Abb. in cap.
prudentiam an. 7. Decius ibi an. 34.
& in effectu Felinus in cap. cauſam
matrimonij num. 7. & 8. infra hoc
titulo Iaſſon & alij in l. ſi vni de re iu-
dicata, quia vt inquit Fulgoſius in d.
l. 1. §. ſi plures, potius verbalis ſit quam
iuridica, tum etiam quia in pluribus
deficiat vt in diſcurſu apparebit reie-
ctáque diſtinctione Baldi in rub. C.
de exercitoria actione num. 13. obſer-
uandum eſt regulam eſſe ex commiſ-
ſione ſimpliciter facta omnes ſimul,
vnumque ſine alio non valere nego-
tium commiſſionis exercere, quam
regulam ſic fore deſumendam vltra
iura vulgaria ſcilicet textus in cap. ſi
duo de procuratoribus in ſexto l. plu-
ribus ff. de procuratoribus, l. Pedius
§. fin. l. item ſi vnus §. ſi in tres ff. de
arbitris, d. l. duo ex tribus probat tex-
tus in d. l. decreto §. 1. ibi (benignè
accipiendum eſt) etiam vni agere per-
miſſum, quia duo ſimul agere non
poſſunt, & ſic ex benigna & fauorabi-
li interpretatione, cui locum præſtitit
ratio legis. 3. §. apparet de adminiſtra-
tione Tutorum quaſi in contrarium
ſit ius commune & regula iuris. Se-
cundo ex textu in d. c. ſi duo §. ſanè
vbi ſpiritualium negotiorum fauore
ſpecialiter † & ſic contra regulam in- 18.
ducitur vt vnus ex pluribus procura-
toribus datis valeat eligi, ſolúſque in
cauſa procedere, de cuius textus ſpe-
cialitate videndus eſt Decius in cap.
prudentiam num. 83. Tertio ex tex-
tu in d. c. fin. de teſtamentis in ſexto
vbi ne voluntatem teſtatoris differri
contingat illud ſpecialiter † induci- 19.
tur, vt vnus ex pluribus executoribus
altero mortuo valeat in cauſa proce-
dere eamque exequi. nec contrarium
probant verba illa (niſi teſtator aliud
expreſſerit) quaſi ſi ratione commiſ-
ſionis ſimpliciter facta illud veniret
ne alius ſine alio exequeretur fruſtra
alia expreſſio deſideraretur, quia di-
cendum eſt aliud eſſe prohiberi, aliud
tacitè, & ex interpretatione, quam
expreſsè vitare, ita gloſa in d. §. fin.
quia ex expreſſa prohibitione volun-
tas diſponentis magis † enixa cognoſ- 20.
cetur, vt ex pluribus alio in propoſito
teſtantur Hieronymus Cancus in l.
hæredes mei §. cum ita ad Trebellia-
num quinta parte, num. 109. Tiraque-
lus ad leges Connubiales gloſa 7. nu.
50. vnde deſumpta eſt l. 12. tit. 4. lib.
5. nouæ recopilationis, alias 38. Tauri,
quam regulam videntur ſenſiſſe Ale-
xander in modo argumentandi conſi-
lio 92. & 93. & 124. num. 4. volumi-
ne. 7. ſecundum quam regulam in
pluribus caſibus limitatum ex diuer-
ſitate rationum, vt ex ſupradictis per-
fectè cognoſcitur, intelligitur quod
de delegatione & commiſſione ſim-
pliciter factis traditum eſt, vt vnus ſi-

Digitized by Google

ne alio niſi mediante ſubdelegatione non valeat procedere, vt in noſtro caſu quia cum delegationes, † & com-
21. miſſiones ſint ſtricti iuris ſtricte debent interpretari in quantum minus præiudicent regulis iuris communis, quas eſſe ſtricti iuris vltra vulgaria tradit in ſpecie Baldus in l. non ſine C. de bonis quæ liberis num. 5. & Caſtillo in l. 31. Tauri verbo, extendundo ſe, & Ioannes Riminaldus num. 5. in l. cognitio ff. de off. eius cui mandata. nec obſtat l. 1. de off. conſulis, vbi probatur vnumquemque ex pluribus conſulis electis valere iuriſdictionem ſuam in ſolidum exercere quia loquitur in ordinariis, qui non ex commiſſione, ſed ex propria iuriſdictione procedunt vt dixerit Hippolitus in rubrica de officio eius num. 42. aliis citatis ordinarium corruſcare virtute propria & formali, delegatum vero aliena, vnde ex ordinariis ad terminos noſtros non valet argumentari. nec obſtat d. l. creditor §. duobus quia aliud eſt, & diuerſum quærere an plures in ſolidum, vel ſimul debeant agere, at vero ſi ex negotio non geſto culpa vel cuſtodia in ſolidum teneantur, nam bene valent conueniri in ſolidum licet ſimul debeant agere vt bene intellexit Fulgoſius in d. l. 1. §. ſi plures, l. ſi vt certo §. duobus vehiculum in fine. ff. commodati nec obſtat d. lex prima §. ſi plures quia illud receptum eſt in magiſtris nauium fauore negotiationis naualis præterquam & alia plura permittuntur ex d. l. 1. §. magiſtrum el. 2. in fine, ita Baldus in rubrica C. de exercitoria actione nu. 23. ex quibus valet etiam determinari quæſtio an ſeruari idem debeat † in 22.
pluribus ſimpliciter delegatis ad vniuerſitatem cauſarum, de qua per Felinum num. 7. Decium num. 34. in cap. cauſam matrimonij infra, & alios, & Iaſſonem in l. ſi vni de re iudicata, cui præſtant tradita ab Reuedo ad rubricam tituli. 9. lib. 3. nouæ recopilationis num. 14. & cum iis ſoluitur argumentum & textus.

SEQVITVR EXPLICANDVS TEXTVS IN CAP. SIGNIFICASTI VII. iſto titulo.

Summarium huius capituli.

1. *Delegatus ſententiam ſuam exequitur, eo nolente, vel non valente qui eam exequendam commiſerit.*
2. *Lex Pontificia ſemper curat ne mandatum Appoſtolicum reddatur illuſorium, & ibi vera ratio decidendi, & numero ſequenti.*

Digitized by Google

3. *Delegato competit cognitio & executio ordinario nolente vel non valente ex ipſa natura commiſsionis.*
4. *Error Veroij.*
5. *Expenditur lex à Diuo Pio in principio de re iudicata.*
6. *An Delegatus poſsit ſuam ſententiam exequi.*
7. *Delegatus inferioris iure Pontificio ex delegationis natura habet poteſtatem pronunciandi, & exequendi.*
8. *Ius patronatus tranſit cum vniuerſitate bonorum.*
9. *Explicatur Tridentinum ſeſſ. 25. c. 6.*
10. *Delegatus inferioris à Principe iure ciuili exequi non poteſt ſententiam.*
11. *Illa regula, iudex poſt ſententiam functus eſt officio ſuo, non intelligitur in executione.*
12. *Explicatur capitulum in litteris infra.*
13. *Delegatus poterit ordinarium compellere exequi ſuam ſententiam & quando poterit ordinarius reſiſtere, & non exequi, remiſsiuè.*
14. *Errant qui putant delegatum ſolum poſſe exequi ſuam ſententiam quando ordinarius vel non poteſt, vel non vult.*
15. *Declaratur capitulum quiquis 2. queſt. 6. an delegatus coerceat delinquentes, vel remittat ordinario.*
16. *Arbitri ſuam ſententiam exequi non poſſunt.*

SVMMA.

1. DELEGATVS † ſententiam ſuam exequitur eo nolente vel non valente qui eam exequendam commiſerat.

Pro ratione dubitandi primo ſic argumentor, Delegati ſententia ab eius delegante & eo qui cauſam commiſerat exequendam fore diſponit textus in l. à Diuo Pio ff. de re iudicata vt iudicum à ſe datorum, vel arbitrorũ ſentẽtias exequantur ij, qui eos dederunt ergo delegatus nec exequi nec exequendam committere valet.

Secundo, ſic argumentor, iudex delegatus ſola ſententia lata functus eſt officio ſuo l. iudex poſtea quam 55. iuncta gloſa magna ibi in fine ff. de re iudicata etiam ſi nullam pronunciauerit l. ſi vt proponis C. quomodo & quando iudex, ergo tamquam ſine iuriſdictione & commiſſione eam iam non valet exequi.

Tertio, quando certum fuiſſet delegatum ſuam ſententiam exequi poſſe, eius poteſtas & iuriſdictio extinguitur & finitur vel eam exequendo, vel mandando vt exequatur. cap. in litteris infra. ergo in præſenti cum iam facta fuerit commiſſio ordinario etiam

etiam eo nolente, vel non valente non debet delegatus in executione procedere.

Quarto, Delegatus valet compellere ſubdelegatum cap. ſanè 11. c. paſtoralis 18. iſto tit. ergo noluntas qui commiſſionem receperat de ſententia exequenda non debet eſſe iſta cauſa deuoluendæ iuriſdictionis vt delegatus valeat exequi, cum eius noluntas valeat ad voluntatem reduci mediante compulſione.

Quinto, Delegatus virtute commiſſionis, & eius authoritate ſola inſpecta valet ſuam ſententiam exequi ergo fruſtra ſpectatur conditio aliqua vt id valeat. maiorque probatur ex cap. in litteris, cap. quærenti, cap. ex litteris infra iſto tit.

Sexto, Delegatus habens reſiſtentiam debet reſiſtentes remittere ad ordinarium cap. quiſquis 2. quæſt. 6. ergo minus legitimè in præſenti ſtatuitur delegatum poſſe reſiſtentes coercione Eccleſiaſtica coercere.

Quibus non obſtantibus contra-
2. rium † hic Alexander reſpondet, decidendi ratio eſt legem Pontificiam ſemper curare ne mandatum Appoſtolicum reddatur illuſorium c. 1. & 2. de alienatione iudicij, cap. præterea, cap. de cauſis c. 1. ſupra vbi diximus ad rationem decidendi, illuſorium in præſenti redderetur ſi ſententia à delegato pronunciata executioni non mandaretur, qua ratione recuſante ordinario delegatus eam exequetur argumento capituli quærenti 26. c. paſtoralis 28. §. præterea, & §. quia vero iſto tit. c. ſi delegatus eodem in ſexto, quæ ratio ex noſtri textus integra apertè deprehenditur ibi (ſignificaſti per litteras tuas quod interdum à delegato fruſtra ſuper aliqua cauſa ſententia feratur cum ordinarius iudex &c.) cæterum licet veriſſima ſit ad hoc vt executioni mandari debeat, nõ tamen rectè concludit ab ipſo delegato exequi poſſe. quare ſolida ratio & interpretatio eſt ex ipſa Appoſtolicæ
† commiſſionis natura delegato com- 3.
petere poteſtatem pronunciandi & exequendi & idcirco ordinario nolente, vel non valente poteſt ipſe delegatus propria delegationis authoritate ſuam ſententiam exequi, eáque ratione expreſſum eſt in cap. ex litteris 9. apertius in d. c. quærenti 26. & in d. §. præterea, & d. §. quia vero, d. c. ſi delegatus, ita cognouit gloſa 1. communis ex Innoc. Ioanne And. Belam, Baldo, Immola Abb. n. 3. Felino 6. Decio, 3. Veroio. 2. in præſenti, gloſa verbo à ſe Bart. in primo, Alexander n. 5. Alex. 8. Iaſſon. 7. Vincentius 22. in d. l. à Diuo Pio ff. de re iudicata, Bologneto in l. 2. n. 31. ff. iuriſdictione, Menochio de arbitrariis quæſt. 54. an. 73. Petrus Greg. Syntagmatum lib. 47. c. 22. num. 19. cum aliis infra.

Ex qua † primo deducitur errare 4.
Veroium nu. 8. interpretantem noſtrum textum, obtinere in executione cauſæ non in executione ſententiæ, quia & ex littera & ex integra Antonij Concij, & Auguſtini apertè conſtat in ſententiæ executione Alexandrum reſpondiſſe.

Secundo, ex eadem interpretatione diſputatio difficilis eſt recuſato iudice iudicem dante intelligatur vſque ad ſententiam, vel vſque ad executionem cap. ſi quis contra clericum de foro comp. Tridentinum ſeſſ. 25. c. 6.

de quorum interpretatione ſtatim diſputandum eſt.

Nec obſtant pro ratione dubitandi
5. in contrarium adducta † primum ex d. l. à Diuo Pio, cuius verba ſunt hæc (à Diuo Pio reſcriptum eſt magiſtratibus populi Romani vt iudicum à ſe datorum, vel arbitrorum ſententias exequantur ij qui eos dederunt) variis interpretationibus cauſam dedit varia iſtius textus expoſitio, prima eſt vt accipiatur (à ſe) id eſt, à Diuo Pio, vt probet Principis delegatum ſuam ſententiam non exequi, vt in ſimili docuit Bart. in l. cum in teſtamento ff. de auro & argento leg. refert Decius in præſenti n. 3. Veroius 8. Menochius quæſt. 74. n. 55. ſecunda eſt (à ſe) id eſt ab ordinariis populi Romani magiſtratibus vt probet inferioris delegatum ſuam ſententiam non exequi, ita gloſis & interpretationibus infra allegandis magis placuit, ex litteráque apertè deprehenditur ſi conſideramus illa verba (qui eos dederunt) ad magiſtratus referenda eſſe, ineptum enim foret Principem ſuam ſententiam contra dignitatis officium exequi, ergo ad ordinarios referri ne-
6. ceſſe eſt. inde grandis diſputatio † & opinionibus obruta, an delegatus ſuam ſententiam exequi poſſit, inter ſe pugnant ciuiles & Pontificiæ obſeruationes circa Principis, inferioriſque delegatum, quare principio conſtituendum eſt Principis delegatum iure Pontificio ſuam ſententiam exequi poſſe ratione & lege inſtitutum eſſe, ratione quia ſi ex ipſa Principis commiſſione plenariam recipit poteſtatem ſuper omnibus quæ ad cauſam ſpectant cap. præterea in fine ſupra executióque ad neceſſarium cauſæ effectum ſpectat ad delegatum executionem pertinere ratio poſtulat, lege quia iſta expreſſum eſt d. c. in litteris, d. c. quærenti, d. c. paſtoralis §. præterea, & §. quia vero infra cap. ſi delegatus eodem in ſexto ex quibus receptiſſimum eſt.

Secundo, conſtituo iure ciuili idem obſeruandum eſſe non quidem ex iuribus à recepta omnium traditione allegatis ex quibus probari non poteſt, ſed ex communi iuris obſeruatione iure Pontificio expreſſa obtinere & ciuili niſi contrarium in eo diffinitum ſit c. 1. & 2. de noui operis nunciatione, cum itaque iure Pontificio expreſſum ſit obſeruandum erit & iure ciuili in quo contrarium expreſſum non eſt, nec obſtat d. l. à Diuo Pio quia iuxta veriorẽ interpretationem non in Principis delegato obtinet, ita tenendum eſt quamuis plures contrarium defendant, contrariiſque argumentis ſatisfaciant, non tamen rectè ſuperiori rationi vt conſtat ex diſputatione Menochij, Veroij & aliorum quo etiam argumento in inferioris delegato contrarium probari videtur, primo quia ſi in Principis delegato ſingulare conſtituitur ius, in alio contraria regula erit. Secundo ex d. l. à Diuo Pio quam in inferioris delegato obtinere certũ eſt. Tertio ex d. c. quiſquis 19. 2. q. 6. vbi cõtumaciæ pœnam coram delegato commiſſæ Epiſcopus exequitur. Quarto ex cap. ſi quis contra clericum de foro comp. Epiſcopi delegatus pronunciat, Epiſcopus autem exequitur ita gloſa verbo à ſe, in d. l. à Diuo Pio verbo iure, in l. ſi quis commiſſus ff. ne vis fiat ei, dicit com-

munem gloſa 1. in d. c. quiſquis verſ. ferè omnes dicunt cum relatis ibi à Præpoſito & Veroio in præſenti nu.8. Hippolito, Riminaldo, in l. imperium n.507.ff. de iuriſdictione, Bolognecto in l.2.nu.31.ff.de iuriſdictione veriorẽ poſt Fulgoſium in d.l.à Diuo Pio, Menochius d.q.74.n.56. contrarium autem ratione, & authoritate probatur ratione quia negotio ſimpliciter delegato ipſius natura in delegatum plenaria transfertur poteſtas ſuper omnibus, quæ ad cauſam ſpectant, cap. præterea in fine ſupra, c.1. de ſequeſtratione poſſeſſionis executio autẽ ad cauſam ſpectat ergo in ea plenariam poteſtatem habet delegatus, authoritate cap. ex litteris 29. iſto tit. c. cum Bertholdus de re iudicata, cap. ſi delegatus iſto tit. libro 6. vbi executio reſeruatur. ergo ſui natura tranſiret, ſi non reſeruaretur ita gloſa in cap. peruenit 39. verbo executio 11. q. 1. melior verbo ipſius ſolicitudine in d. c. ſi quis contra clericum, Innoc. Belam. & cõmunis in cap. cum ab Eccleſiarum, in fine de off. ordinarij, Ioãnes Delinano laudatus & receptus à Belam. ab Ant. Immola in fi. Abb. nu. 39. Aretino 22. Sozino, atque Felino nu. 14. in d. c. ſi quis contra clericum, Decio nu. 3. in præſenti, Alex. n.6. Iaſſon. 11. Vincentio 29. in d.l. à Diuo Pio, Dominico & Franco in d.c. ſi delegatus in qua contrarietate gloſa in d. verbo ipſius ſolicitudinem dixit priorem ſubtilitate, poſteriorẽ veritate preſtare inde priore defendi nõ poſſe niſi ordinario præſente quo caſu ipſius delegatus exequi non poteri", ſed reiicitur quia poſſe exequi, vel non, non dependet ab ordinarij impedimento, ſed à delegationis natura & poteſtate. quare Veroius in præſenti n.10. priorem iure ciuili, poſteriorem iure canonico obtinere reſoluit, prius dixerant Dominicus, & Francus vbi ſupra.

Quibus omiſſis conſtituo inferioris delegatum † iure Pontificio ipſa 7. delegationis natura & pronunciandi, & exequendi poteſtatem habere ex dicta ratione, & authoritate, & ita magis receptum eſt.

Nec obſtant prioris argumenta. primum in Principis delegato ius ſingulare conſtitui quia negandum eſt plenariam poteſtatem virtute commiſſionis in delegatum tranſire iure ſingulari, ſed ex propria commiſſionis natura vt apertè probant verba dicti cap. præterea ſupra ibi (quia ex eo quod cauſa ei committitur &c.) proculdubio ibi regula non ius ſpeciale conſideratur vt diximus ad rationem decidendi ad illum textum.

Nec obſtat dicta l. à Diuo Pio quia obtinet iure ciuili vt ſtatim dicemus, nec obſtat textus in d.c. quiſquis quia vt referemus ad vltimum argumentũ quatuor habet lecturas nulla tamen prædictæ interpretationi repugnat. nec obſtat textus in d. c. ſi quis contra clericum, in quo magis receptum eſt executionem ad ſolum Epiſcopum pertinere, ita magis vrget argumentũ. ſed reſpondendum eſt per illam propoſitionem (cauſa ſimpliciter delegata) transferri poteſtatem pronunciandi, & exequendi ex d.c. præterea, cap. in litteris, cap. paſtoralis, cap. ſi delegatus C. quærenti intelligi in delegatione ſpontanea, & liberali quia ſui natura videtur delegans concedere omne quod cõcedere potuit quamuis

non exprimat, in quo errauit Veroius d.n.10. quia lege Pontificia ſatis receptum eſt, non tamen in delegatione neceſſaria & coacta quia tunc præſumitur delegans ſolum cōcedere quod negare non potuit vt diximus de excommunicato, cui agere interdictum eſt, conuenire tamen poteſt, conuentóque permittitur defenſio quæ negari non potuit ex vera interpretatione cap. intelleximus de iudiciis, cap. cum inter de exceptionibus cap. ſi verè 33. vel 34. de ſententia excommunicationis, ita etiam ius patronatus tranſit cū

8. † vniuerſitate bonorum ex alienatione, vel alio tit. tranſlatiuè, cap. ex litteris, cap. cum ſæculum de iure patronatus, inde communes cōtrariæ ſunt an ex bonorum confiſcatione in fiſcum transferatur, quod negantes dicūt illa iura obtinere in alienatione ſpōtanea, & voluntaria, vt eſt venditio vel locatio ad longum tempus donatio, vel permutatio, non tamen in neceſſaria & coacta vt eſt confiſcatio probant Simancas de Catholicis inſtit. c.9. nu. 149. Hieronymus Gigas de crimine læſæ maieſtatis lib. 2. tit. de pœnis cōmittentium crimen q. 4. de quo copiosè diſputaui in cap. quanto de iudiciis, & in d.c. ex litteris. Vnde in d. c. ſi quis contra clericum Epiſcopus poſt recuſationem inuitus delegat ac proinde delegaſſe videtur quod negare non potuit ſcilicet cauſæ diffinitionem, non executionem, nec obſtat etiam ad executionem ſuſpectum eſſe quia diſpar ratio eſt, in executione enim factum eſt nudum miniſterium & idcirco non admittitur appellatio niſi excedatur modus l. ab executione C. quorum appellationes nō recipiātur, & communis ibi & in c. fin. §. 1. & 2. infra iſto tit. eſto tamen eandem rationem eſſe non conſequitur, recuſari potuit, ergo recuſatus eſt, quia etiā in ſpecie d.c. ſi quis contra clericū, & ca. inſinuante 25. iſto tit. poſſet Epiſcopus pronunciare ſi à parte non recuſaretur, ſibi itaque imputet qui eum nō recuſaret etiam ad executionem ita tenendum eſt.

Ex qua interpretatione † intelligi- 9.
tur Tridentinum dicta ſeſſione 25. c. 6. ibi (vſque ad finem cauſa &c.) quia ex noſtro textu & communi executio cauſæ nomine cōprehenditur, ſed præcedenti interpretatione nequaquā vt in d.c. ſi quis contra clericū cuius authoritate ita in ſupremo Regis cōſilio pronunciatū fuit quia Epiſcopo inuito adiunguntur illi duo capitulares ad procedendū cōtra aliquē ex capitulo.

Vltimo conſtituo † inferioris dele- 10.
gatū iure ciuili ſuam ſententiā exequi nō poſſe dicta l. à Diuo Pio, quia licet illo iure iuriſdictione cōceſſa, concedantur etiā omnia neceſſaria l. 2. ff. de iuriſdictione intelligitur exiſtēte ſubiecto, ſed deficit in hac ſpecie quia iure ciuili in iuriſdictione multi ſunt gradus relati à Bart. & communi in l. imperiū ff. de iuriſdictione inferiorisque delegatus reſtrictam habet iuriſdictionē, vocatúrque pedaneus l. 1. & 2. C. de pedaneis, l. à iudice C. de iudiciis, l. à Diuo Pio, ita communior eſt quamuis contraria ſeptem argumētis defendatur à Socino, Aretino, & Vincentio vbi ſupra, Decio in præſenti varios intellectus referentibus dictæ l. à Diuo Pio, cui & argumento reſpondemus obtinere iure ciuili inferioris delegato, ita ſoluitur primum.

11. Nec obſtat ſecundum † quia illa regula iudicem poſtea quam ſententiam dixit functum eſſe officio ſuo, intelligitur quoad hoc vt iterum eandem diffiniat, non tamen vt ſuam ſententiam executioni mandare non poſſit, ita obtinet noſter text.& accipiendus text. in l. iudex, l. Paulus, l. cum quærebatur ff. de re iudicata cum relatis à Felino & Veroio in cap. qualiter el. 1. de accuſationibus, Ripa & Rebuſo in l. quod iuſſit ff. de re iudicata cum referendis in cap. in litteris. 9. infra, vbi probat optimè text. & latè diſputandum eſt, ita ſoluitur ſecundum.

12. Nec obſtat tertium † ex d. cap. in litteris vbi delegatum poſtquam ſententiam exequitur, vel exequi mandauerit functum eſſe officio ſuo apertè probatur, ergo in præſenti poſtquã ordinario exequi mandauerit nõ poterit iuriſdictionem repetere,& ſuam ſententiam exequi reſpondet gloſa. 1. ibi intelligi cum effectu ſcilicet ordinarius ſententiam delegati fuerit exequutus, ſed reprehẽditur ab Abb. ibi num. 2. in præſenti num. 7. & relatis à Veroio num. 15. quare Abbas duas conſtituit ſpecies: altera eſt quãdo ordinario tamquam miniſtro mandat vt exequatur, tunc poterit ipſe pro arbitrio repetere ita noſtrum text. intelligi, ſed errat quia loquitur in alia ſpecie vt infra.

Altera eſt quando ordinario tamquam ſubdelegato ius exequendi cõmittit, dum omnis poteſtas in ſubdelegatum transfertur, vnde delegatus non poterit repetere, ita intelligit d c. in litteris & c. 3. ſupra ampliátque ſiue ſubdelegatus noluerit vel non potuerit, ſed errat vt latè probat Veroius an. 15. ad 22. in quo & ipſe cõfunditur. quare conſtituendum eſt priorem ſpeciem in ſe veriſſimam eſſe in poſteriori executione ſubdelegata delegatum repetere non poſſe regula eſt. limitatur tamen dupliciter primo re integra priuſquam ſubdelegatus vti cœperit delegatus repetere poteſt text. apertus in cap. quamuis iſto tit. lib. 6. ita tenendum eſt. Secundo ſi vti cœperit noluit tamen, vel non potuit perficere qua in ſpecie vt effectum ſortiatur delegatus poterit repetere argum. text. in cap. cum plures iſto tit. in ſexto vbi vno incipiente, alij ſe intromittere non poſſunt niſi ille noluerit, vel non potuerit, & ex integra dicti cap. in litteris vbi poſt illa verba, (per ſe vel per aliud) ſcribitur ſi potuerit, vt aduertit Antonius Auguſtinus in ſcholiis ad primam collectionem iſto tit. c. 14. ita agnouit gloſa 1. in d. c. in litteris, non rectè improbata ab Abbate, probata tamen à communi, Hoſti. Ioannis And. Belameræ, Ancharrani num. 4. Decij num. 3. Veroij 21. ita obſeruandum eſt argumentóque reſpondetur commiſſa executione delegatum officio ſuo functum non eſſe vſque ad executionis effectum, ita intelligi noſtrum text. & in d. cap. in litteris, vbi latius ſoluitúrque tertium.

Nec obſtat quartum quia vt reſolutum eſt in præſenti dumtaxat dubitatum fuit an commiſſa per delegatum executione ipſe poſtea repetat & exequatur, reſpondétque Alex. ordinario nolente vel non valente poſſe vt diximus, ita intelligitur gloſa ver-

Digitized by Google

bo non vult, in præſenti & communis ſupra relata quia ſi delegatus voluerit ordinarium † compellere vt e-
23. xequatur poteſt vtique cap. ſane. 11. c. paſtoralis 28. in principio, cap. ex litteris 29. etiam ſi ordinarius delegati ſententiam iniuſtam eſſe ſciat text. elegans in d. cap. paſtoralis §. quia vero, de cuius intellectu diſputandum eſt in cap. ſi quando ſtatim ſequenti, vbi reſoluendum eſt quando, quo iure & modo ordinarius iniuſto delegati mandato reſiſtere poſſit, quæ diſputatio præſenti adiungenda eſt. ita ſoluitur quartum.

14. Nec obſtat quintum † quia ex præcedentibus conſtat errare eos qui opinãtur delegatum ſuam ſententiã exequi non poſſe niſi ſub noſtri text. conditione, ſi ordinarius noluerit, vel non potuerit quia hoc obtinet dumtaxat quando executione ſubdelegata ordinarius vti cœperit, deinde noluerit, vel non potuerit. alias autem antequam vti cœperit vt in cap. quamuis iſto tit. in ſexto §, vel antequam ſubdelegauerit ex propria commiſſionis natura delegatus ſuam ſententiam exequi poteſt cap. in litteris 9. cap. quærenti 26. cap. paſtoralis 28. c. ex litteris 29. infra. cap. ſi delegatus eodem in ſexto. ita accipienda eſt cõmunis traditio relata ad tertium, & in ratione decidendi. ſoluiturq; quintum.

15. Nec obſtat † ſextum ex text. difficili in d. cap. quiſquis, cui gloſa ibi, Archid. Belam. Turecremata, Dominicus, & Præpoſitus ibi communiſque in præſenti quatuor intellectus referunt. prior eſt quod loquatur in arbitris, ſed omnes ab ea recedunt. 29. quod intelligitur in ſpecie noſtri text. ſed litteræ nõ conuenit. 39. quod loquatur in delegato inferioris ſicut dicta lex à Decio Pio, prius dixerat Hoſt. in ſumma huius tituli in principio ſequitur Veroius in præſenti n. 9. dicunt tamen interpretes delegatũ inferioris in d. cap. quiſquis potuiſſe exequi iuxta reſolutionem primi argumenti, ſed interpellaſſe Epiſcopũ, vt ſcandalo melius conſuleret, & maiori potentes comprimeret Epiſcopus imperio qua ratione vtuntur in 4. intellectu quo dicũt Epiſcopum in eo text. interpellare Archiepiſcopum vt eius authoritate contumaces filios coërceret. Cæterum apertè errant ex originalis ignorantia quia ille textus deducitur ex Concilio Mileuitano c. 24. verſ. ſanè, cuius verba ſunt, ſanè ſi Epiſcopi inter quos cauſa verſatur diuerſarum ſunt prouinciarum, ille Primas det iudices in cuius prouincia eſt locus, de quo contenditur, ſi autẽ cõmuni placito vicinos iudices elegerit duo eligantur aut tres, quod ſi tres elegerit omniũ ſequantur ſententiã, à iudicibus autem, quos communis conſenſus elegerit prouocari non liceat, & quiſquis probatus fuerit per cõtumaciam nolle iudicibus obtemperare cum hoc primæ ſedis Epiſcopo probatũ fuerit det litteras vt nullus ei communicet Epiſcoporum donec obtemperet. ex quibus ſatis apparet dictum cap. quiſquis intelligi de arbitris, quos Epiſcopi de loco contendentes communi conſenſu elegerant, à quibus nec appellare licet cap. à iudicibus 32. 2. quæſt. 6. & ſi aliquis Epiſcoporum arbitris contumax fuerit à Primate excommunicari debet

donec obtemperet, ita apertiſsimè docuit concilium relatum à dictis c. à iudicibus, & in præſenti, ideo noſtro textui, nec communi eius interpretationi repugnat, imo nec in arbitrorũ ſententia executione mandanda accipi poteſt, quia arbitri † ſuam ſententiam exequi non poſſunt d. l. à Diuo Pio & commnni ad 1. argumẽtum relata, ita ſoluitur text. 16.

SEQVITVR EXPLICANDVS TEXTVS IN CAP. SI QVANDO VIII. hoc eodem titulo.

Summarium huius capituli.

1. *Ordinarius ſciens non bene inſtitutum quem Papæ delegatus mandat in Eccleſiæ poſſeſsionem induci, non reſiſtet violenter, ſed precibus inſtabit donec Papa conſulatur.*
2. *Inferioris eſt obedire non imperare, traditur ratio noſtri text.*
3. *Declaratur text. in cap. paſtoralis §. quia vero infra, an teneatur ordinarius ſententiam omnino iniuſtam ſine replicatione executioni mandare.*
4. *Declaratur cap. ſuper eo infra. an ordinarius poſsit interponere appellationem contra iniuſtum mandatum delegati.*
5. *Beneficium Eccleſiaſticum non poteſt licitè ſine inſtitutione canonica obtineri.*
6. *Ordinariſ intereſt beneficia Eccleſiaſtica non obtineri ſine canonica inſtitutione.*
7. *Iudici extra iudicium iniuriam irroganti reſiſti poſſe.*
8. *Eſt etiam in iudicio dum per appellationem reſiſti non poteſt.*
9. *Hoc ſi mandatum notoriè foret iniuſtum.*
10. *Et idem ſi notorium contineat errorem mandatum.*
11. *Et idem ſi iudex iniuriam irrogauerit poſt appellationem legitimè interpoſitam.*
12. *Licet ſtricta diſputatione in noſtro caſu ordinarius poſſit reſiſtere mandato delegati, tamen ad euitandas rixas contrarium fuit diſpoſitum, id eſt, quod ſolum precibus inſtet, donec Papa conſulatur.*

Digitized by Google

SVMMA TEXTVS.

1. ORdinarius ſciens non benè inſtitutum † quem Papę delegatus mandat in Eccleſiæ poſſeſſionem induci non reſiſtet violenter, ſed precibus inſtabit vt differat donec Papa conſulatur.

Pro ratione dubitandi primò ſic argumentor. ordinarius ſciens delegati ſententiam iniuſtam eſſe eam exequi debet text. in cap. paſtoralis 28. §. quia vero infra iſto tit. cuius ratione magis vrget argumentum ſcilicet ordinario executionem & nudum eius miniſterium dumtaxat committi & idcirco alienum ab eo eſſe de ſententiæ iniuſtitia diſputare, ſed in præſenti ordinario mandatur dumtaxat in poſſeſſionem inducere & ita nudum miniſterium, ergo nec precibus differre poterit.

Secundo ſic argumentor. ordinarius pro ſua iuriſdictione delegati mandatum poteſt appellatione ſuſpendere cap. ſuper eo. 15. infra. ſed ad ſuam iuriſdictionem pertinet beneficiarios intruſos non eſſe. cap. ordinarij de off. ordinarij in ſexto Tridentinum ſeſſ. 7. c. 5. c. 1. de eo qui mittitur in poſſeſſionem libro. 6. ergo fruſtra precibus impetrabit, quod appellatione illi conceſſum eſt.

Tertio ſic argumentor. potentia etiam, & authoritate iniuſto ſuperioris mandato poteſt quis reſiſtere omni iure, prouerbiorum c. 22. (eripe eum, qui ad mortem ducitur) cap. non in inferenda. 23. quæſt. 3. c. non ſemper 89. cap. ſi dominus 90. cap. qui reſiſtit 94. 11. quæſt. 3. c. ex litteris 29. infra iſto tit, l. prohibitum. 5. C. de iure fiſci lib. 10. ergo ordinarius iniuſto delegati mandato violenter reſiſtere poterit.

Quibus non obſtantibus † contrarium in præſenti diffinitum eſt ea decidendi ratione quia ſuperiori iudici parere neceſſe eſt l. non videtur 167. §. qui iuſſu ff. de regulis iuris & inferior ſicut ſi non iuſſus fecerit punietur, ita ſi iuſſus non fecerit cap. miles 33. qu. 5. & inde iniuſtis ſuperiorum mandatis etiam iuſtos optemperare neceſſe eſt, cap. quid culpatur 23. quæſt. 1. quia inferioribus obtēperandi neceſſitas, non imperandi authoritas competit, ita aliud agens text. in cap. fin. de rebus Eccleſiæ, qua ratione iniuſto delegati mandato ordinarius violenter reſiſtere nō debet ſed precibus inſtare vt differat donec Pontifex cōſulatur, ratio eſt quia Pontificia prouiſione, & benignitate conceſſum eſt vt inſolitis & duris ipſiuſmet Pontificis Max. mandatis ordinarij nō obtemperent, ſed ipſum conſulant cap. ſi quando. 5. ſupra de reſcriptis, cap. cum teneamur. 6. infra de præbendis, vbi latiſſimè explicabimus & ideo facilius erit idem in ipſius delegato obſeruare, ita accipiunt noſtrum textum omnes ibi & in præſenti & Bart. Aluericus, Paulus, Fulgoſius, Decius num. 26. Hipolitus, Riminaldus nu. 272. Bolognetus 54. in l. vt vim ff. de iuſtitia & iure, Nauarrus in cap. cum contingat remedio. 3. de reſcriptis & in manuali c. 24. num. 15. cum referendis ad vltimum argumentum. 2.

Nec

Nec obſtant pro ratione dubitan-
3. di † in contrarium adducta, primum ex d. cap. paſtoralis §. quia vero Reſpondeo enim illum text. noſtro conformari dum ibi in fine conſtitutum eſt ordinarium inſtitiſſe coram delegato, vt eum haberet excuſatum, nolente autem delegato debere exequi ſententiam etiam iniuſtam quia non cognitio, ſed ſola executio illi demãdatur ſibique imputet pars ſi à delegati ſententia non appellauerit, ita omnes ibi, in præſenti, & in d. c cum teneamur, & in d. cap. ſi quando cũ adductis infra, ad vltimum argumentum. ita ſoluitur primum.

4. Nec obſtat ſecundum ex d. cap. † ſuper eo infra. quia reſpondet gloſa verbo mandato in præſenti communis in dictis locis propter Appoſtolici delegati authoritatem ordinarium inſtare debere precibus vt delegatus differat, quod ſi precibus non aquieuerit poterit ordinarius iuſtè appellationem interponere ex d. cap. ſuper eo quoties ſua intererit, intereſt tamen in noſtra facti ſpecie, quia cum iuris neceſſaria traditio ſit beneficium Eccleſiaſticum ſine Canonica inſtitutio-
5. ne † obtineri non poſſe cap. olim 25. de reſcriptis, cap. cum ſuper de cauſà poſſeſſionis c. ex frequentibus de inſtitutionibus c. 1. de regulis iuris lib.
6. 6. ideoque ordinarij intereſt † beneficia Eccleſiaſtica ſine tit. nõ obtineri d. c. ordinarij cum aliis ſupra, qua ratione à delegato non differente ordinarius iuſtè appellare poterit cum ſibi compertum ſit eum, quem delegatus in poſſeſſionem mittit canonicam non habere inſtitutionem, vt ex littera conſtat, ita ſoluitur ſecundum.

Nec obſtat tertium in quo ad ſolidam eius cognitionem repetenda eſt reſolutio capituli cum teneamur ad rationem decidendi & primi argumenti diſputatio, vltra quam cruciãtur doctores in d. l. vt vim, in præſenti, & in iuribus allegandis quando iudici iniuriam irroganti violenter poſſit reſiſti omiſſaque longiori diſputatione. 1. conſtituo † iudici iniuriam 7.
extra iudicium irroganti violentia & authoritate reſiſti poſſe ex l. nec magiſtratibus & communi ibi ff. de iniuriis d. l. prohibitum, gloſa & Bar. ibi & gloſa in d. §. qui iuſſu, communis ex Abbate num. 2. Decio nu. 3. in præſenti, Riminaldo & Bologneto vbi ſupra num. 272. & 54. Iulius Clarus lib. 5. §. fin. quæſt. 29. n. 2. & aliis infra.

Secundo conſtituo † iudici iudicia- 8.
liter damnum, quod appellatione reparari non poteſt irroganti violenter reſiſti poſſe, ſcilicet ſi aliquem ſuſpendi, vel torqueri mandauerit ex d. cap. 34. prouerbiorum, (eripe eum qui ad mortem ducitur) gloſa vnica in cap. ij qui, 14. quæſt. 6. ibi communis, & ſecundum Belameram, num. 1. Abb. 2. Decium. 3. hic & 26. in d. l. vt vim, Riminaldus 279. Bolognetus. 59.

Tertio conſtituo † idem obſeruan- 9.
dum eſſe ſi mandatum notoriè iniuſtum foret ex dictis iuribus, & cap. dilecto de ſententia ex communi. in ſexto quia licet pro iudice præſumendum ſit Eccleſiaſtici. cap. 8. l. res iudicata. 207. ff. de regulis iuris, text. optimus in cap. præſentia de renunciatione, cap. cum inter. 33. cap. ſicut 16. de re iudicata, illa tamen præſum-

ptio vincitur ab iniuſtitia notoria ca. cum ad ſedem in fine. de reſtitutione ſpol. ideo violenter reſiſti poteſt, gloſa verbo denuntietis in cap. ex litteris 29. infra. communis ſecundum Card. & Immolam ibi, & in præſenti, Belametam, Abb. & Decium num. 4. in præſenti, Riminaldum 287. Bolognetum 58. vbi ſupra.

10. Quarto conſtituo † idem ius eſſe ſi expreſſum contineat errorem, vel relatione certum l. ſi expreſsè ff. de appellat. cap. inter cæteras de re iudicata, l. 1. titulo 22. p. 3. Greg. ibi, Afflictus deciſione 47. Belamera, & alij ſupra.

11. Quinto conſtituo idem ſtatuendū eſſe † ſi poſt appellationem legitimè interpoſitam iniuriam irrogauerit argumento text. optimi in l. quoniam iudices. 21. ibi (pertinaciter reſtiterit) C. de appell. cap. ad præſentiam. 16. c. præterea 40. de appellat. ita Innocentius receptus à Belamera & aliis ſupra, Riminaldo 290. Valoſneto 61. ampliantibus amicos & vicinos poſſe ad hoc impune conuocari ex text. eleganti in d. cap. dilecto verſ. & quidem.

12. His ita diſpoſitis diſputant † ad quam obſeruationem noſter text. referendus ſit, littera enim ſuadet referri ad tertiam ſcilicet ad mandatum notoriè iniuſtum vt probat ibi (certum ſit) ſed requirunt an intelligatur certum ſolius ordinarij reſpectu, an omnium communior quod eſt ad omnes referri ſed reſpondent aliud eſſe certum, aliud notorium & manifeſtum l. ciues. 11. C. de appell. c. quoniam de filiis præſb. optimè cap. veſtra cap. tua de cohabitatione clericorum & mulierum, ſed verius eſt nec ex littera, nec ex eius originali congruam colligi differentiam quinimo text. littera & mens contrarium perſuadet, idcirco ſtricta diſputandi ratione violenter reſiſtere poterat quā Pontifex propter delegati Appoſtolici authoritatem voluit moderari, moderationiſque ratio ipſum delegatum ſuam ſententiam in præſenti exequi nec ordinario exequi mandaſſe vt in d. §. quia vero, ſed ordinarius ſciens certum eſſe illum non eſſe canonicè inſtitutum dubitauit an pro munere, & iuriſdictione propriæ authoritatis violenter deberet reſiſtere conſultus Alexander 3. Reſpondet quod violentus non reſiſtat ſed precibus inſtet vt delegatus differat donec ſedes Appoſtolica conſulatur quod ſicut diximus delegatus precibus non acquieuerit, & perſiſtat vt mandatum exequatur ordinarius poterit appellationem rectè interponere ex text. in c. ſuper eo infra iſto tit. & communi ſupra iſto titulo, & communi ſupra relata.

Ex quibus ſatis deprehenditur ſtricto iure potuiſſe reſiſtere, ſed propter authoritatem Appoſtolicam, ad vitandúmque ſcandalum, ita Alexandrum reſpondiſſe, ſoluitúrque argumentum & text.

Digitized by Google

SEQVITVR TEXTVS IN CAP. IN LITTERIS IX. ISTO TITVLO.

Summarium huius capituli.

1. *Poſt delegati diffinitum executioni mandatum ſpirat iuriſdictio eius.*
2. *Iudex poſt ſententiam executioni mandatam functus eſt officio ſuo, nã executio etiam concluditur in mandato vt exequatur delegatus, vel mandet ordinario vt exequatur.*
3. *An delegatus ſemel lata ſententia diffinitiua poſſit iterum pronunciare.*
4. *Ordinarius ſententiam nullam pronuncians non eſt functus officio ſuo, & iterum poteſt pronunciare.*
5. *Delegatus nulliter pronuncians functus eſt officio ſuo.*
6. *An Delegatus Principis nulliter pronuncians functus ſit officio ſuo.*
7. *Delegatus ad vniuerſitatem cauſarum non eſt functus officio ſuo nulliter pronuncians.*
8. *Delegatus ad vnam cauſam nulliter pronuncians ex defectu formæ non eſt functus officio ſuo, cap. qualiter 17. de accuſationibus.*

SVMMA.

1. POST diffinitiuam à delegato executioni mãdatam expirat eius iuriſdictio.

Pro ratione dubitãdi primo ſic argumentor. diffinitiuæ executio non ad delegatum, ſed ad delegantem pertinet. primo ex l. à Diuo Pio in principio ff. de re iudicata.

Secundo ex cap. quiſquis 19. 2. quæſt. 6.

Tertio ex cap. ſi quis contra clericum de foro comp. ergo contra concluſionem.

Quarto ſi delegatus cauſam commiſerit functus eſt officio ſuo. cap. venerabili 37. infra iſto tit. ergo ante diffinitiuam, eiuſque concluſionem & executionem.

Quinto ſic argumentor poſt diffinitiuam poteſt delegatus cognitionẽ repetere non ſolum re integra cap. quamuis iſto tit. in ſexto ſed etiam re

Digitized by Google

non integra ſi ſub delegatus noluerit aut non potuerit, cap. ſignificaſti ſupra iſto tit. ergo non eſt functus officio ſuo.

Sexto ſic argumentor. poſt diffinitiuam poteſt delegatus iterum pronũciare argumento text. in l. ſi Præſes C. quomodo & quando iudex, ex textu in cap. qualiter 17. infra de accuſationibus ergo. non eſt functus officio ſuo.

Quibus non obſtantibus contrarium ab Alex. 3. in præſenti reſponsũ eſt. decidendi rationem aſſignãte functum

2. eſſe officio ſuo vt docuerat † textus in l. labeo in principio ff. de arbitris l. Paulus 42. expreſsè lex iudex 55. ff. de re iud. l. ſi vt proponis 4. C. quomodo & quando iudex, cuius rationis ratio illam plenariam delegati poteſtatem explicatam in cap. præterea ſupra, quæ exequendi poteſtatem etiam includit cap. ſignificaſti ſupra, vbi latè ad rationem decidendi, & ad 1. & 2. argumentum, ad ipſius cauſæ finem dirigi, & ad primam iuſtam, vel iniuſtam ſententiam referri, eáque delegati authoritatem concludi certum eſt ex dictis legibus, cuius traditionis ſolida ratio omnes diſpoſitiones iure noſtro regulariter ad primum actum referri l. boues 89. §. hoc ſermone ff. de verb. ſignificatione, c. ſi compromiſſarius 37. §. ſi vero de electione in ſexto cap. non poteſt 21. de præb. in ſexto, cum relatis ab Alciato & Rebufo in d. §. hoc ſermone. vbi latè Tiraq 1. limitatione num. 40.

Qua ratione delegatus diffinitiuam executioni mandans functus eſt officio ſuo, idem ſi alteri exequendam commiſerit ex littera noſtri text. intelligendam cum effectu iuxta glo. 1. magis receptam ex allegatis in cap. ſignificaſti ad ſecundum argumẽtum, quia ſi is, cui committitur noluerit, aut nõ potuerit delegatus cauſam repetet, & executioni mandabit ex d. c. ſignificaſti iuxta veriorem interpretationem illius text. & noſtri ad hoc celebris ſecundum ibi relatos, & Alexandrum in d. l. iudex num. 12. & in rubrica ff. de off. eius num. 5. Purpuratum 39. Riminaldum 5. Bolognetum 30. & in præſenti omnes communiter ſecundum Decium num. 3. & relatos à Tiraq. vbi ſupra Meno. de arbitr. quæſt. 67. cum referendis ad vltimum argumentum 16.

Nec obſtant in contrarium adducta pro ratione dubitandi. nam quinque priora iam reſoluta ſunt in d. c. ſignificaſti ad primum, ſecundum & ſextum argumẽtum, ex quibus & diſputatio & interpretatio petenda eſt.

Nec obſtat ſextum † ex d. l. ſi Præ- 3.
ſes, & d. c. qualiter quia reſpondet obtinere in ſententia nulla, quia cũ propriè ſententia non ſit, nec debet executioni mandari l. 4. §. condemnatum ff. de re iudicata, & communi ibi, & latiſſimè diſputata per relatos à Sebaſtiano Bancio de nullitatibus tit. corã quo nullitas petenda ſit num. 14. & Ioanne Bota cõſilio 84. & Petro Surdo conſilio 99. ann. 18. nullum debet habere effectum, & ideo ex ea non erit functus officio ſuo, ſed hæc interpretatio facilè conuincitur ex d. l. ſicut proponis, vbi loquitur de ſent. nulla, & ex ea functus eſt officio ſuo.

Quibus & aliis omiſſis † in pri- 4.
mis obſeruandũ eſt iudicem ordinarium nulliter pronunciãtem non eſſe

Digitized by Google

functum officio ſuo quia pro officij munere propriam iuriſdictionem habet l.1.§.qui mandatam ff. de off. eius, l. & quia ff. de iuriſdictione c.1. cum ſequentibus de off. ordinarij, idcirco quamdiu officium durat & iuriſdictio inde non eſt functus officio ſuo ex d. l. ſi Præſes. ita intelligenda ex communi omnium placito vbi ſupra.

5. Secundo obſeruandum eſt † delegatum nulliter pronunciantem functum eſſe officio ſuo d. l. ſi vt proponis, quia eius poteſtas ad cauſæ finem dirigitur, finis autem eſt diffinitiua benè, vel malè prolata d. l. iudex, ita interpretandus eſt noſter textus ex ſuperiori communi, & Mariani Socini num.17. Felini 56. in d. c. qualiter.

6. Tertio obſeruandum eſt maiorem † eſſe controuerſiam an idem ſtatuatur in Principis delegato quia cum maior ſit ordinario cap. ſanè 11. infra. poſſitque ſubdelegare cap. ſi pro debilitate ſupra ſicut ordinarius conſequitur non eſſe functum officio ſuo, ſicut de ordinario diximus ex d. l. ſi Præſes, ita ſignificat d. c. qualiter, probat Angelus in d. l. iudex, Decius in præſenti, Boërius deciſione 6. Belonus vbi ſupra, dicit veriorem Menochius d. quæſt. 67. interpretantes noſtrum textum non obtinere in ſententia nulla contrarium ex d. l. ſi vt proponis, & ſuperioribus rationibus magis receptum eſt vt fatentur Decius, Boërius, & Menochius, & probant ex Bal. & Abb. in præſenti, & Socino vbi ſupra, Felinus, Purpuratus, Riminaldus, Bolognetus vbi ſupra. & ita tenendum eſt, nec obſtat d. c. qualiter, obtinet enim in alia ſpecie.

Quarto, obſeruandum eſt delegatum † ad vniuerſitatem cauſarum nulliter pronunciantem non eſſe functum officio ſuo quia ſicut diximus de ordinario durat eius officium, inde & iuriſdictio durabit, ita intelligitur textus in d. c. qualiter vt patet ex verſiculo finali, & ex illis verbis (quod in ſimilibus volumus obſeruari) ex gloſa & communi ibi, & gloſa verbo delegatus in cap. cum cauſam 62. de appellat. communis ibi, & ſecundum Tiraquelum, Bolognetum, & Menochium vbi ſupra. 7.

Quinto, obſeruandum † eſt idem ſtatuendum eſſe in delegato ad vnam cauſam nulliter pronunciante quando nullitas prouenerit ex defectu formæ non obſeruatæ vt in cap. cum dilecta 22. de reſcriptis, quia tunc non eſt functus off. ſuo, ita interpretandus eſt textus in d. c. qualiter, vt obtineat etiam ſi illi delegati fuiſſent ad vnam tantum cauſam, ita conueniunt omnes ſupra. in aliis autem etiam in delegato Principis obtinet ſecunda obſeruatio, & cum his ſoluitur argumentum & textus. 8.

Digitized by Google

SEQVITVR EXPLICANDVS TEXTVS IN CAP. CONSVLTATIONIBVS X. iſto titulo de officio deleg.

Summarium huius capituli.

1. *Reo non per contumaciam abſente delegatus etiam ad diem non reſtituet actorem licet poſſeſsionis, & ſpolij probationem incontinenti offerat.*
2. *Delegato Papæ magna eſt attributa poteſtas.*
3. *Contra partem inauditam nec Pontifex poteſt iudicare & datur ratio.*
4. *Excommunicatus non poteſt conuenire, ſed poteſt conueniri ne inuocans condemnetur.*
5. *Delegatus inauditum, & indefenſum ad reſtitutionem compellere non poteſt.*
6. *Reſtitutio eſt facienda ante omnia, & an contra inauditum, & indefenſum.*
7. *Prima Citatio etiam cum notoriè conſtat facienda eſt.*
8. *Contra arripientes iter ad ſedem Appoſtolicam nihil eſt innouandum.*
9. *Iura breuitati litium conſuluerunt.*
10. *Quando fit miſsio in poſſeſsionem ex primo decreto.*
11. *Ante litis conteſtationem teſtes etiam in cauſa ſpolij recipi non poſſunt, & de intellectu noſtri textus.*
12. *Quid ſit probandum ad reſtitutionem ſpolij.*

S V M M A.

1. REo non per contumaciam † abſente delegatus etiam ad diem non reſtituet actorem licet poſſeſſionis, & ſpolij probationem incontinenti offerat.

Pro ratione dubitandi primo ſic argumentor. ſpolij natura, & priuilegium ante omnem contentionem ſpoliatum reſtituendum eſſe poſtulant, l. meminerim C. vnde vi, l. ſi quis ad ſe fundum C. ad legem Iuliam

de vi, c. 1. c. in litteris cum ſequentibus de reſtitutione ſpoliatorum, ſed in præſenti poſſeſſionis, & ſpolij probatio offertur, vt ex littera conſtat, ergo vt ſpoliatus ante omnia reſtituatur, vt ſpoliator abſens ex contumacia, vel alia cauſa fuerit nihil refert.

Secundo, ſic argumentor. probatione poſſeſſionis, & ſpolij incontinenti oblata de ſpolio notoriè conſtat l. 3. §. ibidem ff. ad exhibendum l. is à quo in principio ff. vt in poſſeſſionem legatorum cap. litteras de reſtitutione ſpoliatorum, ſed quando de delicto notoriè conſtat iuris ordo non attenditur cap. manifeſta 2. quæſt. 1. c. bonæ 23. de electione ibi (porro exceſſus notorius examinatione non indiget) cap. cum ſit Romana 5. §. 1. de appellationibus, cap. ſicut el. 1. de ſimonia. ergo ſi contumax ſit vel non ſpoliator debet reſtitui ſpoliatus.

Tertio, ſic argumentor. etiam ſi abſens ad ſedem Appoſtolicam iter arripuerit contra eum procedi poteſt cap. meminimus 9. c. ſuggeſtum 15. de appellat. ergo contra abſentem ſtudiorum vel peregrinationis cauſa delegatus procedere poterit.

Quarto, ſic argumentor. contra abſentem ſi non defenditur iudicio procedi poteſt, l. Fulcinius §. celſus autem ff. ex quibus cauſis in poſſeſ. eatur, l. fi. ff. de priuillegiis creditorum, etiam abſentem Reipublicæ cauſa l. ignorare C. de reſtitutione militum, vel relig. c. ex litteris de dolo & contumacia. c. fin. de eo qui mittitur in poſſeſſionem ergo & contra ſpoliatorem abſentem.

Quinto, ſic argumentor. in noſtri textus ſpecie Reo etiam præſente, imo & in ius vocato teſtes de poſſeſſione, & ſpolio quantumcúmque idoneos delegatus ante litis conteſtationem recipere non poſſet c. 2. verſiculo coram eo infra, vt lite non conteſtata. cum ſequentibus ergo nihil intereſt ex contumacia, vel alia cauſa abſens ſit.

Sexto, ſic argumentor. lite etiam conteſtata poſſeſſionéque ſpolio probatis ſpoliatus reſtitui non debet niſi & de poſſeſſionis iure docuerit. cap. ex tranſmiſſa, cap. ex parte de reſtitutione ſpol. maximè in beneficialibus, quia ſine canonica inſtitutione beneficium obtineri non poteſt cap. ex frequentibus de inſtitut. c. 1. de regulis iuris in ſexto ergo non rectè mouetur Alexander, contumaciæ, vel alterius cauſæ abſentia.

Quibus non obſtantibus contrarium in præſenti Alexander reſpondet decidendi ratio eſt quod licet Papæ delegato tanta † ſit attributa poteſtas vt conſtat ex c. 1. c. 3. c. de cauſis c. præterea, cap. ſignificaſti ſupra, cap. ſanè 11. c. paſtoralis 28. infra cum aliis nunquam tamen vt partem † inauditam & indefenſam condemnare poſſit, quia nec ipſi Pontifici Max. facere licebit. cuius rationis ratio eſt defenſionem iure naturali conſiſtere l. vt vi ff. de iuſtitia & iure, l. 4. ff. ad legem Aquiliam, clementina paſtoralis §. cæterum de re iudicata, naturalem tamen rationem cæteris præſtantiorem eſſe, & immutabilem §. penultimo inſtitutis de iure naturali, c. fin. de conſuetudine, ac proinde omnes, quorum intereſt in ius vocandos eſſe, priorémque illam in ius vocationem, vel citationem à Principe tolli.

2.

3.

non poſſe communior eſt ex infra referendis, itaque intelligi lex de vno quoque 47. ff. de re iudicata, cap. nos incompetenter 2. quæſt. 1. c. 1. de cauſa
4. poſſeſs. d. §. cæterum, qua ratione † nec excommunicatis negari potuit, licet enim conuenire non poſſint, ſed conueniri in odium contumaciæ, cõuentis tamen permittitur defenſio ne contingat innocentem condemnari, & ita naturalem defenſionem infringi iuxta veram interpretationem cap. intelleximus de iudiciis, cap. cum inter de except. cap. ſi verè 34. de ſenten-
5. tia excommu. maiori † itaque ratione delegatus inauditum, & indefenſum ad reſtitutionem compellere non poterit etiam ſi ad certum diem delegatio fiat & videatur eſſe illuſoria vt diximus in cap. de cauſis & in c. 1. ſupra, minus enim periculum eſt delegationem prorogari aut nouè concedi intra iuris traditiones explicatis in d. c. de cauſis quam naturalem rationem infringi, infringeretur enim facilè ſi contra inauditum procederetur, vt conſiderat textus in d. c. cum inter, innocentem enim condemnari frequẽtiſsimè contingeret. ita interpretandus eſt textus in d. c. 1. de cauſa poſſeſſionis cum aliis ſupra. eadémque ratione delegatus etiam ad diem, & in ſpolij cauſa contra inauditum non poterit de reſtitutione ſententiam dicere, ad hoc noſter textus ſatis laudatur à gloſa verbo reſtitutionem in fine, & omnibus. text. vſque ad Decium, & in d. c. 1. vſque ad Alciatum, & in d. l. de vno quoque vſque ad Hipolitum à relatis à Coua. in practicis c. 2. latiſſimè ab Aſſinio in praxi §. 7. c. 5. à Menochio de arbitrariis, quæſt. 17. ab Ant. Gabrieli 3. tomo communium lib. 2. tit. de citationibus concluſione 1. Petro Gregorio lib. 48. Syntagmatum c. 2. Petro Surdo conſilio. 1. & 39.

Nec obſtant in contrarium adducta † pro ratione dubitandi primum 6.
quia reſpondeo veriſſimam eſſe propoſitionem ſpolij priuillegio & natura ipſius reſtitutionem ante omnem contentionem fieri naturalem rationem poſtulare ex cap. oportet 3. q. 2. c. 1. de reſtitutione ſpoliatorum in ſexto, & ita doceri in d. l. meminerim C. vnde vi, c. 1. c. in litteris de reſtitutione ſpoliatorum latiſſimè Menoch. de recuperanda rem. 1. Ant. Gabrieli tit. de reſtitutione ſpoliatorum concluſione 1. vbi ſupra. interpretandum tamen eſſe ſi de ſpolio legitimè conſtiterit vt ex eiſdem iuribus probatur, legitimè autem conſtare contra inauditum & indefenſum nullo iure, nullave ratione poteſt, vt conſtat ex dictis iuribus, & ex textu difficili in cap. ſollicitè de reſtitutione ſpol. textus in cap. licet Epiſcopus 28. ibi (te non vocato) de præbendis in ſexto iuxta cõmuniorem intellectum. vnde in præſenti delegatus etiam ad diem non poterit inauditum, & indefenſum ad ſpolij reſtitutionem cõdemnare quia ſpolij priuillegio, & natura abuteretur contra naturalem rationem indefenſum & inauditum condemnando, ita ſoluitur primum argumentum.

Nec obſtat ſecundum, ad cuius cognitionem ſciendum eſt propoſitionem illam ſupra explicatam in ratione decidendi, eáque ad partis defenſionem pertinent nec à delegato nec ab ipſo Principe tolli poſſe, & inde nec

nec primam in ius vocationem † ex iuribus ibi allegatis obtinere etiam in notoriis ex d.c. licet Epiſcopus ita intelliguntur illa iura, & c. Deus omnipotens 2. q. 1. niſi delictum notorium eſſe & nullam defenſionem competere manifeſtum vt in d. c. cum ſit Romana §. fin. cum aliis poſt primam autem in ius vocationem ex cauſa vt propter criminis atrocitatem defenſiones plerúmque reſtringuntur vt in d.c. ſicut el. 1. c. ad falſariorum, de crimine falſi. c. 1. de homicidio libro 6. quia in notoriis ordo eſt ordinem nõ ſeruare cap. ad noſtram 21. de iure iurando, cap. propoſuit 24. de appellationibus. ita intelliguntur illa iura & c. 1. de iudiciis, & ita obſeruandum eſt & ſic ad argumentum reſpondeo in præſenti ſpolium nõ fuiſſe notorium, eſto tamen quod fuerit, ſpoliatorem in ius vocari neceſſe eſt ex ſuperioribus, notorium tamen non fuiſſe ex littera conſtat dicente (ſi conſtiterit) quoad legitimas probationes referri certum eſt, cap. conſtitutus de filiis præſb. cap. ſi conſtiterit 12. de accuſationibus, cap. ſacro de ſententia excommu. legitimas tamen probationes ſpoliatus habere non poterit niſi contradictorio iudicio. Vnde fit conſequens neceſſarium ſpoliatore non vocato legitimas eſſe non poſſe, nec repugnant probationes incontinenti offerri à ſpoliato, licet enim in poſſeſſorio adipiſcendo vtilis ſit in qua ſpecie obtinet d. l. 3. §. ibidem, & d. l. ſi is à quo in poſſeſſorio, tamen recuperandæ non impedit ſpolij naturam niſi quando immineret peccati irreparabilis periculum ex vera interpretatione, cap. litteras, cap. in litteris, capituli primi, vbi gloſſa & communis de reſtitutione ſpol. à fortiorique inutilis erit contra partem inauditam & indefenſam, ita ſoluitur ſecundum.

Nec obſtat tertium quia licet veriſſimum † ſit contra arripientes iter 8. ad ſedem Appoſtolicam nihil innouandum eſſe, cæterum quando fraude & dolo iter arripuerint rectè proceditur vt in d. c. meminimus in d. c. ſuggeſtum de appellat. vbi latiſſimè Præpoſitus & Decius, ita in præſenti obſeruaretur ſi fraudulenter ſpoliator abſens foret, vt infra dicemus, ſoluitúrque tertium.

Nec obſtat quartum, cui gloſa verbo reſtitutionem magiſtraliter reſpondet, & diſputant omnes in præſenti, & in dictis iuribus, & ſtatim referendis, ad cuius cognitionem principio ſciendum eſt quod lex Cæſarea, & Pontificia lites omnino excuſari impoſſibile fore † iudicantes, earum 9. breuitati conſulere curauerant l. properandum C. de iudiciis, cap. finem litibus de dolo & contumacia, Tridentinum ſeſſ. 24. c. 20. inde intereſſe cõſiderabile eſt lites excuſari ſeu reſtringi, textus elegans in l. minoribus 6. ff. de minoribus, & ad ius publicum ſpectat c. 2. de cauſa poſſeſſionis. cęterum lites differri reorum fraude, & malitia frequentiſſimum eſt, idcirco vtraque lex huiuſmodi fraudibus proſpicere intendens varios modos iure noſtro prodidit ad cogendos reos, potiſſimũ autem miſſionem ex primo directo, vel vt ad diffinitiuam procedatur vel excommunicationis ſententiam, ita ex dictis iuribus, & cap. tuæ cap. quoniam frequenter §. in aliis vt lite non conteſtata, c. 1. & ſeqq. de eo qui mit-

Gg

titur in poſſeſſ. c.1.& 2. c. prout, cap. cauſam de dolo & contumacia cap. præterea ſupra.

Secundo ſciendum eſt cauſam abſentiæ in noſtro textu propoſitam in peregrinatione, vel in ſtudio fuiſſe in exemplum ad ſignificandam ſpoliatoris excuſationem: ſumma itaque eſt in præſenti quoad interpretationem litteræ nihil referre an abſentia prouenerit ex cauſa iuſta, vel iniuſta ſi non fuerit ex contumacia, qua condemnaretur vtique reus, in alia autem quacumque excuſabitur.

10. His ita propoſitis argumento † reſpondeo miſſionem in poſſeſſionem ex primo decreto eo caſu rectè fieri, quo reus contumax fuerit, actoque eandem à iudice petierit. ita interpretandus eſt textus in d. §. Iulianus l. cõſentaneum C. quomodo & quãdo iudex, d. §. in aliis, in præſenti autẽ vtraque ſpecies deficiebat quia diximus reum non fuiſſe contumacem vt conſtat ex principio textus, & ex eodẽ apparet quod actor non petebat miſſionem ex primo decreto nec petere poterat vt in ſequenti argumento ſed petebat ſpolij reſtitutionem, quę contra inauditam partem fieri non poteſt, ita ceſſat ſubtilis Decij num. 5. diſputatio. ſoluitúrque quartum.

11. Nec obſtat quintum in cuius difficultate † gloſa fin. & interpretes confundũtur, gloſa tres intellectus refert, prior eſt argumentum eſſe veriſſimũ, & inde etiam in cauſa ſpolij ante conteſtationem teſtes accipi non poſſe textus in d.c.2. cum ſequẽtibus vt lite non conteſtata, & ita noſtrum textũ intelligi, ſed improbaturà nouioribus quia mutat cauſã ſcilicet quia noſter textus loquitur de abſente ante cõteſtationem & in verſiculo niſi dum dicit niſi per contumaciam abſens fuerit iuxta dictum intellectũ accipimus litem eſſe cõteſtatam, antea enim nec contra contumacẽ accipi poſſunt teſtes ex d.c.2. & ita mutat cauſam cõtra iuris regulas quia cum ſit vna determinatio debet pariformiter determinari, ideo gloſa. Secũdo intelligit noſtrum textu in miſſione in poſſeſſionẽ ex primo decreto quæ contra contumacem lite etiam nõ conteſtata rectè decernitur d.c. quoniam frequenter §. in aliis vt lite non cõteſtata, c.1. & 2. c. cauſam de dolo & contumacia, & ita totius litteræ vna eſt interpretatio de abſente non cõtumace, vel cõtumace ante litis conteſtationẽ, ſed cõmuniter reiicitur, non tamen in ratione cõueniunt, quia dicunt non eſſe miſſionem quia agitur de beneficio, in quo non eſt locus miſſioni c.1. de eo, qui mittitur in poſſeſſ. in ſexto, alij autem reſpondent illius textus conſtitutionẽ nouam fuiſſe antequam Alexandri tẽpore non erat interdicta miſſio maximè quia noſter textus loquitur de ſpolio cauſæ Eccleſiæ, in Eccleſia autem quoad proprietatem, vel iuriſdictionẽ rectè fit miſſio vt apertè docuit textus. in d.c.1. & 2. de eo qui mittitur in poſſeſſ. quare verius gloſæ intellectum improbari ex noſtri textus littera, ex quo conſtat, petitam fuiſſe ſpolij reſtitutionem, non autem miſſionem in poſſeſſionem, vnde gloſa in fine 3. intelligit noſtrum textu procedere iuxta opinionem priori cõtrariam teſtes contra contumacem lite nondum cõteſtata recipi poſſe, ſed magis communiter damnatur ex d.c.2. cum aliis,

Digitized by Google

inde Ioannes And. & Immola interpretantur noſtrum text. iure ſingulari procedere ſpolij priuilegio, & Appoſtolicæ delegationis reuerētia ad certū tributæ diem, nec elapſo die illuſoriū maneat vt in c.1. diximus, ſed defendi iure non poteſt, probant Abb. Decius & alij quia nec in præſenti cōſtituitur ius ſingulare quia præſumendum non eſt vt docuit text. in c. ex multa de voto, ibi (ad hoc tibi igitur reſpondemus quod in conſultatione noſtra ius editur) ideo referunt ad ſeptē intellectus, quibus omiſſis verior eſt magiſque receptus noſtrum text. in verſ. niſi referendū eſſe ad terminos habiles, interpretatio itaque erit contra abſentem nō contumacē à delegato etiā ad certum diē procedi non poſſe etiā in ſpolij cauſa, quāuis ſpoliatus poſſeſſionis, & ſpolij probationem offerat, contra contumacē autem recte procedi iuxta modos iure præſcriptos, & in præcedenti argumento relatos, teſtes autem recipi tunc non poſſe niſi lite iam conteſtata certum eſt ex d. c. 2. cum ſequentibus vt lite non conteſtata, quod Alexander ignorare non potuit ita accipiendus eſt noſter textus.

2. Nec obſtat ſextū quia † grandis eſt diſputatio ad ſpolij reſtitutionē quid probandū ſit, & de poſſeſſione, & ſpolio dumtaxat docendum eſſe argumēto eſt noſter text. ſignificat text. in c. in litteris cum ſequētibus de reſtitutione ſpol. ex quo & cap. cū Eccleſia Sutrina, & ca. ſi de cauſa poſſeſſionis, idē obtinere in beneficialibus & ſpiritualibus affirmāt Abbas, Dominicus, Soſinus, Veroius & alij, quos ipſe refert in d. c. in litteris contrarium autē imo de iure matrimonij docere neceſſariū eſſe probatur ex cap. ex tranſmiſſa, el. ex parte de reſtitutione ſpol. & cū valeat argumentū de carnali ad ſpirituale argument. cap. 2. de tranſlatione Epiſcopi, idem in beneficij reſtitutione, maximè quia veriſſima regula ſit nō poſſe obtineri ſine canonica inſtitutione cap. ex frequētibus de inſtitutionibus c. 1. de reg. iuris lib. 6. inde nō ſufficit ſpoliato poſſeſſionis & ſpolij probatio text. in c. cum ſuper de cauſa poſſeſſionis & proprietatis, quare vera interpretatio ſit agenti de ſpolio probare poſſeſſionem aliquo titulo iuſtificatam neceſſe fore in matrimoniis & beneficiis, gloſa fi. in clem. 1. de cauſa poſſeſſ. Rota noua deciſione 1. & 2. de reſtitutione ſpoliatorū cōmunior ſecūdum relatos à Couarrub. in prácticis c. 23. Menochio de recuperando remedio 15. n. 458. deciſio Peruſina 17. Ant. Gab. d. tit. de reſtitutione ſpol. concluſione 1. ita tenēdum eſt in matrimonialibus & beneficialibus, non autem in aliis etiam ſpiritualibus.

Ex qua interpretatione intelligendus eſt text. in d. c. in litteris cum ſequentibus, prius de violenta eiectione quam de canonica inſtitutione agendum eſſe ſcilicet vt de præcipuo tit. contendatur, ſed in ipſa violenta eiectione poſſeſſionem aliquo tit. iuſtificatam probare neceſſe eſt, eodemq; modo interpretandus eſt text. in præſenti ibi (poſſeſſionē) quia cum ſit beneficialis cauſa iuſtificatam eſſe oportet, ita reducenda eſt gloſa hic verbo poſſeſſionem, inde etiam interpretandus eſt text. in d. c. cum Eccleſia Sutrina vbi agitur de poſſeſſione iuris eligēdi, in qua ſufficeret ſpolium & poſſeſſionē abſque iuſtificatione probare

Quia ceſſat ratio matrimonij & beneficij, & ita clerus Sutrinus obtinuit in ſpolij reſtitutione quamuis nō actualiter propter contrariam proprietatis ſententiam, cui ineptè in iudicio conſenſit, ita obſeruandum eſt. ſoluitúrque argumentum & textus.

SEQVITVR EXPLICANDVS TEXTVS IN CAP. SANE XI. iſto titulo.

Summarium huius capituli.

1. *Delegatus Papæ in cauſa ſibi commiſſa maior eſt quocumque ordinario, & inde eum opprimere & coercere poteſt, quia delegantis vices gerit & num. 2.*
3. *Apoſtolis Epiſcopi ſucceſſerunt in delegata, & ordinaria iuriſdictione.*
4. *Subditi Epiſcopus obedire tenentur non contra Papæ delegatum.*
5. *Filio familias magiſtratum gerenti pater ſubiicitur.*
6. *Papa ligari poteſt à Sacerdote, cum ſe in confeſſione ſubiicit.*
7. *Veroius deceptus fuit credens delegatum non eſſe maiorem ordinario.*
8. *De intellectu capituli ea quæ § 1. de ſtatu monachorum & an ſimiliter maiores delinquentes puniantur ſicut minores.*
9. *Innocens pro nocente non debet condemnari niſi ex cauſa.*

S V M M A.

1. DELEGATVS † Papæ in cauſa ſibi cōmiſſa maior eſt quocumque ordinario, & inde eum opprimere & coercere poteſt.

Pro ratione dubitandi primo ſic argumentor. Epiſcopi Apoſtolis ſucceſſerunt c. in nouo 21. d. Tridentinum ſeſſ. 23. de ſacramento ordinis c. 4. & in excellenti dignitate conſtituti ſunt. c. 1. 18. q. 1. c per tuas de voto, ipſiſque omnes obedire neceſſe eſt c. 2. melior text. in c. omnes, c. ſolitæ cum aliis de maioritate, & obedientia, ergo delegatus non erit Epiſcopo maior.

Secundo, ſic argumentor. in iudiciis non eſt acceptio perſonarum habēda c. venerabilis de præb. c. cum deputati de iudiciis, & inde ſine delectu omnes puniuntur c. ea quæ §. 1. de ſtatu monachorum, Epiſcopus autem grauius text. in c. cum quidā 12. de iure iurādo, ergo nō rectè in præſenti docemur cū Epiſcopis moderatè agendum eſſe.

Tertio ſic argumētor. Innocentē pro ıocenti condemnari cōtra rationem ıſt Ezechielis cap. 18. filius non porabit iniquitatem patris in rubrica & ı. 1. C. ne filius pro patre & C. ne vxor ro marito quia pœna ſuos debet toıere auctores l. ſancimus C. de pœnıis, cap. à nobis 21. de ſententia exommu. c. 2. de conſtitutionibus in exto, ſed populus innocens eſt contuınaciǫ Epiſcopalis in ſpecie noſtri texus, ergo pro cōtumacia Epiſcopi poulum interdici contra rationē erit, lia argumenta petenda ſunt ex adduıtis ad cap. 1. ſupra.

Quibus non obſtantibus contrariū in præſenti reſponſum eſt aſſignata ıtione decidendi delegatum in cauſa bi commiſſa delegantis vices gerere l. 1. §. qui mandatam l. fi. ff. de officio ıus optimè cap. fin. 93. d. c. 1. 94. d. ıp. paſtoralis 28. infra, cap. paſtora; de off. ordinarij. c. 2. de off. deleıti libro 6. c. grandi de ſupplenda ɛglig. Prælatorum libro 6. vnde cum apa omnium maximus ſit c. quamſ 21. d. cap. omnes 22. d. cap. cuna per mundum, cap. per principam 9. quæſt. 3. d. cap. ſolitæ, extraıg. vnam ſanctam de maioritate & ɔed. Papæ delegatus ipſius vices gens in cauſa ſibi commiſſa omnibus perior erit, eaque ratione poterit ɔiſcopos, & Archiepiſcopos, potetes & potentes comprimere. c. 1. c. cauſis §. de illis, cap. præterea d.c. ſtoralis, cap. ex litteris, cap. ſuſpiɔnis iſto tit. ita obtinet in præſenti, poteſt coërcere epiſcopos & laicos, laicos enim refertur noſtri text. ingra, & ita probant omnes in præıti, & in rubrica ſupra iſto tit. & cōmunis in rubrica. ff. de off. eius ſecundum Alexand. num. 11. Curcium num. 3. Riminaldum 14. Bolognetum 22. & Caſaneum in Catalogo gloriæ mundi 4. p. conſideratione 46. Lanceloto in templo iudicum libro. 1. c. 1. fol. 66. Ioannem Voſa cōſilio 14. cum referendis ad primum argumentum.

3 Non obſtant in contrarium adducta † pro ratione dubitandi primum quia licet veriſſimum eſſe Appoſtolis Epiſcopos ſucceſſiſſe ſcilicet in iuriſdictione ordinaria, non quidem in delegata, vtramque enim Appoſtolos à Chriſto habuiſſe apertè cōſtat Matthæi. 16. 18. 28. Lucæ 10. in delegatāque omnes pari honore & conſorcio functos fuiſſe; & ita intelligi d. c. in nouo, cap. loquitur 24. quæſt. 1. delegata itaque cum ipſis Appoſtolorum perſonis extincta fuit, in ordinaria vero Epiſcopos ſucceſſiſſe probat textus ita intelligendus ird. cap. in nouo, & d. c. 4. Tridentini, & inde Epiſcopos excellentia, & ſtatus perfectione gaudere probant iura in argumento allegata, & plura quæ referunt Simancas de dignitate Epiſcoporum c. 1. cum ſequentibus, Lancelotus in templo iudicum lib. 10. c. 5. Lelius Iordanus de maioribus Epiſcoporum cauſis. c. 1. cū ſeqq. Cucus maiorum inſtitutionum lib. 2. tit. 6. & inde omnes Epiſcopis obedire neceſſe eſt d. c. 2. omnes. Sed intelligitur † in ſubditis ipſi Epiſcopali iuriſdictioni non tamen in Papæ delegato quoad cauſam ſibi cōmiſſam in qua maior eſt Epiſcopo, ſiue in cauſa comprehendatur ſiue ex delicto contra iuriſdictionem delegatam commiſſo, vtraque enim in ſpecie ipſius delegationis natura, & au- 4

thoritate comprehenditur ex ipſa delegatione & commiſſione, & poteſt compelli & coërceri ab ipſo delegato, vt apertè docuit text in cap. præterea in fi. & in cap. 1. ſupra & in præſenti quamuis alias delegatus extra cauſam commiſſam ipſi Epiſcopo ſubditus ſit nec iure noſtro nouum eſt aliquē ſubiici ex vna cauſa illi, qui ex alia ipſi ſubiectus eſt, nam filio familias magi-
5. ſtratum gerenti † l. 3. de off. Præſidis pater ſubiicitur, l. ille à quo 13. fin. ff. ad Trebellianum, quinimo & ipſe Pa-
6. pa, à ſacerdote † cui in confeſſione ſe ſubiecerit ligari poteſt argumento c. ſi Papa 40. d. cap. nemo. 9. quæſt. 3. probat ibi gloſa & communis, & in præſenti verbo terminandam communis ſecundum Abbatem, & Decium & relatos à Coua. in cap. alma mater. 2. p. §. 6. & à Lanceloto in tēplo iudicum lib. 2. §. 4. c. 1. quæſt. 6. ita intelligenda eſt communis omniū in rubrica ff. de off. eius, & Bart. in l. filius ff. de legationibus interpretantis illam legem vicarius ff. eodem. inde accipiendus noſter text. in delegato non habente alias iuriſdictionem quia non erat ordinarius vt conſiderat in cap. præterea ſupra, quia cum poteſtatem accipiat ex ipſa delegationis natura vt docuit text. in d. c. pręterea in fine vbi diximus nihil refert an alias ſit ordinarius vel non, nec in hac ſpecie dicitur non poſſe ſuperiorem ab inferiori iudicari cap. inferior 21. d. cap. cum inferior de maioritate & obedientia, quibus † deceptus Veroius
7. in rubrica ſupra num. 40. opinatur delegatum non eſſe ordinario maiorē niſi ordinarius ipſe ſit, ſed apertè fallitur vt diximus, inde etiam explicatur magna diſputatio an legatus magni Principis gaudeat eiſdem honoribus, & prærogatiuis ex d. c. ſi. 93. d. c. 1. 94. d. & inde an præferatur minori Principi. ibi perſonaliter exiſtenti & ex ſuperioribus probatur. in quibus caſibus legatus iuriſdictionem, vel poteſtatem habet eum præferendum eſſe, in aliis nequaquam, & idem obſeruandum erit in vicario Epiſcopi, Rectoris, vel ſcholaſtici. ita ſoluitur primum.

Nec obſtat ſecundum † quia reſpō- 8.
det in præſenti communis & glo. verbo perſonarum delectu, in d. cap. ea quæ illum text. loqui de Monachis, inter quos omnimoda debet eſſe æqualitas noſtrū text. de laicis & Epiſcopis, ideo cum Epiſcopis moderatè agendum eſt. ſed conuincitur ex cap. cum ad Monaſterium de ſtatu Monachorum, vbi inter Monachos etiam obſeruatur perſonarum diſtinctio, quare verior interpretatio eſt omnes maiores & minores ex delicto puniēdos fore, nec dignitatis excellentia excuſari ita d. cap. ea quæ, non tamen eadem afficiendos pœna eſſe, quia cū Epiſcopis & Prelatis mitius agendum erit ex noſtro text. & c. 2. iſto tit. lib. 6. repugnat tamen expreſsè text. in d. cap. cum quidam, & cap. ſi Epiſcopus. 50. d.

Quare aliis omiſſis gloſa verbo dignitatem in d. cap. cum quidam poſt diſputationem reſoluit in pœnis pecuniariis in dignitate conſtitutos grauius puniri, ſed in corporalibus māſuetius communis ibi & ſecundum relatos à Coua. reſolutionum lib. 2. cap. 9. an. 2. Tiraquell. de pœnis temperandis cauſa 31. ſed conuincitur ex l. qui cædem 16. ff. ad l. Cornel. de ſi-

cariis, l. Dinus. 15. ff. de pœnis, vbi & in corporalibus minorem pœnam decurionibus imponi reſponſum eſt c. ſi quis homicidium. 50. d. vbi pro homicidio maior pœna Epiſcopis imponitur. Vnde eam propoſitionem in pœnis corporalibus minorem pœnã imponi. in dignitate conſtitutis interpretatur non obtineri in atrocioribus communis, in quibus eadem imponitur pœna d. l. Diuus, & ex d. c. ſi. Epiſcopis.

Cæterum & huic interpretationi apertè repugnat text. in d. c. ſi Epiſcopus, vbi eadem pœna imponitur pro crimine falſi quod inter grauia dũ taxat conſtitui communior ſententia eſt, in cap. querelam de iure iurando, idcirco ſuperior interpretatio veriſſima, eſt indiget tamen declaratione in atrocioribus eandem imponi pœnam omnibus, niſi dignitatis ratione minuendam eſſe æquitas poſtulauerit, non poſtulare autem iudicandum eſt quando ipſius ſceleris atrocitas eſt d. l. Diuus, vel ſcandali periculum magnam exigit vindictam, vt docuit Modeſtinus in d. l. qui cædẽ, ibi (niſi aliter tumultus ſedari non poterit, & inde interpretandus eſt text. in d. c. quidam quem in foro pœnitentiali alij accipiunt ex Abb. ibi, ſed errant quia in contentioſo intelligi conſtat ex text. & eius integra, nam Sardiniæ Epiſcopi iuramenti promiſſorij violatores, recuſabant vindictam ab Archiepiſcopo imponendam, reſpondet Alexander tanto grauius puniendos eſſe, quanto in maiori conſiſtunt dignitate, quia ſic homines Sardi ſanctiſſimum Dei nomen ab Epiſcopis violari viderent, & ipſi ad eum contemnendum incitari poſſent. quare ſcandali periculo vt ſupra grauius puniri neceſſe eſt, ita obſeruandum erit, abſoluitúrque ſecundum.

Nec obſtat tertium, quia argumentum veriſſimum † eſt, limitatur tamen ex cauſa alium pro alio ſæpe puniri, Hieremiæ. 5. Patres noſtri peccauerunt & non ſunt, & nos iniquitatem eius portauimus, l. quiſquis. C. ad l. Iuliam Maj. cap. 2. §. hæretici de hæreticis libro. 6. cap. 1. cum ſeqq. cap. quoniam de filiis præſbitero. cum relatis à Coua. reſolutionum lib. 2. cap. 8. Simancas in Catholicis inſtitutionibus titulo 19. vbi latiſſimè, & inde pro delicto Epiſcopi ipſius Epiſcopatus terra interdicitur in præſenti, non ſolum ſi ad menſam Epiſcopalem pertineat vt opinatur Abb. & malè, ſed etiam ſi non pertineat, & quia populus in ſpiritualibus Epiſcopo ſubiicitur, ita cõmunem probat Decius num. 5. intelligens noſtrum text. & in cap. 2. de iis, quæ fiunt à maiore parte capituli, ita abſoluitur argumentum, & text. 9.

SEQVITVR EXPLICANDVS TEXTVS IN CAP. EX PARTE XII. iſto titulo.

Summarium huius capituli.

1. *Priora reſcripta cæteris ſunt præferenda.*
2. *Secundum reſcriptum de primo non faciens mentionem eſt ſubrectitium.*
3. *Reſcripta ſpecialia derogant generalibus, & de intellectu noſtri textus.*
4. *Pactum apponi poteſt in beneficio coram ſummo Pontifice.*
5. *Reſignatio coram Epiſcopo quando ſit Simoniaca & quando non.*

SVMMA.

SI Primus in aliqua Eccleſia dignitatē primo vacaturam impetrauit, ſecundus certam in eadem Eccleſia dignitatem eum vocauerit, ea poſt modum vacāte primus ſecundo præfertur.

Pro ratione dubitandi primo ſic argumentor. primo generali reſcripto ſpeciale præferendum eſſe authoritate, & ratione conſtitutum eſt cap. 1. c. paſtoralis 14. §. fin. ſupra de reſcriptis cap. generi 34. de regulis iuris libro 6. ſed ſecundum reſcriptum in præſenti ad Archidiaconatum ab auunculo dimittendum ſpeciale eſt, ergo primo debuit præferri, alia argumenta repetenda ſunt ex adductis ad cap. 2. ſupra iſto tit.

Secundo ſic argumentor. vacaturi beneficij promiſſio bonis moribus contraria eſt argumento l. vltimæ C. de pactis, & lege Pontificia eſt interdicta cap. 2. & 3. infra de conceſſione præb. c. 2. & 3. eodem in ſexto, ergo nec primum, nec ſecundum quatenus futuram dignitatem comprehendit valere debet.

Tertio ſic argumentor. inter auunculum & nepotem reſignandi Archidiaconatus pactum præceſſiſſe apertè noſtri text. littera ſignificat, ſed pactum præcedēs in ſpiritualium acquiſitionem Simoniam inducit cap. quam Pio. 1. quæſt. 2. c. cum pridem, c. fin. de pactis. c. quæſitum de rerum permutatione. ergo ſiue primum ſiue ſpeciale ſit ex Simonia nullum erit.

Quibus

Digitized by Google

Quibus non obſtantibus contrariũ reſpondet Alexander † deciſionis rationem in littera aſſignans, cum enim in reſcriptorum tractatu perſpicuum ſit priora reſcripta cæteris præferenda eſſe cap. cæterum. 3. c. cum autem, 9. c. plerumque 23. de reſcriptis, c. ſi eo tempore, c. ſi duobus de reſcriptis libro 6. cap. qui prior 54. de regulis iuris in ſexto primum impetrantem in præſenti præferendum eſſe ipſa ratio poſtulat. Cuius rationis ratio eſt ſecundum reſcriptum de primo mentionem † non faciens cenſeri ſubre-
2. ꝺticium quia ſi Põtifex primi memor eſſet non concederet ſecundum, vt in præſenti profitetur ac proinde prioris reſcripti relatio fieri debet, & ea non facta nullum eſt reſcriptum cap. ſuper litteris de reſcriptis, eleganter noſter text. ibi (nullatenus) ad hoc laudatus ab omnibus in præſenti, & in d. cap. generi, & in d. c. qui prior, vbi Dynus, & Petrus Pequius, & relati à Menochio de arbitrariis caſu 201. & ab infra referendis ad primum.

3. Non obſtant in contrarium adducta † pro ratione dubitandi. non primum quia licet veriſſimum ſit reſpõdent obtinere in reſcriptis ſui natura odioſis & reſtringendis cap. cum delecta 22. c. Rodulphus 35. de reſcriptis, noſtrum autem text. intelligi in priuillegiis gratiam & Fauorem continentibus & ideo ampliandis c. 1. cum ſequentibus de priuillegiis, gloſa in ſumma 25. quæſt. 2. gloſa in d. c. generi, ita noſtrum text. interpretantur veteres, ſequitúrque Ioannes Andreas, ſed hic intellectus noſtro textui conuenire non poteſt, loquitur enim in reſcriptis gratioſis ad beneficia, quæ reſtringi debent c. quamuis. 4. c. cum illis 16. de præbendis libro 6. & ita conſtat ex eius littera & integra Concij, & Antonij Auguſtini. Quare cõmunior interpretatio eſt vtrumque reſcriptum in præſenti ſpeciale fore, & idcirco primum ſecundo præferri, qua autem ratione primum ſpeciale fuerit controuerſum eſt, quia Baldus in præſenti, quem ſequitur Veroius in c. 1. num. 67. de reſcriptis. placuit in illa Eccleſia vnum dũtaxat Archidiaconatum eſſe, & ita reſcriptum ad dignitatem primo vacaturam ad illũ Archidiaconatum referri neceſſe eſt, ſed reiicitur quia diuinatorius intellectus eſt, & ex omnium relatione in illa Eccleſia plures erant Archidiaconatus, vt ſunt in Eccleſia Salmantina & in Hiſpania frequentiſſimè. Vnde noſter text. laudatur in eadem Eccleſia plures inſtitui. quare verior interpretatio eſt reſcriptum ad dignitatem primo vacaturam ſpeciale quatenus comprehendit Archidiaconatum ex illa reſignatione primo vacantem, in eoque verificatur argumento capituli ſi eo tempore de reſcriptis lib. 6. c. 2. de renunciatione libro. 6. cap. mandato. 10. c. ſi clericus, 11. de præb. eodem libro. ideo præfertur ſecundo quamuis ad eundem Archidiaconatum ſpeciale ſit. nec obſtat illud ſecundum magis ſpeciale fuiſſe & ideo præferendum eſſe ex iuribus argumenti & d. cap. cum in illis in principio & §. 1. & 2. & d. cap. quamuis quia reſpondeo in eadem ſpecie non eſſe gradus conſiderabiles, & ideo ſufficit in primum ſpeciale eſſe, vt ſecundo præferatur, ita intelligenda eſt communis gloſæ

Digitized by Google

fin. in præſenti, Abbatis, Felini & Decij in præſenti, Decij numero 5. in d. c. 1. Alexandri, Aretini & Iaſſonis in principio in l. 2. ff. de lib. & poſthumis, Menochij ſupra, Petri Pequij, in d. cap. generi, ſoluiturque primum argumentum.

Nec obſtat ſecundum quia reſ-
4. pondeo † non obtinere in Pontifice Max. qui pleniſſimam habet in beneficiis poteſtatem cap. propoſuit de conceſſione præb. c. 2. de præb. in ſexto Clementina 1. vt lite pendente, ita potuit in præſenti litteras ad futuram dignitatem concedere vt frequẽtiſſimè concedit.

Nec obſtat tertium ad cuius cog-
5. nitionem † conſtituo magnam fuiſſe diſputationem an beneficij reſignatio coram Epiſcopo facta Simoniæ labem contineat, principióque obſeruandum eſt reſignationem liberè ſcrupuli cauſa vel ſimili factam vtilem eſſe, & à Simoniæ vicio prorſus aliena, ita accipienda ſunt iura. 7. quæſt. 1. & per totum de renunciatione ſupra. & in ſexto. Secundo obſeruandum eſt beneficij reſignationem coram Epiſcopo liberè facta, ea tamen intentione vt certæ conferatur perſonæ à Simoniæ vitio liberam eſſe, ratio eſt quia ſpes non inducit Simoniam. ita intelliguntur text. in cap. quicumque ſtudet, cap. qui ſtudet, c. reperiuntur cum aliis 1. quæſt. 1. & in allegatis ad argumentum, gloſa verbo precio, in cap. ordinationes. 1. quæſt. 1. communis ſecundum Belam. Turrecrematam, Dominicum, & Prępoſ. num. 3. & 4. gloſa in præſenti verbo, dimittere, communis ſecundum Decium num. 5. & relatos à Couarr. reſolu. lib. 1. c. 5. num. 5. Dominicum Soto de iuſt. & iure lib. 9. quæſt. 7. art. 2. & referendos.

Tertio obſeruandum eſt reſignationem coram Epiſcopo in fauorem certæ perſonæ nominatim factam Simoniæ crimen inuoluere ex dictis iuribus & d. c. ordinationes, & d. c. quam Pio cum allegatis in argumento c. tua de Simonia, ita communi gloſarum opinione receptum eſt d. verbo precio, & verbo illicitæ in d. c. quampridem, gloſa 1. in c. *dilecto* de præb. in pręſenti verbo dimittere, ibi (dum tamen ſuis terminis ſit contenta) quaſi dixerit voluntatis terminos non eggrediens, quia ſi in pactum deducitur Simoniaca reputatur, ita probant ſupra relati, Ludouicus Gomecius de Triennali quæſt. 16. Rebuſus in praxi c. 2. de reſignatione pura & cõditionali, Alexand. Deneuo. conſilio 23. cõtrarium tamen à grauiſſimis probatur hominibus. primo quia lege Pontificia huiuſmodi reſignatio non reperitur prohibita. ſecundo huiuſmodi reſignatione non comparatur ſpirituale pro temporali, quo ad cõmittendam Simoniã Theologi & Pontificij exigunt ex d. c. quicumq; ſtudet cum aliis ſupra. Tertio quia ſimonia à iure diuino damnata eſt cap. 1. cum ſequentibus. 1. quæſt. 1. iuxta communiorem ſententiam, ſed in hac ſpecie à iure diuino non damnari priorem etiam defendentes concedunt, ita placuit Silueſtro verbo Simonia, Couar. & Soto vbi ſupra. Duareno de ſacris Eccleſiæ miniſteriis lib. 8. c. 2. inde affirmantibus huiuſmodi reſignationem Eccle-

Digitized by Google

ſiæ fauorabilem eſſe, quia præſumitur idoneum ſubceſſorem eligere eum, qui renunciat etiam Pontificem Maximum, de quo latè diſputat Hieronymus Cagnolus in l. fin. n. 83. C. de pactis. prima & communior & verior eſt. nec obſtant ſecundæ argumenta. primo quia ſatis huiuſmodi reſignatio prohibetur ex d. c. ordinationes, d. c. quam Pio, cum aliis ſupra. nec obſtat ſecundũ quia Simonia non ſolum in emptione, vel venditione committitur, ſed etiam in quocumque cõtractu nõ gratuito, ſic intelliguntur illa iura, gratuitus non eſt quoties in ſpiritualibus pactum præceſſerit ex dictis iuribus, quia pactum ſubcedit loco rei l. fundi partem ff. quemadmodum ſeruitutes. nec obſtat tertium quia communior ſententia eſt non ſolum in ordinibus, ſed etiã in beneficiis ſimoniam lege diuina damnari, obtinet tamen in ſimonia propria quando datur temporale ad conſequendos ordines, vel beneficia, non tamen in Simonia impropria, impropriam enim à lege ſolum Poſitiua damnari certum eſt, huiuſmodi autem reſignationes impropriam conficiunt, ita conueniunt gloſæ, & interpretes vbi ſupra, ita accipienda eſt gloſa in præſenti, verbo dimittere, doçens alia eſſe prohibita quia ſimoniaca ſunt, quando propriè committitur in ordinibus, ſeu beneficiis. Alia ſimoniaca quia prohibita ſunt licet ſui natura ſimoniam non contineant, ſimoniaca tamen reputantur quia prohibita ſunt à lege Põtificia, quia voluit Eccleſiaſticos & fideles non ſolum à ſimonia, ſed etiam à ſimoniæ labe, & ſuſpicione arcere, ita hodie ſtat Pij Quinti conſtitutio huiuſmodi reſignationibus modum imponens, & omnem conuentionem & ſubceſſoris declarationem dãnans, ita in praxi obſeruatur, in præſenti tamen valuit huiuſmodi reſignatio, quia fuit relata Pontificis voluntati, qui pro authoritate hæc omnia ſupplere poteſt vt in praxi frequentiſſimum eſt, vt probat Rebufus vbi ſupra, Mandoſius de ſignatura gratiæ §. reſignationes, ita ſoluitur argumentum & textus.

SEQVITVR EXPLICANDVS TEXTVS IN CAP. EX PARTE XIII. iſto titulo.

Summarium huius capituli.

1. *Rationabiles exceptiones etiam non ſeruata forma reſcripti debent admitti quia defenſionem continent.*

2. *Quando eſt ſeruanda forma reſcripti.*
3. *Si de voluntate Pontificis conſtat nec rationabiles exceptiones ſunt admittendæ.*

SVMMA.

DELEGATVS iuris formam ſeruare, rationabileſque exceptiones admittere debet niſi de contraria Papæ voluntate conſtiterit.

Pro ratione dubitãdi ſic argumentor. Delegationis forma præciſè obſeruanda eſt, adeo vt contra eam factũ nullum ſit c. cum dilecta 22. c. Rodulphus 35. de reſcriptis cap. prudentiam 21. c. venerabili 37. iſto tit. ſed in præſenti delegatione exceptiones admittere expreſſum non erat vt ex littera colligitur, ergo contra delegationis formam exceptiones admitterentur.

Alia argumenta petenda ſunt ex c. ſi quando, & cap. conſultationibus ſupra.

Quibus non obſtantibus contra-
1. rium hic reſpondet Alexander. decidendi † ratio eſt reſcripta, delegationes, aliáſque Principum diſpoſitiones ad iuris formam reducendas eſſe, vt iuri minus præiudicent c. cauſam 18. de reſcriptis, text. in c. cum dilectus §. cæterum de conſuetudine, c. eam te, c. accepimus in fine de ætate & qualitate, c. ſuper eo. 15. infra, c. ſi gratioſè de reſcriptis lib. 6. c. non poteſt 21. de præb. in ſexto gloſa verbo, ſi verba, in c. paratus 23. quæſt. 1. communis in præſenti, & in c. 2. de confirmatione vtili, vel inutili, vbi Decius, & Veroius n. 7. Fortuinus de vltimo fine illatione 20. nu. 241. Dominicus de Soto & de iuſt. & iure lib. 8o. quæſt. 4. art. 1. & alij infra. ſed exceptiones ra. ionabiles admittere iudicij, & defenſionis ratio poſtulat l. 2. ff. de exceptionibus, c. exhibita de iudiciis, c. 2. c. cum inter, c. quoniam contra falſam de probationibus, eadem itaque ratione delegatum rationabiles exceptiones admittere inſtitutum eſt, ita accipiendus eſt noſter text. cum ſequenti interpretatione.

Nec obſtant in contrarium adducta 2.
† quia argumentum veriſſimum eſt quando in reſcripto, vel delegatione conſtat de voluntate Pontificis certã formam conſtituentis, in dubio tamẽ voluiſſe quod à iure communi nõ recedatur veriſſima præſumptio eſt. Vnde deducitur veram noſtri text. interpretationem eſſe in huiuſmodi delegatione mentionem de admittendis exceptionibus factam non fuiſſe, ac proinde cũ rationabiles exceptiones admittere ordinis ratio poſtulet vt ſupra reſpondet Alexand. à delegato admittendas eſſe, vt deprehenditur ex littera, & apertius ex integra Cõcij & Antonij Aug. ita accipienda eſt gloſa. 1. cõmunis ſecũdum omnes ab Innoc. vſque ad Decium n. 1. Bancio de nullitatibus in primo n. 29. Auendano in l. 4. & 5. tit. (de las exceptiones) à nu. 28. Menochio de arbitrariis q. 51. Aſſinio in praxi §. de exceptionibus cap. 1.

Ex eadem interpretatione deducitur † quod ſi de Pontificis volun- 3.

tate conſtiterit nec rationabiles delegatus admittat ex noſtro textu. verſiculo niſi, & cap. paſtoralis 53. in primo de appellat. cap. quoniam de filiis præſb. communis ex Bal. nu. 6. Abb. 5. Barba 39. hic Felino 8. Pariſio 13. in d. c. cum inter de except.

Contrarium tamen imo excluſis exceptionibus rationabiles excluſas non eſſe argumento c. 1. in fine de cauſa poſſeſſionis cum allegatis in c. conſultationibus ſupra, ita gloſa in præſenti verbo nullæ, communis ſecundum Alex. num. 9. Iaſſonem 8. Decium 5. in l. 3. §. ſi is pro quo ff. quod quiſque iuris. in qua contrarietate obſeruandum eſt primam communem veriorem eſſe in exceptionibus, quas Papa excludere poteſt ſcilicet à iure poſitiuo inſtitutas, præſcriptionis, rei iudicatæ, pacti de non petendo, & ſimilium quia ipſe ſupra ius eſt vt diximus in cap. præcedenti. ſecundam vero veriorem eſſe in exceptionibus, quas ipſe inhibere non poteſt, ſcilicet à iure diuino, vel naturali proditas, vt reſolutum eſt in cap. conſultationibus ſupra, ſoluitúrque argumentum & textus.

SEQVITVR EXPLICANDVS CELEBERRIMVS TEXTVS IN CAP. quoniam Abbas XIIII. hoc titulo.

Summatium huius capituli.

1. *Delegatio facta dignitati non facta mentione perſonæ tranſit in ſucceſſorem & quare?*
2. *Explicatur Tridentinus ſeſſ. 25. c. 10. quando delegatio etiam ſi fiat dignitati non poteſt in ſucceſſorem tranſire.*
3. *Ordinariæ delegationes Eccleſiæ hodie ſunt perſonales.*
4. *Quibus modis diſpoſitio noſtri textus habeat locum poſt Concilium Tridentinum.*
5. *Delegationes ſui natura ſunt reſtringibiles, fallit quando:*
6. *Dignitati ſunt factæ, nam tunc ad ſucceſſorem extenduntur. l. 2. ff. de liberis & poſthumis.*
7. *Si Pater exheredet vnicum filium, an eo mortuo alius natus cenſeatur exhæredatus patre cum eodem teſtamento decedente & nu.*

Digitized by Google

finali.

8. *Principi relictum in ſucceſſorem tranſit , non tamen relictum Auguſtæ.*

9. *Princeps iure proprio dignitatem habet , Auguſta non.*

10. *Legatio facta dignitati tunc tranſit in ſucceſſorem quando eam habet delegatus iure proprio.*

11. *Delegatio Epiſcopo facta tranſit in ſucceſſorem , & an idem de vicario Epiſcopi, numeris ſequentibus.*

12. *Epiſcoporum vicarij idem conſiſtorium habet cum Epiſcopo, & ab eis ad Epiſcopum non appellatur.*

13. *Hodie poſt Concilium Tridentinum rectè delegatur cauſa vicariis generalibus Epiſcoporum.*

14. *Quando Epiſcopo recuſato vicarius cenſeatur recuſatus remiſſiuè.*

15. *An delegatio facta Epiſcopo tranſeat in capitulum ſede vacante.*

16. *Delegatio facta à capitulo ſede vacante tranſit in nouum Epiſcopum.*

17. *Delegatio facta vicario Epiſcopi an tranſeat in vicarium capituli ſede vacante.*

18. *An Metropolitano Salmantino facta delegatio tranſeat in ſucceſſorem.*

19. *Commiſſio exequendi teſtamentum dignitati facta tranſit in ſucceſſorem.*

20. *Idem de commiſſione ad ordinandum teſtamentum & de commiſſione ad compromiſſum.*

21. *Legatum dignitati factum tranſit in ſucceſſorem.*

22. *Caput, ſignificauit 36. de reſcriptis.*

23. *Excommunicatio facta dignitati an tranſeat in ſucceſſorem.*

24. *Morte mandantis expirat mandatum & an morte mandatarij.*

25. *An in vltimis voluntatibus habeat locum quod relictum dignitati tranſeat in ſucceſſorem & in aliis caſibus.*

Digitized by Google

SVMMA.

DELEGATIO dignitati facta perſonæ non expreſſo nomine in ſucceſſorem tranſit.

Pro ratione dubitan- primo ſic argumentor. delegatio- :s ſui natura reſtringibiles ſunt, ne- ıaquam extendendæ cap. cum dile- a 22. c. Rodulphus 35. de reſcriptis, ıp. prudentiam 21. c. venerabili 37. fra iſto tit. nec de perſona ad perſo- ım cap. P. & G. 40. infra, ergo nec :poſſeſſore ad ſucceſſorem tranſire)terunt.

Secundo ſic argumentor. quando)men vni ſolum perſonæ conuenit a nominatim cenſetur expreſſa. l. 2. de lib. & poſthumis vbi filius meus hæres eſto, ſi vnicus tantum eſt rinde accipitur ac ſi nominatim et exhæredatus, ſed delegatio di- itatis poſſeſſori vt referatur neceſ- eſt, ergo perinde accipitur ac ſi no- ınatim delegatio fieret, & inde ad :ceſſorem non tranſibit.

Tertio ſic argumentor. Auguſta ȝnitas eſt imperiali gaudens priuil- ;io, l. Princeps 30. ff. de legibus, l. :us 6. ff. de iure fiſci in §. fin. l. bene :enone §. eodémque modo C. de adriennij præſcriptione, ſed Augu- relictum non tranſit in ſucceſſo- rı l. ſi Auguſtæ 59. ff. delegatis ſe- ndo, ergo nec delegatio.

Quarto, ſic argumentor comitatus ȝnitas eſt cap. vnico de feudo Mar- æ in feudis, ſed delegatio ad comi- n relata non tranſit in ſucceſſorem). ſignificauit 36 ſupra de reſcriptis, ergo delegatio dignitati facta non tranſibit in ſucceſſorem.

Quinto, ſic argumentor. excommunicatio in dignitatem prolata iure ſingulari tranſit in ſucceſſores cap. aduerſus de immunitate Eccleſiarum, iure directo non tranſit c. 1. de off. vicarij in ſexto. ergo dignitatis expreſſio non eſt cauſa tranſlationis.

Sexto, ſic argumentor. morte mandantis extinguitur mandatum §. rectè inſt. mandati, cap. relatum. cap. gratum infra iſto tit. ergo à fortiori morte mandatarij.

Vltimo ſic argumentor. proprio etiam expreſſo nomine tranſlatio fit in ſucceſſorem. ergo dignitatem exprimere, vel non, non eſt cauſa tranſlationis. antecedens probatur ex l. placet 4. l. & ideo 5. ff. de liberis & poſthumis, vbi inſtitutus poſthumus accipitur etiam poſtea conceptus & ex alio matrimonio, textu, in l. alma 20. §. Acia ff. de annuis legatis l. filiæ 28. §. Acia ff. de conditionibus & demonſtr. ergo procedit conſequens.

Quibus non obſtantibus contrarium † reſpondet Alexander deciden- 1. di rationem in littera comprehendens delegationem dignitati factam & non perſonæ in ſucceſſorem tranſire quia in delegationis reſcripto expreſſa fuere dignitatum, perſonarumve nomina, ſed hæc ratio non concludit nec Alex. ſed partis ita allegantis fit vt ex littera conſtat, eiuſque integra relata ab Antonio Auguſtino in ſcholiis ad primam collectionem hoc tit. c. 19. Vnde aliis placuit Innocentij

tertij ratio in cap. paſtoralis §. præterea de off. ordinarij ideo tranſire in ſucceſſorem vt ſuccedat in onere, qui ſuccedit in honore, ita etiam in d. c. aduerſus in fine de immunitate Eccleſiarũ, ſed reiicitur, quia huiuſmodi ratio poſſet etiam conuenire, delegatio perſonæ nominatim expreſſæ facta fuit hoc etiam falſum eſt, ergo & illud. Quare magis recipitur Bonifacij 8. ratio in cap. ſi gratioſè de reſcriptis in ſexto dicentis gratiam à Pontificis voluntate conceſſam ipſo mortuo ceſſare, ad ſedis tamen Appoſtolicæ voluntatem datam non ceſſare, quia ſedes Appoſtolica non moritur ſicut Pontifex. Vnde cum dignitas non moriatur in ſucceſſorem dignitatis delegationem tranſire ratio poſtulat, quæ ratio communiter recepta eſt, diſplicet tamen multis, quia dignitati delegationem fieri non eſt tranſlationis cauſa finalis, ſed ipſa Pontificis voluntas, de qua potiſſimum ſemper inquirendum erit argumento capituli requiſiſti in principio de teſtamentis, d. c. aduerſus, d. c. 1. de off. ordinarij libro 6. qua de cauſa ſumma ratio eſt delegationem in ſucceſſorem tranſire quando fuerit realis, non tranſire quando fuerit perſonalis, argumento legis formam §. quamquam ff. de cenſibus l. priuilegia 196. ff. de reg. iuris, cap. veritatis de iureiurando, cap. quia V. de iudiciis, cap. priuillegium de regulis iuris in ſexto, in reſcriptis, itaque delegationem realem, vel perſonalem eſſe principio ex ipſius delegantis voluntate colligere neceſſe eſt argumento d. c. requiſiſti & d. c. aduerſus, d. c. 1. apertius Tridentinum. ſeſſ. 25. c. 10. voluntas autem ex ipſius reſcripti verbis, vel interpretatione deprehenditur, quod ſi de ea non apparuerit inſpiciendum eſt an delegatio fiat dignitati, an perſonæ, quia cum dignitati fit in dubio præſumitur realis, nam qui in ipſius dignitatis poſſeſſione eſt, iudicatur delegatus quia dignitas nunquam moritur d. c. ſi gratioſè, ad quam interpretationem gloſa verbo ſubſtitutum reducenda eſt, & communis Innocentij, Hoſti. Belam. Baldi, Immolæ, Abb. num. 7. Felini, Decij num. 4. Mantuæ 14. Veroij 52. in præſenti, Iaſſonis, 54. Decij 55. in l. more ff. de iuriſdictione, Coua. in cap. quamuis pactum 1. parte §. 5. Menochij de arbitrariis quæſt. 68. num. 25. Crabetæ conſilio 929. volum. 5. Petri Pequij in d. c. priuilegium num. 4. Puteus deciſione Rotæ 487. lib. 2. Mandoſius in regula Cancellariæ 8. quæſt. 8. & 10. ſed cum fit perſonæ præſumitur perſonalis, ratio eſt, quia hæc indiuidua quotidie moriuntur l. ſi quis in fundi 4. ff. de legatis 1. ita gloſa verbo ſubſtitutum, & communis in præſenti. melior autem ratio eſt quando delegatio perſonæ fit ipſius induſtriam electam cenſeri, quo caſu in ſucceſſorem non tranſit argumento l. inter artifices 31. ff. de ſolutionibus, c. fin. §. is autem infra iſto tit. c. ſi cui 12. iſto tit. lib. 6. cum relatis in cap. quamuis ſupra iſto tit. Immola ita probatus à Decio in d. l. more à Menochio d. quæſt. 68. inde deducentibus plurium difficultatum diffinitiones, quarum principales infra explicabuntur.

Ex qua vera ratione interpretanda ſunt omnia iura, quæ de ſucceſſoribus diſponunt

Digitized by Google

diſponunt l. meminiſſe ff. de off. proconſulis, l. quod Principi 58. ff. delegatis 2. d. c. aduerſus, d. c. veritatis, d. c. ſigratioſè. cap. ſtatutum de reſcriptis in ſexto c. 2. iuncta gloſa verbo expreſſerit de teſtamentis lib. 6. l. 31. Tauri. hodie l. 4. cum ſequentibus tit. 4. lib. 5. compil. clem. & ſi principalis de reſcriptis, Clem. ne Romani §. eo tamen prouiſo de electione & allegati à relatis, & ſtatim referendis.

Secundo ex eadem ratione deducitur hodie † cum ex Tridentino ſeſſ.
2. 25. c. 10. de reformatione noſtri textus ratio iam ceſſauerit, & eius diſpoſitionem ceſſare neceſſe eſt, ad cuius cognitionem principio ſciendum eſt iuxta Eccleſiaſticas ſanctiones pro temporis oportunitate varias fuiſſe inde legandis Eccleſiæ cauſis obſeruationes. prior fuit ab initio Forenſium actionum poſt erecta Eccleſiæ tribunalia, quo tempore omnibus Eccleſiaſticis cauſæ delegabantur vt conſtat per totum decretalium volumen, interdum etiam ſecularibus cap. præter verſiculo ſcribit 32. d. c. Mænam 2. quæſt. 5. c. ſignificauit 31. de teſtibus frequentius Epiſcopi vicario, vel officiali, cap. inſinuante 25. infra iſto tit. c. dilecti 66. de appellationibus.

Secunda, fuit poſt Alexandrum tertium docentem in c. 3. ſupra de reſcriptis & idoneis perſonis cauſas delegandas eſſe. Vnde frequentiſſimè delegabantur in dignitate conſtitutis, & ſcientia præditis. qua ratione cum ſæpiſſimè contingeret delegatum mori, vel dignitati renuntiare neceſſaria fuit noſtri textus conſtitutio, qua vſa fuit Eccleſia per multos annos.

Tertia, fuit Bonifacij 8. conſtituentis in cap. ſtatutum de reſcriptis lib. 6. omnes Eccleſiæ cauſas in dignitate, perſonatu, vel canonica conſtitutis delegandas eſſe.

Quarta, fuit Clementis 5. eandem confirmantis declarantiſque quod de Epiſcopi vicario liberum fuerat ad vicarium generalem dumtaxat pertinere Clem. & ſi principalis de reſcriptis.

Quinta, fuit Tridentini ſeſſ. 25. c. 10. à Pio 4. confirmata, ex qua in vnaquáque diœceſi eligendi ſunt ſaltem quatuor in Synodo quibus omnibus Eccleſiaſticas delegationes dirigi neceſſe eſt. vnoque deficiente alter in proximiori Synodo eligendus eſt, vel ſi neceſſitas poſtulauerit ab Epiſcopo cum capituli conſilio.

Vnde totius Eccleſiaſticæ curiæ praxis eſt Appoſtolicas delegationes iuxta Tridentini legem Synodalibus iudicibus, vel eorum cuilibet dirigi, impetranſque poterit ex illis vnum eligere, quo deficiente quæſtionis eſt an in dignitate ſucceſſor cauſam repetat ex noſtro textu, ſtantéque Trid. diffinitione obſeruandum eſt non poſſe, nec in eum delegationem tranſire quamdiu in proximiori Synodo, vel capituli, conſilio ab Epiſcopo iudex eligatur Synodalis, ratio eſt quia illa qualitas à Tridentino adiecta vt electus in Synodo conficit delegationem perſonalem, ſicut iure directo in perſonæ induſtria receptum erat, vt diximus, hæc eſt vera Tridentini interpretatio.

Ex qua deducitur primo ſtante Tridentini diffinitione delegatio

quamuis dignitati fiat non poterit in ſucceſſorem tranſire, quia ita ex Concilij voluntate deprehenditur.

3. Secundo, deducitur iuxta eam diffinitionem † ordinarias Eccleſiæ delegationes hodie perſonales eſſe quamuis dignitati fiant, atque hac in ſpecie noſtri textus diſpoſitionem hodie ceſſare.

4. Tertio, deducitur † quod licet ea in ſpecie noſtri textus ceſſauerit diſpoſitio, non tamen inutilis eſt quinimo neceſſaria ſequentibus formulis. prior eſt quando delegatio fit dignitati non Synodali vt quotidie obſeruatur cum ſpeciali Concilij derogatione. Secunda cum generalis Concilij derogatione iuxta communiorem ſententiam. Tertia ſine derogatione in reſcripto tamen ad lites ſi à parte non opponatur iuxta magis communem cap. cæterum, cap. ad aures, cap. cum autem de reſcriptis. Quarta quando ſine derogatione generali Epiſcopi vicario, vel officiali delegatio fit vt frequentiſſimè contingit, vt diſputabitur ad tertium, iuxta quas interpretationes & ſtatim diſputandas noſtri textus diſpoſitione vtimur.

5. Nec obſtant in contrarium adducta † pro ratione dubitandi. primum quia dogma illud in delegationibus receptiſſimum ſui natura eſſe reſtringibiles vtiliſſimam habet interpretationem, inde non impediri extenſiones ipſius natura, vel iuris ratione, vel interpretatione prouenientes, qua in ſpecie extenſione fieri etiam de perſona ad perſonas in recripto non expreſſas apertè probatur in cap. 1. ſupra vbi diximus, & cap. de cauſis, cap. præterea, cap. ſignificaſti, cap. ſuper quæſtionum, cap. paſtoralis, cap. ex litteris iſto tit. c. ſedes. 15. de reſcriptis, nec obſtat textus in d. c. P. & G. quia ſæpè repetitum eſt ibi ex defectu iuriſdictionis cum vtraque pars ſecularis foret prorogationem denegari, citra quem caſum prorogatio etiam in delegatis rectè conficitur poſtulante iuris ratione, vt in noſtri textus ſpecie quando dignitati delegatio fit quia quicumque dignitatis poſſeſſor fuerit cenſetur delegatus iuxta decidendi rationem magis receptam & ſequentibus referendam. ita ſoluitur primum.

Nec obſtat ſecundum ex l. 2. † ff. de liberis & poſthumis, de qua & ſequentibus omnes ibi, & gloſa magna, & ſupra relati latius diſputant, conueniunt tamen nomen appellatiuum vni dumtaxat perſonæ conueniens idem operari quod nomen proprium ex diſponentis voluntate ac proinde ſi teſtator vnicum filium habens dixerit (filius meus exhæres eſto) idem diſpoſuiſſe videtur ac ſi nominatim illum exhæredaſſet, eademque ratione quando delegatio dignitati fit in ſucceſſorem ex delegantis voluntate tranſit, quia in dignitatis poſſeſſore pietatem, ſcientiam, & iuſtitiam vigere confinit gloſa verbo canonicis in d. c. ſtatutum de reſcriptis lib. 6. communis ſecundum Bancium de nullitatibus titulo de nullitate ex defectu iuriſdictionis delegatæ num. 83. idémque obtinet in quocumque ſucceſſore, & ideo in eum tranſire reſpondet Alexander in præſenti maior tamen † difficultas eſt ſi in ſpecie dictæ le 7.

Digitized by Google

gis 2. filio mortuo alter naſceretur, paterque cum primo decederet teſtamento ex eadem voluntate filius exhæredatus iudicaretur, quia et ſuperioribus in eum tranſit exhæredatio, & ex d. l. filiæ §. Acia ff. de conditionibus, & demonſtr. in cuius explicatione reſoluetur diſputatio, ita ſoluitur ſecundum.

Non obſtat tertium cuius difficultas in eo conſiſtit quod Principi relictum † in ſucceſſorem tranſire reſpondet Caius in l. quod Principi 58. ff. de leg. 2. relictum tamen Auguſtæ in ſucceſſorem non tranſire reſpondent Iulianus in l. ſi Auguſtæ 59. ff. de legatis ſecundo quare gloſa vltima ibi, & omnes cruciantur in vtriuſque legis interpretatione, communior eſt Bart. docentis Principem iure proprio † dignitatem habere, Auguſtam non proprio, ſed ipſius Imperatoris, quia fœmina mariti radiis, & ſplendore corruſcat l. fœminæ ff. de ſenatoribus & ita intelligit dictam l. Princeps, d. l. ſi fiſcus d. l. benè à Zenone, eademque ratione Principi relictum ſubceſſori debetur, Auguſtæ relictum ſucceſſori non debetur ita Bart. Baldus, Paulus, & Cumanus in d. l. quod Principi, in d. l. ſi Auguſtæ, Bart. & communis in l. & quia ff. de iuriſdictione, communis in præſenti ſtatim referenda.

Ex qua interpretatione primo deducitur † interpretatio ad noſtrum textum delegationem dignitati factam in ſucceſſorem tranſire quando dignitas iure proprio pertinet ad poſſeſſorem. Secundo deducitur † delegationem, Epiſcopo factam in ſucceſſorem tranſire, quia iure proprio Epiſcopus eſt, delegationem tamen Epiſcopi vicario factâ non tranſire in ſucceſſorem, quia vicarius non habet iure proprio, ſed iure Epiſcopi, c. 1. & 2. de officio vicarij in ſexto, ita docuit Bart. ſuperiori ratione, quoad Epiſcopum omnes conueniunt, quoad vicarium omnes diſſentiunt, & ex dictis rationibus Bartolum communiter ſequuntur ſupra relati, & Immola, Abb. num. 10. Felinus 7. Decius 9. Mantua 32. Veroius num. 11. in præſenti, Lancelotus in templo iudicum lib. 2. c. 6. §. 2. num. 13.

10.

11.

Contrarium tamen magnis probatur argumentis in vicarij ſucceſſorem delegationem tranſire. primo quia cum primum ab Epiſcopo vicarius electus eſt, in eum ab ipſa lege transfertur iuriſdictio, textus elegans in cap. licet de officio vicarij libro 6. Epiſcopique vicarij † idem auditorium eſt, & inde à vicario ad Epiſcopum non appellatur cap. 2. de conſuetudine in ſexto cap. Romana in principio de appellat. eodem lib. à legeque iuriſdictionem habet ordinariam, nec Epiſcopi dicitur delegatus, ſed ordinarius ex dictis iuribus & aliis communis eſt cap. perlectis 25. dilectione, vbi gloſa, verbo iurgia, communis & ſecundum Menochium num. 14. conſilio 51. volumine 1. Mandos. in regula Cancellariæ 14. quæſt. 6. num. 10. & regula 24. quæſt. 6. num. 6. & in praxi commiſſionum forma 14. verſiculo vicarij, Lanceloto vbi ſupra num. 11. Secundo quia vicarius ſucceſſor anteceſſoris vices gerit c. 1. de officio vicarij in ſexto. Tertio quia ſicut 12.

Digitized by Google

olim delegatio dignitati fieri poterat ex noſtro textu & aliis, ita & vicario d. c. inſinuante 25. infra iſto tit. c. dilecti 66. de appellationibus, & poſt cap. ſtatutum in d. Clementina & ſi principalis de reſcriptis, ita & hodie
13. poſt † Tridentinum vt in d. ſeſſ. 25. c. 10. ibi (præter locorum ordinarios) ibi (vicarios generales comprehendi certum eſt) & praxi frequentiſſimum. quare ſicut delegatio dignitati facta realis ſui natura iudicatur, ita etiam vicario facta quia non perſonæ, ſed tribunali fieri intelligitur, ergo in ſucceſſorem tranſire conſequens eſt, ita ex gloſa verbo principalis in d. clem. & ſi principalis probant ibi Card. Immo. & Bonifacius, Car. in præſenti receptus ab Abbate num. 10. inter nouiores communis ſecundum Felinum num. 7. conſuetudine recepta ſecundum Card. Gambaram de poteſtate legati lib. 8. num. 97. lib. 9. quæſt. 35. ita in praxi obſeruatur contra primam communem quia negari non poteſt habere ordinariam iuriſdictionem & idem cum Epiſcopo auditorium ex d. c. 2. c. Romana. Vnde
14. altero † recuſato, quando alter cenſeatur recuſatus eleganter diſputat Petrus Surdus Conſilio 50. anno. 7. ita cum à lege iuriſdictionem habeat reputatur tribunali & non perſonæ qua ratione ceſſant contraria argumenta.

Tertio, ex eadem interpretatione deducitur intellectus noſtri textus, & Tridentini quoad dignitates noſtri textus diſpoſitionem hodie ceſſare niſi in caſſibus ſupra relatis. quorum vnus eſt quando delegatio fit generali Epiſcopi vicario tunc in ea ſpecie antiquos canones Tridentinum abſque nouatione firmauit, vt explicatum eſt.

Quarto, ex eadem deducitur an delegatio † facta Epiſcopo tranſeat 15. in capitulum ſede vacante, tranſire probatur quia ex cap. cum olim de maio. & obed. cap. ad abolendam in principio de hæret. cap. pœnult. & fin. de ſupplenda neglig. Præl. lib. 6. c. 1. de maio. & obedientia in ſexto c. 1. de inſtitut. eodem lib. Tridenti. ſeſſ. 7. c. 10. & ſeſſ 23. c. 10. & melius ſeſſ. 24. c. 16. contra veteres magis receptum eſt iuriſdictionem temporalem & ſpiritualem deficiente Epiſcopo in capitulum ſede vacante tranſire, ita regulam conficit Rebuſus in praxi beneficiorum cap. de deuolutionibus num. 58. Corraſius in parafraſi ſacerdotiorum 2. parte c. 7. Cucus maiorum inſtitu. lib. 2. tit. 9. num. 97. Ioſephus Ludouicus tit. de collatione concluſione 1. ampliatione 12. tertio tomo communium, ergo delegatio tranſire etiam debet. veriorem dicit Veroius in præſenti num. 21. contrariis ſatisfaciens.

Contrarium tamen imo non tranſire probatur quia capitulum quamuis in iuriſdictione ſuccedat non tamen in dignitate Epiſcopali, cui delegatio facta fuit, ergo in capitulum tranſire non poterit, atque ex noſtro textu vbi Abbate mortuo delegatio in capitulum non tranſiuit, ſed in nouum Abbatem. Vnde ita obſeruat communis ex Immola, Abb. Felino, Mantua, & fatetur ipſe Veroius nu. 20. Ioannes Franciſcus de poteſtate capituli 1. parte quæſt. 1. & quæſt. 10. num. 5.

Digitized by Google

In qua difficultate cum res ardua & grauis ſit à communi recedendum non eſt, pro qua conſideratur Romanæ curiæ ſtylus hodie perpetuus diſpenſatione matrimoniali ſede vacante non fieri capitulo quamuis nominatim petatur, ſed Epiſcopis vicinioribus, quia Epiſcopi dignitatem exigunt.

16. Quinto inde fit † delegationes capitulo ſede vacante factas tranſire in nouum Epiſcopum quia ex ſuperioribus cenſetur facta dignitati & tribunali in quibus Epiſcopus cum maiori iuriſdictione, & dignitate ſuccedit, & ita reprehenditur in c. eam te. 7. de reſcriptis, idem tenendum eſt.

17. Sexto inde diſputatur † an delegatio vicario vel officiali facta tranſeat in vicarium capituli ſede vacãte. tranſire probatur ex ſuperiori communi capitulum in iuriſdictione temporali & ſpirituali ſuccedere d. c. cum olim, d. c. ad abolendam, cum aliis ſupra, ita firmat gloſa verbo Epiſcopi in d. cl. & ſi principalis ſequitur Car. ibi num. 15. & in præſenti qu. 17. & Barba. num. 49.

Contrarium tamen probatur quia iure noſtro dignitati vel Epiſcopi officiali delegatio dumtaxat fieri poteſt d. c. ſtatutum de reſcriptis in ſexto d. cl. & ſi principalis ergo non capituli vicario. qua ratione dictam gloſam improbant ibi omnes, Antonius, Immola num. 20. Bonifacius numero 32. ſed priorem veriorem eſſe ſuperioribus probatur quia ſi delegatio tribunali fit capituli vicarius in eodem tribunali ſuccedit, quo hodie verius eſſe ex Trident. apertius conſtat d. ſeſſ. 25. c. 10. vbi delegabiles eſſe conſtituit in Synodo deputandos propter locorum ordinarios. ſed capituli vicarios ordinarios eſſe certiſſimum eſt ex d. c. cum olim. c. 1. de maio. & obed. in ſexto, imo & neceſſarium Tridẽt. ſeſſ. 24. c. 16. eadémque ratione ibi conſtitutum eſt capituli vicarium iuris Canonici licentiatum, vel Doctorem eſſe debere, ergo pro gloſa obſeruandum eſt tranſire in capituli vicarium contra cæteros.

Septimo inde etiam omnia de Epiſcopis & vicarij capitulis dicta in Archiepiſcopis metropolitis, eorúmque vicariis & capitulis cenſeantur repetita, & eiſdem rationibus c. cleros 21. d. c. paſtoralis de off. ordin. cum relatis à Lanceloto d. lib. 1. c. 4. in primo à Cuco d. lib. 2. tit. 5. à Burſato conſilio. 109. tomo. 1.

Octauo inde maior † diſputatio eſt obtineat ne in Metropolitano Salmantino, cui lex noſtra videtur repugnare quoniam generalis Archiepiſcopi vicarius Compoſtellæ reſidet. Vnde ex d. clem. & ſi principalis excluditur Salmantinus, deinde ex c. 1. de off. ordi. in ſexto vbi Archiepiſcopus Metropolitanum loco ſuffraganei conſtituere non poteſt. 18.

Contrarium tamen verius eſt, qui conſuetudine receptus propter magnam Epiſcopatuum diſtantiam Metropolitanum Salmanticæ conſtitui ſed conſuetudine effici poſſe d. cap. 1. diffinitum eſt. ita praxi recepitur. vnde Metropolitano Salmantino cauſas Appoſtolicas delegari frequentiſſimũ eſt, quo deficiente delegatio in ſucceſſorem trãſire poteſt iuxta ſuperiorem reſolutionem, in eoque obtinet conſtitutio dictæ clemẽtinæ & ſi prin-

cipalis, quia rectè poſſunt conſtitui duo vicarij principales, ita gloſa verbo principalis in d. clem. communis ibi & in præſenti diſputat cui videatur facta delegatio, in hac autem ſpecie apertè cõſtat quia vicarius Compoſtellanus ordinarius eſt principalis quoad illam diœceſim, & quoad Epiſcopatus Tridenſem, Mindonienſem, Aurienſem, & Licenſem, Salmantinus ordinarius eſt quoad Epiſcopatus Aſtoricenſem, Camorenſem, Salmãticenſem, Auicenſem, Ciuitatenſem, Placentinum, Caurienſem, & Pacenſem, eoque iure vtimur.

19. Nono inde † commiſſio exequendi teſtamentum dignitati facti in ſucceſſorem tranſit niſi à diſponente cõtrarium deprehendatur vt diximus in ratione decidendi, ita gloſa verb. expreſſerit in cap. 2. §. fin. de teſtamentis in ſexto communis ibi, & ſecundum Abb. in præſenti num. 8. Coua. in cap. requiſiſti num. 1. de teſtamentis, Menochius d. quæſt. 68. Matienzo infra.

20. Decimo idem eſt † ſtatuendum in commiſſione ad ordinandum teſtamentum facta l. 31. Tauri, hodie l. 5. tit. 4. lib. 5. recopil. vbi latiſſimè Matienzo.

Vndecimo in commiſſione ad compromiſſum omnes in præſenti num. finali.

Duodecimo, & vltimo, idem in le-
21. gato † dignitati facto text. in d. l. quod Principi, ſed pertinet ad ſeptimum argumentum, vbi reſoluendum eſt, ita ſoluitur tertium.

22. Nec obſtat quartum quia text. † in d. c. ſignificauit 36. de reſcriptis & difficilis eſt, pluréſq; patitur intellectus, reſpondet tamen gloſa 1. ibi obligationem Comitis fuiſſe perſonalem vt probant text. verba, (quam fratri ſuo ei ſe mutuaſſe dicebant ideo non trãſiit in ſororémque ei ſucceſſerat) probat Abb. num. 4. ibi dicens inde omnes ceſſare difficultates, ſed conuincitur ex eo quod Greg. 9. illius text. author non fundatur in actione perſonaliter ex text. ibi cõſtat. Vnde deprehenditur obligationem fuiſſe realem ſcilicet pro ipſius dignitatis vtilitate contractam, quo iure tranſit in ſucceſſorẽ argumento c. primi de ſolutionibus, qua in ſpecie nec ſucceſſor in illo text. potuit conueniri non ex defectu obligationis, ſed iuriſdictionis quia reſcriptum impetratum fuit cõtra Epiſcopum Tridenſem & alios. inde mercatores comitem mutuo obligatum cõuenire intendebãt, mortuo comite nondum conuento Soror ſucceſſit, quã tamquam ſucceſſorem coram illo delegato mercatores conuenerunt, ipſa forum declinauit, reſpondit Gregor. 9. doctiſsimè conuentionem nullam fuiſſe, quia delegati iuriſdictio contra eam ſubiectum nõ habuit, hæc eſt vera illius text. interpretatio & communis ſecundum Bal. Belam. & Abbatem nu. 4. ibi, & Angelum in d. l. ſi deceſſerit, nu. 4. ff. qui ſatis dare cog. relatos à Iaſone in l. 1. C. quando libellus Principi oblatus. at vero ſi in reſcripto nominatus fuiſſet Comes eo mortuo pro obligatione reali Soror illius ſucceſſor poſſet vtique conueniri coram eodem delegato, ex noſtro text. & communi, & ex c. dilecti de fo. comp. ſecundum relatos & Decium in c. quia 11. nu. 8. de iudiciis. ita ſoluitur quartum.

Nec obſtat quintum † quia negandum eſt iure ſingulari ligari ex com-
23. municatione ſucceſſores in officio, quinimo obſeruandum eſt iuxta communes traditiones noſtri text. in ratione decidendi explicatas interpretandum eſſe text. in d. c. quia aduerſus, & text. in c. 1. de off. vicarii lib. 6. quoniam in d. c. quia aduerſus excõmunicatio pronũciatur contra quoſcumque in officio, vel dignitate conſtitutos, Eccleſiæ libertatem violantes & infringentes ac proinde comprehendit ſucceſſores, nõ ex eo quod ſuccedunt, ſed ex eo quod illam violant libertatem, & idcirco ſi aliquis violauerit, & ideo ſacris interdictus eſt ſucceſſor nõ vtique ligabitur, probat text. in d. c. 1. de off. vicarij in ſexto quia delictum perſonale eſt, & cum perſona extinguitur nec ad ſucceſſorem tranſit. ita ſoluitur quintum.

24. Nec obſtat ſextum † mente mandantis expirare mandatum vt latius in c. gratum & relatum ſtatim diſputandum eſt, quia reſpondeo eadem fieri ratione, exprimitur enim proprium mandantis nomẽ, inde perſonale eſt vt diximus in ratione decidẽdi, ideo ſi exprimeretur mandantis dignitas ſcilicet ſedes Appoſtolica morte Pontificis mandatum non expiraret d. c. ſi gratioſè. quare delegatione dignitati facta morte poſſeſſoris non expirat ſed in ſucceſſorem tranſit etiam re integra, id eſt ſi antequam delegatio fuerit præſentata dignitatis poſſeſſor moriatur, ita noſtrum text. ſuperiorẽmque communem, interpretatur noua Rotę deciſio 17. ſito tit. & communis Immolæ, & Abb. num. 7. Felini, & Decij num. 3. Mantuæ n. 4. Veroij num. 12. in præſenti, Decij in l. more num. 54. ff. de iuriſdictione, Menochij dicta quæſt. 68. Damnato errore opinantium, vt in ſucceſſorem tranſeat præſentationem præcedere neceſſarium eſſe, inter quos fuit & Veroius vbi ſupra, ita ſoluitur ſextum.

Nec obſtat ſeptimum ex quo plu- 25.
res dubitant † an noſtri text. interpretatio obtineat in actibus ad iuriſdictionem non pertinentibus, communior eſt obtineri etiam in vltimis voluntatibus, ita in præſenti omnes, & in l. more, & in l. & quia ff. de iuriſdictione, vnde interpretandus eſt text. in d. l. placet, & d. l. & ideo quia poſthumi nomen appellatiuum eſt inſtituto poſthumo comprehendi eum, qui poſtea ex alio etiam matrimonio natus eſt, quia cuicumque conuenit, ita communis ibi & in præſenti, quãuis gloſa ibi, & alij illud referant ad fauorem conſeruandi teſtamenti, & Decius hic num. 3. Veroius 56. Carolus Ruinus in l. Gallus in primo & in rub. vbi Bolognetus nu. 17. ff. de lib. & poſthumis, Gabriel Paleotus de nothis & ſpuriis c. 29. num. 9. quo iure in quæſtione propria legis. 1. ff. delib. & poſthumis non comprehẽdetur filius poſtea natus, ita probat Veroius intelligendam eſſe dictam l. 2. eadem ratione interpretandus eſt text. in d. l. annua. 20. §. 1. ff. de annuis leg. omiſſo enim intellectu Decij & aliorum Gerophilatij eſſe nomen proprium, communior eſt eſſe appellatiuum, non pro loco ſacro accipiendum vt opinatur ibi gloſa, ſed pro cuſtode ſacrorum ex communi in præſenti, & Octomano de verbis iuris, verſiculo Hyrophilax,

Digitized by Google

Berrucio de verborum ſignificatione lib. 8. verſ. Hyrophilax vel ex Alexãdro ab Alex. dierum genialium lib. 5. c. 17. qui ridet noſtrorum interpretationẽ, & legit Hyeroſiarcam, quaſi ſacri præpoſitum ergo dignitatem, & ſic in ſucceſſorem tranſit ita etiam in legatis vt docuit etiam text. in d. l. quod Principi, nec repugnat lex ſi Auguſtæ, quia vt diximus Princeps dignitatem ſuo iure habet, Auguſta nequaquam, ſed habet dignitatis prærogatiuam mariti ſplendor, communior interpretatio eſt ex Bart. Odofredo, Abb. Paulo & Cumano ibi, & Bart. & communi in l. more ſecundum Iaſſonem num. 62. Decium nu. 52. ff. de iuriſdictione omnium iud. Oroſco num. 25. in l. & quia ff. eodem tit. in præſenti Immola, & Abb. nu. 10. Felino 7. Decio. 9. Mantua 32. Veroio. 100. aliis relatis Ant. Goueano variarum lectionum libro 2. c. 31. in qua ſpecie inutilis differentia temporis digeſtorum legatis Papæ, & Iuſſoniani, vt communior obſeruatur, inde etiam interpretandus eſt text. in d. l. ſi filiæ §. Aciæ, quamuis enim Decius, Mantua, & Veroius plures intellectus referunt, & Cuiacius obſeruationum libro 17. c. 22. contendatque Decius ſubrogationem de per ſe ſufficere communior intellectus eſt plura ibi ſimul conuenire, ex quibus deprehenditur teſtatorem in prioris locum ſecundam Agathæam ſubrogare voluiſſe ita ibi communior & in præſenti ſecundum Immol. & Abb. num. 7. Felinum, Decium num. 3. Mantua. 16. Veroium 56. Immola 24. in c. requiſiſti de teſtamentis ita tenendum eſt. Vnde deducitur interpretatio ad noſtrum textum quando dignitatis poſſeſſor in poſſeſſione non fuerit ad quem delegatio pertineat diſputatio difficilis eſt cũ gloſa verbo canonicis in cap. ſtatutum de reſcriptis, verbo principalis in clementina & ſi principalis eodem titulo obſeruandum eſt ſi re integra contingerit ad ſucceſſorem tranſire ex communiori interpretatione reſoluta ad ſextum argumentum, ſi vero poſt iudicium coram eo inceptum ipſe poterit in cauſa procedere eamque diffinire, quia qualitatem dignitatis ab initio habuiſſe ſatis eſt argumento l. in delictis §. ſi extraneus ff. de noxalibus, l. Titia ff. de teſtamento militis ita communiter receptum eſt. eodémque iure ſi maiorem dignitatem conſequutus fuerit vt ſi Archidiaconus ſit Epiſcopus, vel Epiſcopus Archiepiſcopus idem ius erit. quamuis videatur primam mutare ſubſtantiam, nihil enim impedit ſi non mutauerit in qualitatem repugnantem, ſcilicet quia vxorem duxit, vel iuriſdictione priuatus fuit, ita intelligenda eſt illarum gloſarum opinio, & communis ibi, & in præſenti ſecundum Abbatem n. 6. Felinum. 5. Mantuam in fine, Veroium num. 109. Matienzo in l. 14. gloſa 1. nu. 55. tit. 4. lib. 5. compilationis, ita interpretandus eſt noſter text. quibus & perſoluitur.

SEQVITVR

Digitized by Google

SEQVITVR EXPLICANDVS DIFFICILIS TEXTVS IN CAP. RELATVM XIX. iſto titulo.

Summarium huius capituli.

1. *Quare morte mandantis re integra expiret mandatum.*
2. *Re non integra delegati iuriſdictio non expirat & quare.*
3. *De interpretatione noſtri text. & cap. gratum infra.*
4. *Secundus intellectus.*
5. *Tertius intellectus.*
6. *An ante citationem delegati perpetuetur iuriſdictio.*
7. *An citatio ad domum ſit legitima.*
8. *An clericus ſuccedens laico teneatur cauſas coram iudice laico agitare.*
9. *Si poſt delictum ordinetur, quis iudex cognoſcat.*
10. *Quæ citatio ad præueniendam, & quæ ad perpetuandam iuriſdictionem ſit neceſſaria.*
11. *Quando delegatio non expirat morte mandantis.*
12. *Hæc regula, mandatum morte mandantis re integra expirat, plures patitur limitationes.*
13. *De interpretatione cap. legatos de off. legati in ſexto.*
14. *An regula, quod mandatum re integra expirat morte mandantis habeat locum in litteris gratiæ.*
15. *De interpretatione l. ſi pater 4. de manumiſſis vindicta.*

SVMMA.

MORTE mandantis expirat iuriſdictio delegati re integra lite autem coram delegato conteſtata non expirat.

Pro ratione dubitandi primo ſic argumentor. ſi res geri cœpta eſt coram delegato non expirat ipſius iuriſdictio l. & quia. 6. ff. de iuriſdictione, c. licet vndique 30. infra iſto tit. ſed res geri cœpta pluribus actibus ante conteſtationem, probatur primo citatione ex eiſdem iuribus expreſſe c. gratũ 20. infra ſequeuti. cap. fin. de off. le-

Digitized by Google

gati, cap. propoſuiſti de foro comp. Clementina 2. vt lite pendente ſecũdo res dicitur cœpta ſi delegatus notarium deſignauerit, officiales creauerit, partes in ius vocari decreuerit ex d. l. & quia & d. c. licet vndique tertio ipſius mandati acceptatione & præſentatione c. ſuper eo. 12. in fine de appellationibus, c. capitulum ſanctæ Crucis 30. de reſcriptis, c. ſi duobus de reſcriptis libro 6. ergo licet cõteſtata non fuerit lis delegati iuriſdictio conſeruatur.

Secundo ſic argumentor. delegatione dignitati facta delegatio in ſucceſſorem tranſit c. quoniam Abb. ſupra iſto tit. ergo ſi mandatur dignitati nihil intereſt ſi mandans moriatur.

Tertio ſic argumentor. etiam re integra morte mandantis non expirat iuriſdictio delegati ergo contra noſtrũ text. probatur antecedens primo morte mandantis legatum non expirat delegati iuriſdictio etiam re integra c. legatos de off. legati in ſexto idem ergo in delegatis iudicium erit. Secundo morte delegantis re etiam integra non expirat delegati iuriſdictio in reſcriptis ad beneficia c. ſi ſuper gratia de off. delegati lib. 6. ca. ſi cui nulla 36. de præbendis libro 6. ergo procedit conſequens.

Quibus non obſtantibus contrariũ in præſenti à Lucio 30. reſponſum eſt, duaſque continet partes, alterã morte mandantis re integra delegati iuriſdictionem expirare, alteram re non integra non expirare.

1. Prior itaque pars † fuerat re integra morte mandantis delegati iuriſdictionem expirare. decidendi ratio eſt delegati iuriſdictionem ex delegãtis voluntate pendere, l. 1. §. qui mandatam, l. fin. ff. de off. eius, c. prætere a 5. c. ſane. 11. c. ſuper quæſtionum 27. c. paſtoralis 28. iſto tit. ſed voluntas morte finitur cap. ſi gratioſè de reſcriptis libro 6. ergo & delegati iuriſdictio ex illa voluntate pendens, pendere autem quando res eſt integra omnes agnoſcunt, & infra reſoluendum eſt.

Poſterior pars † fuit re non integra 2. & delegati iuriſdictionem non expirare ratio eſt, nam cum primum delegatus iuriſdictione vti cœperit eam efficaciter acquirit, & inde cum ſua ſit abſque facto ſuo aufferri ab illo non poterit, l. id quod noſtrum. 11. ff. de regulis iuris, optima quidem ratione, ſiquidem iuſtis legibus iuſtitutum eſt ius plenè acquiſitum vnicuiq; eſſe, quoties præcedente iuris titulo rem naturaliter aprehendimus, aprehendere dicitur ſi res corporalis eſt per traditionem l. qua ratione. 9. §. hæc quoquè res, l. traditio. 20. ff. de acquirẽdo rerum Dominio l. traditionibus C. de pactis §. per traditionem inſt. de rerum diuiſione, ſi res incorporalis eſt per vſum & exercicium c. cum Eccleſia Sutrina de cauſa poſſeſſionis l. 2. C. de ſeruitutibus, vbi communis, ſubtiliter Aretinus in c. 1. nu. 79. de iudiciis, ita in iuriſdictione cũ ſit incorporalis ex vſu efficax acquiſitio fit, ac proinde ſi alterius iudicis prorogatur iuriſdictio vt diximus in c. de cauſis ſupra, prorogatio perfecta, & irreuocabilis conficitur cum primum iudex prorogata iuriſdictione vti cœperit text. ita interpretãdus in l. 2. & in l. 1. ibi (ſe ſubiiciũt) ff. de iudiciis

Digitized by Google

quia ante illum vſum vnuſquiſque recedere poterit text. in l. ſi conuenerit ibi (& priuſquam adeatur mutata voluntas fuerit &c.) ff. de iuriſdictione ita intelligendus eſt text. in c. 1. & in c. ſignificaſti de foro comp. eademque ratione ſi Principis delegatus cauſam in totũ ſubdelegauerit re integra eam reſumere poteſt, ſed ſi ſubdelegatus vti cœperit repetere nõ poteſt quia ex illo vſu efficaciter ſubdelegato acquiſita fuit, ita interpretãdus eſt text. in c. quamuis ſupra iſto tit. & in cap. quamuis, c. ſi ſubdelegatus iſto tit. in ſexto & idcirco in propoſita noſtri textus ſpecie ſi Papa delegãs moritur re integra delegati expirat iuriſdictio ex noſtro text. & vulgari regula legis mãdatur C. mandati, §. rectè inſt. mãdati, clem. fi. de procuratoribus, re autem non integra, nõ expirat ex d. l. & quia, d. clem. 2. vt lite pendente, d. c. licet vndique l. 21. tit. 4. l. 35. tit. 18. p. 3. ita ex ſuperioribus vtramque regulã cõſtituerũt Bart. & omnis Schola ſtatim referenda in l. & quia ff. de iuriſdictione, Innoc. & omnes relati à Felino & Decio in præſenti, ab ipſis & Alciato in c. gratum ſequenti, Curcius Iunior, & Purpuratus an. 100. in l. more ff. de iuriſdictione, Hipolito, & Riminaldo in l. 1. n. 588. ff. de off. eius, Menochio de arb. q. 68. caſu 352. Gabriel 3. tomo communium lib. 2. tit. de procuratoribus concluſione. 2. & 3. Coua. in practicis. c. 11. & alij infra, quando autem res integra, vel nõ itegra dicatur pertinet ad primi argum. diſputationem.

Nec obſtant in cõtrarium adducta
3. † pro ratione dubitandi primum. quia reſpondeo maiorem eſſe veriſſimã ex d. l. & quia, & d. c. licet vndiq;, in minori autem magnam eſſe difficultatẽ propter noſtri text. & ſequentis repugnantiam, conſtat enim Lucium Tertium in præſenti reſpondiſſe mortuo ante litis conteſtationem delegãte, delegati iuriſdictionem expiraſſe, in c. autem ſequenti Vrbanum Tertiũ docuiſſe citatione ante delegantis mortẽ facta corã delegato ipſius iuriſdictionem non expiraſſe: quare ſeptẽ intellectus à noſtris aſſignantur & de ipſis diſputãt, potiſſimi autem ſunt. Prior, gloſæ. 1. in præſenti dicentis noſtrum textum procedere ſecundum iuris ciuilis traditiones, quibus litis conteſtationem cauſæ principium eſſe probatur l. amplius non peti ff. rem ratã haberi, auth. de litigioſis §. omnem, text. in c. ſequenti iuxta Pontificias obſeruationes, quib⁹ citatione iuriſdictionem perpetuari conſtat c. fi. de off. legati. hæc interpretatio communiter reiicitur & iuſtè quidem, quia & iure Põtificio cauſæ principium dicitur litis conteſtatio per totum vt lite non conteſtata infra, & in ſexto & ex c. exconquæſt. de reſtitutione ſpol. cl. ſæpe in principio ibi (in initio litis) de verb. ſignificatione. Rurſus quia citatione iure ciuili iuriſdictionẽ perpetuari ſignificat Iulius Paulus in d. l. & quia, ita magis receptum eſt.

Vnde † ſecundus intellectus eſt ad vitandam correctionem iura iuribus 4.
componendo in noſtro text. regulam conſtitui lite conteſtata ante delegãtis mortem delegati iuriſdictione perpetuari, lite non cõteſtata expirare, in c. tamen ſequenti limitationẽ explicare citatione ante delegantis mortẽ facta coram delegato delegantis mortem ignorãte perpetuari vt ſignificat text.

ibi (& maximè) & ita cõponi arg. legis præcipimus C. de appellationibus c. cum expediat de elect. in ſexto placuit Oroſco in d. l. & quia n. 26. iure regio litis conteſtationem requiri affirmãti ex d. l. 21. tit. 4. p. 3. ibi (por demanda y por reſpueſta) ſed in vtroq; fallitur vir doctiſſimus quia illa interpretatio cõuincitur text. eadem, c. ſequentis, littera ibi (& maximè) ſignificat ergo idẽ eſſe etiam ſi delegatus mortis cõſcius fuerit ita obſeruat gl. ibi verbo (maximè) communis ſecundum ſtatim referendos. Deinde licet veriſſimũ ſit iure Regio in d. l. 21. litis conteſtationẽ requiri poſtea tamen in l. 35. tit. 18. eadẽ p. ibi (alomenos por emplazamiẽto) citationem ſufficere conſtitutum eſt, ita obſeruat Gregor. Lopez in d. l. 21. verbo (reſpueſta) & ita tenendum eſt.

5. Quare Tertius intellectus eſt † noſtri text. reſponſum litis conteſtationẽ exigens à text. in c. ſequẽti correctum eſſe quia correctio vitari nõ poteſt, ſiquidẽ text. in præſenti non ſolum docuit litis conteſtatione perpetuari, ſed etiã mortuo delegante ante conteſtationem delegati iuriſdictionem expirare. Cæterum text. in c. ſequenti citatione non expirare apertè docuit, ita noſtrum text. à ſequẽti corrigi probat Bart. n. 13. Paulus Fulgoſius & cõmunis ſecundum Alex. n. 30. Sozinũ 75. Iaſ. 57. Purpuratum. 110. Oroſco 26. in d. l. & quia, Innoc. Hoſtiẽſ. Ioan. And. & ita conſuetudine receptũ eſſe, Immo. Abb. Feli. n. 10. Siculo n. 6. Decio n. 3. in præſenti, Felin. & Alciato in d. c. gratum in principio, Ant. Gab. vbi ſupr. Cuiacio obſeruationũ lib. 9. c. 22. & veriorem eſſe ita probatur, quia in c. ſequentis integra quã licet omiſerit Cõcius, & noua Romanorum obſeruatio, retulit tamen doctiſſimus Ant. Aug. collectione. 1. cap. 23. iſto tit. & in ſcholiis ad eam, poſtea animaduertit Vrbanus Tertius Lucij Tertij nõ immemor eius delegationẽ refert, deinde reſpondit citatione iuriſdictionẽ perpetuari, ac proinde cõſtat Lucij Tertij Vrbanum fuiſſe nõ ſolum ſucceſſorẽ, ſed etiam hac in ſpecie emẽdatorem, ita tenenendum eſt. indeq; colligendũ citatione ante delegantis mortem delegati iuriſdictionem perpetuari iure Põtificio & Regio. ſed huic traditioni alia argumẽti pars fortiter repugnat † 6.
etiã ante citationem delegati iuriſdictionem plerũmq; perpetuari. in quo duæ ſunt communes contrariæ.

Prima eſt requiri citationem parti denunciatam eſſe ex noſtro text. & c. ſequenti ibi (propoſito citationis edicto) refertur enim ad ſolẽnem citationem c. fi. de off. legati, ibi (illorũ citatio præceſſerit) cui reſponderi nõ poſſe multi putauerũt l. ſi quis poſtea quã in ius vocat⁹ eſt 7. ff. de iudiciis, c. propoſuiſti ibi (legitimè citatus) de foro comp. cl. 2. ibi (ad partem peruenerit) vt lite pendente, glo. verbo integra, in d. c. licet vndiq; vbi Belam. n. 9. Alex. n. 36. Iaſſon nu. 58. Decius 56. Curcius Iunior n. 79. Oroſco num. 29. in d. l. & quia, Abb. n. 9. defendit Decius n. 5. in præſenti vbi in additionibus ſub litera, A. dicit veriorem Molinæus, & contrarium eſſe communem errorem.

Secunda eſt ſufficere citandi mãdatum, vel cõmiſſionem quia res dicitur integra quãdiu delegatus iuriſdictione vti non cœperit, inde ſi vſus iuriſdictione fuerit, rem integram non

dici neceſſe eſt ex Iulio Paulo in d. l. & quia & Innoc. 3. in d. c. licet vndique, ita ſubdelegati iuriſdictio irreuocabilis eſt, & fit ſi iuriſdictione vti incepetit d. c. quamuis, cap. ſi delegatus in principio cap. ſi à ſubdelegato ibi (in aliquo proceſſum fuerit) iſto tit. in ſexto. cum primum itaque delegatus cauſam acceptauit, officiales elegit, tribunali locum & tempus aſſignauit, citationem decreuit, vel commiſit iam incepiſſe vt fateamur neceſſe eſt, ita gloſa verbo proceſſum in d. c. ſi delegato, verbo incepta, in cap. ne aliqui de hæreticis in ſexto communis ibi, Bart. textu, in d. l. & quia num. 13. communis ſecundum Oroſco ibi num. 18. Car. Abb. min. num. 15. Purpuratum in d. l. more n. 112. Hoſti. Andream, Antonium, Siculum, Feli. num. 11. in præſenti, vbi Decius d. num. 5. fatetur communiorem, & Feli. in principio. Dec. n. 2. Alciat. num. 9. in cap. ſequenti dicentem eſſe magis communem inter Cæſareos & Pontificios, quare Claudius in d. l. more num. 11. refert à iudicando propter contrarietatem in ea cauſa ſe abſtinuiſſe. in qua contrarietate & communior & verior ſecunda eſt morte delegantis non expirare iuriſdictionem delegati. qui citationem fieri mandauerit. Nec obſtant primæ fundamenta quia noſtrum textum correctum iam eſſe verius eſt, nec obſtat textus in cap. ſequenti quia illa verba (citatione facta) intelliguntur ſcilicet per iudicem mandata vel commiſſa. nec obſtat textus in cap. ſi. de off. legati. quia omiſſa legati differentia quam probat ibi Antonius, improbat in præſenti Decius, verior interpretatio eſt ex illo textu noſtram propoſitionem eleganter confirmari in prima parte dixerit Greg. nonus legati diſceſſu non extingui, ſtatuta ab eo facta quia perpetua cenſentur, ſtatimque ait ibi, ſecus tamen ſi cauſas duxerint aliquibus delegandas, cum iſtorum iuriſdictio expiret, ſi ante illorum diſceſſum horum citatio non præceſſerit. ex quibus illud perſpicuum eſt delagati iuriſdictionem re integra expirare delegantis morte non ſolum naturali, ſed & ciuili, ſcilicet per diſceſſum, & idem erit per renuntiationem, vel ceſſum, deinde & illud elegans delegati citatione iuriſdictionem perpetuari ſcilicet ſi delegatus citauerit hoc eſt citari mandauerit, probatúrque ex illis verbis ad ipſos delegatos non ad partes relatis quia relatiuus illorum refertur ad nuncios, vel legatos, alij autem iſtorum, & horum ad ipſos delegatos referri certum eſt, & ita ille textus obſeruandus erit, nec obſtat textus in d. l. ſi quis poſteaquam, in d. c. poſuiſti, quia loquuntur non in perpetuatione, ſed in præuentione, ad quam partis citatio & legitima & parti denunciata requiritur, differentiæ ratio eſt in perpetuatione nec periculum, nec præiudicium eſſe, imo fauorem publicum conſiſtentem & in abreuianda lite l. properandum C. de iudiciis cap. finem litibus de dolo & contumacia, & in excuſandis partium expenſis c. 2. de cauſa poſſeſſionis, & in reuerentia mandati Appoſtolici ne reddatur illuſorium c. 1. & 2. de alienatione iudicij c. 1. ſupra iſto tit. idcirco ſufficit citationem decreuiſſe, quia iam vti incepit, at in præuentione

Digitized by Google

ibi (& maximè) & ita cōponi arg. legis præcipimus C. de appellationibus c. cum expediat de elect. in ſexto placuit Oroſco in d.l. & quia n. 26. iure regio litis conteſtationem requiri affirmāti ex d. l. 21. tit. 4. p. 3. ibi (por demanda y por reſpueſta) ſed in vtroq; fallitur vir doctiſſimus quia illa interpretatio cōuincitur text. eadem, c. ſequentis, littera ibi (& maximè) ſignificat ergo idē eſſe etiam ſi delegatus mortis cōſcius fuerit ita obſeruat gl. ibi verbo (maximè) communis ſecundum ſtatim referendos. Deinde licet veriſſimū ſit iure Regio in d.l. 21. litis conteſtationē requiri poſtea tamen in l. 35. tit. 18. eadē p. ibi (alomenos por emplazamiēto) citationem ſufficere conſtitutum eſt, ita obſeruat Gregor. Lopez in d. l. 21. verbo (reſpueſta) & ita tenendum eſt.

5. Quare Tertius intellectus eſt † noſtri text. reſponſum litis conteſtationē exigens à text. in c. ſequēti correctum eſſe quia correctio vitari nō poteſt, ſiquidē text. in præſenti non ſolum docuit litis conteſtatione perpetuari, ſed etiā mortuo delegante ante conteſtationem delegati iuriſdictionem expirare. Cæterum text. in c. ſequenti citatione non expirare apertè docuit, ita noſtrum text. à ſequēti corrigi probat Bart. n. 13. Paulus Fulgoſius & communis ſecundum Alex. n. 30. Sozinū 75. Iaſ. 57. Purpuratum. 110. Oroſco 26. in d.l. & quia, Innoc. Hoſtiēſi, Ioan. And. & ita conſuetudine receptū eſſe, Immo. Abb. Feli. n. 10. Siculo n. 6. Decio n. 3. in præſenti, Felin. & Alciato in d. c. gratum in principio, Ant. Gab. vbi ſupr. Cuiacio obſeruationū lib. 9. c. 22. & veriorem eſſe ita probatur, quia in c. ſequentis integra quā licet omiſerit Cōcius, & noua Romanorum obſeruatio, retulit tamen doctiſſimus Ant. Aug. collectione. 1. cap. 23. iſto tit. & in ſcholiis ad eam, poſtea animaduertit Vrbanus Tertius Lucij Tertij nō immemor eius delegationē refert, deinde reſpondit citatione iuriſdictionē perpetuari, ac proinde cōſtat Lucij Tertij Vrbanum fuiſſe nō ſolum ſucceſſorē, ſed etiam hac in ſpecie emēdatorem, ita tenenendum eſt. indéq; colligendū citatione ante delegantis mortem delegati iuriſdictionem perpetuari iure Pōtificio & Regio. ſed huic traditioni alia argumēti pars fortiter repugnat † 6.
etiā ante citationem delegati iuriſdictionem plerūmq; perpetuari. in quo duæ ſunt communes contrariæ.

Prima eſt requiri citationem parti denunciatam eſſe ex noſtro text. & c. ſequenti ibi (propoſito citationis edicto) refertur enim ad ſolēnem citationem c. fi. de off. legati, ibi (illorū citatio præceſſerit) cui reſponderi nō poſſe multi putauerūt l. ſi quis poſtea quā in ius vocat⁹ eſt 7. ff. de iudiciis, c. propoſuiſti ibi (legitimè citatus) de foro comp. cl. 2. ibi (ad partem peruenerit) vt lite pendente, glo. verbo integra, in d. c. licet vndiq; vbi Belam. n. 9. Alex. n. 36. Iaſſon nu. 58. Decius 56. Curcius Iunior n. 79. Oroſco num. 29. in d.l. & quia, Abb. n. 9. defendit Decius n. 5. in præſenti vbi in additionibus ſub litera, A. dicit veriorem Molinæus, & contrarium eſſe communem errorem.

Secunda eſt ſufficere citandi mādatum, vel cōmiſſionem quia res dicitur integra quādiu delegatus iuriſdictione vti non cœperit, inde ſi vſus iuriſdictione fuerit, rem integram non

Digitized by Google

dici neceſſe eſt ex Iulio Paulo in d. l. & quia & Innoc. 3. in d. c. licet vndique, ita ſubdelegati iuriſdictio irreuocabilis eſt, & fit ſi iuriſdictione vti inceperit d. c. quamuis, cap. ſi delegatus in principio cap. ſi à ſubdelegato ibi (in aliquo proceſſum fuerit) iſto tit. in ſexto. cum primum itaque delegatus cauſam acceptauit, officiales elegit, tribunali locum & tempus aſſignauit, citationem decreuit, vel commiſit iam incepiſſe vt fateamur neceſſe eſt, ita gloſa verbo proceſſum in d. c. ſi delegato, verbo incepta, in cap. ne aliqui de hæreticis in ſexto communis ibi, Bart. textu, in d. l. & quia num. 13. communis ſecundum Oroſco ibi num. 18. Car. Abb. min. num. 15. Purpuratum in d. l. more n. 112. Hoſti. Andream, Antonium, Siculum, Feli. num. 11. in præſenti, vbi Decius d. num. 5. fatetur communiorem, & Feli. in principio. Dec. n. 2. Alciat. num. 9. in cap. ſequenti dicentem eſſe magis communem inter Cæſareos & Pontificios, quare Claudius in d. l. more num. 11. refert à iudicando propter contrarietatem in ea cauſa ſe abſtinuiſſe. in qua contrarietate & communior & verior ſecunda eſt morte delegantis non expirare iuriſdictionem delegati. qui citationem fieri mandauerit. Nec obſtant primæ fundamenta quia noſtrum textum correctum iam eſſe verius eſt, nec obſtat textus in cap. ſequenti quia illa verba (citatione facta) intelliguntur ſcilicet per iudicem mandata vel commiſſa. nec obſtat textus in cap. ſi. de off. legati. quia omiſſa legati differentia quam probat ibi Antonius, improbat in præſenti Decius, verior interpretatio eſt ex illo textu noſtram propoſitionem eleganter confirmari in prima parte dixerit Greg. nonus legati diſceſſu non extingui, ſtatuta ab eo facta quia perpetua cenſentur, ſtatimque ait ibi, ſecus tamen ſi cauſas duxerint aliquibus delegandas, cum iſtorum iuriſdictio expiret, ſi ante illorum diſceſſum horum citatio non præceſſerit. ex quibus illud perſpicuum eſt delagati iuriſdictionem re integra expirare delegantis morte non ſolum naturali, ſed & ciuili, ſcilicet per diſceſſum, & idem erit per renuntiationem, vel ceſſum, deinde & illud elegans delegati citatione iuriſdictionem perpetuari ſcilicet ſi delegatus citauerit hoc eſt citari mandauerit, probatúrque ex illis verbis ad ipſos delegatos non ad partes relatis quia relatiuus illorum refertur ad nuncios, vel legatos, alij autem iſtorum, & horum ad ipſos delegatos referri certum eſt, & ita ille textus obſeruandus erit. nec obſtat textus in d. l. ſi quis poſteaquam, in d. c. poſuiſti, quia loquuntur non in perpetuatione, ſed in præuentione, ad quam partis citatio & legitima & parti denunciata requiritur, differentiæ ratio eſt in perpetuatione nec periculum, nec præiudicium eſſe, imo fauorem publicum conſiſtentem & in abreuianda lite l. properandum C. de iudiciis cap. finem litibus de dolo & contumacia, & in excuſandis partium expenſis c. 2. de cauſa poſſeſſionis, & in reuerentia mandati Appoſtolici ne reddatur illuſorium c. 1. & 2. de alienatione iudicij c. 1. ſupra iſto tit. idcirco ſufficit citationem decreuiſſe, quia iam vti incepit, at in præuētione

præiudicium conſiderabile verſatur, quia iudex præueniens alterum à cognitione iudicem excludit, ac proinde non ſolum per citationem à ſe decretam iuriſdictionẽ quoad ſe oportet acquirere, ſed etiam per citationis denunciationem parti legitimè factam præuenire quoad ipſam partem iuriſdictionem, ex dictis iuribus.

Quare ſecundo, obſeruandum eſt quod vt iuriſdictio præueniatur citationem legitimam eſſe, & parti denunciatam neceſſe eſt, ita interpretamur textum in d. l. ſi quis poſtea, d. c. propoſuiſti d. Clementinam. 2. ita contra plures communior eſt ſecundum Alexandrum d. num. 36. Car. Albanum in d. l. more num. 12. Rolandum conſilio 12. num. 23. volum. 2. Petrum Surdum conſilio 56. num. 20. in tantum quod citatio ficta, vel præſumpta ad præueniendum inutilis eſt, ex dictis iuribus reſoluit Bancius de nullitatibus tit. de citationis defectu num. 90. in praxi Franciſcus Burſatus conſilio 74. num. 41. tomo 1. Federicus Scoto reſponſo 44. num. 7. lib. 4. tomo 2.

Vnde primo diſputatur an citatio
7. † ad domum facta ad præueniendum legitima ſit, & ſufficere probatur quia citationem ad perſonam, vel ad domum fieri vtroque iure idem eſt, l. ſcire oportet 15. §. qui autem ibi (in facie, vel ad domum) ff. de excuſat. tutorum, Clem. 1. ibi (perſonaliter, vel ad domum) de foro comp. firmat Dynus in l. 1. ff. de lib. agnoſcendis, ita apud omnes communem eſſe Aluericus in l. 4. §. Prætor num. 1. ff. de damno infecto, Rebufus 3. tomo tit. de citationibus §. 2. hodie magis communem eſſe Iulius Clarus in praxi q. 31. num. 17. plura Petrus Surdus conſilio 88. per totum contrarium autem legitimam non eſſe niſi perſona prius requiratur probat textus in l. 1. §. permittitur, ibi (vel ad domum ſi nullius copiam habuerit) ff. de lib. agnoſcendis, d. l. 4. §. Prætor ait, ibi (dum ei qui abierit) l. aut qui aliter 5. §. ſi forte ff. quod vi aut clam, cap. cauſam de dolo & contum. textus optimus in cap. ſi aduerſarius fin. de eo qui mittitur in poſſeſſ. gloſa magna in l. ſi finita §. ſi plures ff. de damno infecto, gloſa verbo, domum, in d. c. cauſam, communis ibi, Bart. in d. §. Prætor num. 2. & 6. Baldus in l. vetuſtiſſimam num. 3. C. de iure dominij impetrando, communis ſecundum relatos à Tiraquello de retractu §. 9. gloſa 2. num. 44. communior latè probata ab Aſſinio in praxi §. 6. c. 1. an. 5. celebris eſt Mariani Sozini ſententia in d. c. propoſuiſti an. 19. quod ſi alter iudex prius ad domum citauerit, alter poſtea in perſonam poſterior præueniſſe dicitur, inde hoc die frequentiſſima praxis eſt perſonam ſi reperiri poteſt citari, ea tamen non reperta ad domum fieri ita Ioannes Ceſanus conſilio 691. tomo 5. Tiberius Decianus conſilio 18. num. 84. volumine 1. hæc communior, & verior eſt.

Nec obſtat dicta lex ſcire oportet, & d. clem. 1. debent enim intelligi ſingula ſingulis referendo in faciem, vel perſonaliter ſi commodè reperiri poteſt, alias ad domum, quia ad præueniendum legitimè citari neceſſe eſt.

Inde ſecundo magna † diſputatio 8. eſt quando clericus laico ſuccedit debere enim hæreditatis cauſas coram

ſeculari defendere nec proprio gaudere priuillegio docuit Iure-Conſultus in l. hæres abſens 19. in principio ff. de iudiciis, quia defuncti perſonam repræſentat auth. de iure-iurando à moriente preſtito, ita communis, contrarium tamen ſecunda probat opinio quia hæreditas clerici proprium efficitur patrimonium, pro quo clericus ante ſecularem conueniri nō poteſt c. 1. cum ſequentibus 11. quæſt. 1. c. 2. cum ſequentibus de iudiciis, c. 1. & 2. c. ſi diligenti, cap. ſignificaſti de foro comp. quæ & communis. inde tertia quaſi media eſt re integra ſecundam obtinere re non integra quia cauſa ante ſecularem cum defuncto fuerat integra. ſecundam procedere ex d. l. ſi quis poſteaquam d. c. propoſuiſti. d. l. hæres abſens & optima lege 57. tit. 6. p. 1. quarta eſt huic contraria eo etiam caſu clericum coram Eccleſiaſtico cōueniri oportere, quia ſi ad proſequendam cauſam in ius vocari neceſſe eſt, à laico tamquam incapaci vocari non poterit ex iuribus ſecundæ opinionis omnes communiter recipiunt dicítque Coua. noua Principis declaratione indigere de quibus diſputat Decius in cap. quia V. num. 11. de iudiciis, Palacios Rubios in repetitione rubricæ §. 39. num. 6. Coua. in practicis c. 8. Gregorius Lop. in d. l. 57. gloſa magna, Menchaca de ſucceſſionum creatione §. 22. num. 71. Auiles in capitulis Prætorum 1. parte, gloſa 10. verbo (execution) num. 66.

Tertia opinio communior & verior eſt litem cum defuncto inceptam ibi à clerico proſequendam eſſe quādo incepta dicatur ex ſuperioribus, apertè deprehenditur ex d. l. ſi quis poſteaquam d. c. propoſuiſti, & communiori ſententia ſi defunctus legitimè fuerit citatus, ita tenendum eſt.

Idem tertio deducitur idem conſtituendum eſſe ſi laicus clerici hæres fuerit quia iudicium à laico proſequendum erit vbi coram Eccleſiaſtico inceptum erat.

Inde quarto eadem ratione idem deducitur obſeruandum ſi clericus Salmantinus hæres fuerit clerici alterius diœceſis, quia lites in ea inceptas per legitimam defuncti citationem ibi proſequendas eſſe recepta traditio poſtulat.

Inde quinto interpretandus eſt textus in l. cum quædam puella ff. de iuriſdictione omnium iudicum in cuius prima parte docuerat Vlpianus puellæ matrimonium in alia iuriſdictione maritum ſequentis non præiudicare prioribus iudicibus, qui in cauſa pronunciauerant.

Inde dubitat ante pronunciationem. reſpondétque poſt ſuſceptam cognitionem non præiudicare, vnde gloſa, Bart. & plures relati à Iaſſone ibi diſputant quando dicatur ſuſcepta cognitio & Sacius interpretationum lib. 2. c. 18. Veriórque interpretatio eſt ſi poſt legitimam citationem puella forum mutauerit iam præuentam fuiſſe iuriſdictione legitima citatione ex d. l. ſi quis poſteaquam d. c. propoſuiſti, & communi ſupra.

Inde maior eſt diſputatio † quando poſt delictum commiſſum aliquis ordines ſuſceperit quia delicti natura præuentam eſſe iuriſdictionem, cui ordinum ſuſceptio præiudicare non potuit author fuit Bart. ex dictis iuribus in l. 1. num. 3. ff. de pœnis com- 9

muniter receptus, contrarium docuit Oldraldus conſilio 4. Ioannes And. in c.1. de obligatis ad ratiocinia, etiam communis. Tertij diſtinguunt ſi fraude ſuſceperint ex l. hos accuſare 12. verſiculo item magiſtratum ibi (retractandi cauſa) ff. de accuſationibus, l. fin. ff. de re mil. l. fin. ff. de iis, qui ſibi morte conciuerunt.

Alij quarto dicunt perſonæ ſacris iam ordinibus initiatæ laicum incapacem eſſe, de delicto autem ante ordinis ſuſceptionem commiſſo & de bonis temporalibus ipſius initiati ſecularem poſſe cognoſcere ita omnes diſputant in dictis legibus & relati à Iaſone in d. l. cum quædam puella num. 10. & 11. Coua. in practicis c.31. num.4. Plaza de delictis c. 35. in principio, Ægidius Boſſius in praxi tit. de pœnis num.38. Iulius Clarus in praxi quæſt. 36. num. 43. inter quos communior eſt ordines ſuſceptos fraude iuriſdictioni ſeculari iam præuentæ non præiudicare, abſque fraude tamen præiudicare inde fraudis præſumptiones ad praxim applicant, Iaſſon, Coua. & alij, ſed iuxta Pontificias obſeruationes huic praxi ſpecies conuenire non poteſt, quia vt Oldraldus, & alij probant, eſto quod aliquis ſacris initiatus ſit à ſecularium cognitione liberum eſſe vt fateamur oportet, niſi crimen ita foret enorme vt ea de cauſa ordines ſuſcepiſſe veriſimilius ſit, vnde nec admittenda erit altera perſonæ, & bonorum ſeparatio quia ſi ſecularis ad cognoſcendum de perſona incapax eſt eo caſu nec de clerici bonis cognitionem habebit non quia bona Eccleſiaſtica ſunt, ſed quia perſonæ acceſſoria ſunt ex communi reſoluta in c.3. de præſcriptionibus, in c.2. de iure-iurando. c.3. de præbendis. Rurſus quia cum de delicto contra perſonam perſequutio competat, quo iure contra bona conuerti poterit ergo ex d. l. cum quædam puella non licet argumentari ad mutationem ordinis ſacri ſuſceptionem faciendam propter ſecularium incapacitatem, textu in cap. finali de iudiciis.

Inde etiam vltimo quamuis ex d. l. & communi diſputetur quando delictum ſimul à clericis, & laicis commiſſum eſt iuriſdictióque à ſeculari fuerit præuenta, non poſſe de clericis cognoſcere omnes fatentur, quinimo propter clericorum dignitatem omnem cauſam ad Eccleſiaſticum pertinere tamquam magis dignum cap. ſolitæ de maioritate, & obedientia, quod minus dignum ad ſe trahere debet, cap. quod in dubiis de ſepulturis, communis opinio eſt cap. quanto de iudiciis, & ne continentia cauſæ diuidatur l. nulli C. de iudiciis, c.1. de cauſa poſſeſſionis communis & in praxi obſeruata ſecundum relatos à Coua. in practicis c.34. in principio, Iulio Claro d. quæſt. 36. num.46. Menochio de arbitrariis caſu 371. num.13. ſed cauſæ continentiam in fori diuerſitate non conſiderauit textus in d. c. fin. de iudiciis, & idcirco contrarium nouiori praxi receptum eſt vt refert Coua. & à qua recedendum non eſſe probat Iulius Clarus in qua contrarietate dixerim communem priorem obtinere quando Eccleſiaſticus iudex in delicti cognitione præuenerit quia quoad laicos incompetens dumtaxat eſt. Vnde ex iuſta cauſa fit competens

cap.

Digitized by Google

c. qualiter & quando de iudiciis, c. ex tenore, c. licet de foro comp. c. de prudentia de donationibus inter virum, ita intelligendus eſt textus iuxta communiorem ſententiam in c. nouit de iudiciis, ita tenendum eſt.

10. Ex quibus ſatis apparet ad præueniendam † iuriſdictionem oportere citationem legitimam eſſe, & parti denunciatam ad perpetuandam autem iuriſdictionem ex c. ſequenti, & communiori traditione citationem, vel citationis mandatum ſufficere etiam iure Regio ex d. l. 36. Cuius ignoratione doctiſſimus Oroſco litis conteſtationem petebat ex d. l. 2. 21. & Didacus Perez in rubrica tit. 1. lib. 3. ordinamẽti columna 730. inde etiam alia argumenti pars explicatur quia aliud eſt quando duo reſcripta eiuſdem datæ præſentantur prius enim præſentatum præſtare debet vt diximus in c. 2. ſupra, quia illa præſentationis præuentio ad excludendum aliud reſcriptum ſufficiens eſt c. ſuper eo. 12. de appellationibus, c. paſtoralis 14. §. fin. c. capitulum 30. de reſcriptis, c. ſi duobus de reſcriptis in ſexto non præſtat ad efficacem iuriſdictionem ac proinde ſi poſt præſentationem antequam delegatus vti inceperit per citationem, vel citationis mandatum delegans moreretur, expiraret vtique delegati iuriſdictio ex c. ſequenti & communi ſupra reſoluta. ita obſeruandum eſt, ſoluitúrque primum.

11. Nec obſtat ſecundum † quia vt diximus in cap. quoniam Abbas ad ſextum argumentum diuerſa eſt illius & noſtri textus ratio, quoniam more delegantis re integra expirat iuriſdictio delegati quia pendet ex delegantis voluntate, quæ morte finitur vt ſupra diximus ad rationem decidendi. inde in delegationibus ordinariis morte mandantis re integra expirat delegati iuriſdictio & delegatio. in aliis nequaquam, quia ſi delegatio fit à ſede Appoſtolica, quæ non moritur cap. ſi gratioſè de reſcriptis in ſexto, etiam ſi moriatur Pontifex cuius tempore fit delegatio non expirat vt diximus ad ſextum argumentum capituli quoniã Abbas. Cæterum quando moritur delegatus non inquirimus an res ſit integra vel non, ſed an delegatio perſonalis, vel realis ſit quia perſonalis re integra, vel non integra delegati morte finitur, realis re integra, vel non integra mortuo delegato non finitur quia in ſucceſſorem tranſit, atque dignitatis poſſeſſor ſemper illius cauſæ delegatus eſt vt diximus in ratione decidendi dicti c. quoniam Abbas, cuius interpretatio eſt etiam ſi ante reſcripti præſentationem delegatus moreretur, ex communiori intellectu Hoſt. Belam. Baldi, Abb. num. 4. Felini, & Decij num. 3. Mantuæ 14. Veroij num. 12. Menochij de arbitrariis q. 68. nu. 12. ita tenendum eſt contra Veroium, qui contrarium defendit, & ita noſter textus & in c. ſequenti, & in d. c. quoniam Abbas interpretandi ſunt vt alter alterius ſpecie magis explicatur, quam repugnet, ſoluitúrque ſecundum.

12. Nec obſtat tertium quia vulgaris regula † mandatum morte mandantis re integra finiri plures patitur limitationes, vt latè referunt relati ad rationem decidendi, maximè Antonius Gab. in noſtra tamen iuriſdictionis ſpecie perſpicua eſt, noſtrum text.

Google

& ſequentem, & ſimiles obtinere in iuriſdictione delegata, non tamen in ordinaria procedere. diſcriminis ratio. delegatam iuriſdictionem à delegantis poteſtate pendere vt ſæpè repetitum eſt, idcirco delegantis morte re integra finiri ratio poſtulat, quia tunc delegatus nihil proprium habebat, re autem integra iam habebat vt diximus, hæc eſt ſumma noſtri textus, & ſequentis interpretatio ordinariam autem iuriſdictionem ab ipſius legis poteſtate pendere certum eſt, nam cum primus ordinarius à Principe, à re publica vel à poteſtatem habente electus eſt iuriſdictionem ordinariam proprio iure habere & exercere conſtitutum eſt l. 1. §. qui mandatam l. fin. ff. de off. eius, l. 1. l. more, l. & quia ff. de iuriſdictione c. 1. c. conquerente, c. dilectus de off. ordinarij.

Inde interpretandus eſt textus in
13. d.c. legatos † de off. legati in ſexto loquitur enim in legatis in regnum, vel prouinciam miſſis ad viſitandum, plantandum, ædificandum, id eſt, ad exercendam ordinariam in vniuerſitate cauſarum iuriſdictionem, quare non ſolum per appellationem, ſed per quærelam poteſt adiri, & cognitionem habet c. 1. beneficia confert, iurique patronatus Eccleſiaſtico derogat, c. dilectus, legato nato detrahit c. volentes. ſtatuta conficit perpetua c. fin. de off. legati.

Vnde ordinarius cum ſit morte eligentis legati iuriſdictio etiam non incepta finiri non poteſt vt rectè docuit text. in d.c. legatos, & ita in praxi quotidie obſeruatur iuxta cõmunem ibi receptam, & in præſenti ſecundum Belam. & Immol. num. 2. Abb. 4. Feli. 15. Decium 4. in præſenti, Iaſſonem n. 18. Decium 14. in d.l. more, Menoch. d.q. 68. n. 2. Petrum Greg. Syntagmatum lib. 47. c. 32. n. 21. qua etiam ratione ſi delegatus etiam de latere ad vnã tantum cauſam miſſus eſt & antequã vti cœperit moritur legans ipſius iuriſdictio ex noſtra regula finitur vt ipſi probant & Cucus maiorum inſtitutionum lib. 2. tit. 4. num. 90. & 97. Car. Gambara de poteſtate legati libro 8. num. 6.

Alia iuriſdictionis limitatio eſt † 14.
noſtri textus & ſequentis & ſimilium regulam obtinere in iuriſdictione delegata in litteris iuſtitiæ d. c. ſi ſuper gratiam iſto tit. libro 6. c. ſi cui nulla 36. de præbendis eodem libro, diſcriminis ratio eſt Principis gratiam in perpetuum manſuram eſſe oportere d.c. decet 16. de regulis iuris in ſexto & ideo morte concedentis gratiam eam non expirare docuerant illa iura, imo nec iuriſdictionem in ea delegatam etiam re integra d. c. ſi ſuper gratia, vbi ſi ad gratiæ executionem delegatio ſit licet concedens re integra moriatur non expirat delegatio, quia cum gratia principalis ſit delegatióque acceſſoria debet principalis naturam ſequi, cap. acceſſorium de regulis iuris in ſexto ſed gratia non expirat morte concedentis vt ſupra, ergo nec delegatio illi acceſſoria, ita docuit textus in d. c. ſi ſuper gratia vbi communis ſecundum gl. Archid. Ioannem And. Monachum, Dominicum, & Francum in primo & in d. c. ſi cui nulla in fine, & in præſenti ſecundum Abb. n. 4. Feli. 15. Decium. 3. & in rubrica de conſtitutionibus, vbi Ripa, & Veroius n. 83. & ita praxi obſerua-

Digitized by Google

tur Rota noua. 12. de reſcriptis, Federicus de Senis conſilio 78. Stafileus de litteris gratiæ in principio, Quintilianus Mandoſius in reg. Cancellariæ 8. q. 1. & 9. in praxi ſignaturæ gratiæ §. prouiſiones, ita illum text. interpretantur Gigas de penſionibus q. 34. Petrus Pequius in d. c. acceſſorium nu. 3. cui interpretationi apertè repugnat text. in d. c. ſi cui nulla §. ſecus tamen, vbi ſi gratia à Pontifice concedatur vt Prælatus duas præbendas, vel Canonias certis perſonis conferat mortuo Pontifice re integra expirat gratia, & obtinet regula noſtri textus & ſimilium, ſed gloſa in d. c. ſi ſuper gratia, & gloſa fin. in d. c. ſi cui nulla & doctores ſupra relati ibi interpretantur textus in d. c. ſi ſuper gratia obtinere in gratia iam facta, textum vero in d. c. ſi cui nulla verſiculo, ſecus tamen, in gratia facienda, ac proinde gratia ſemel facta debet permanere d. c. decet ſiue fiat ſcripto, ſiue verbo cap. inſtitutionis 25. quæſt. 2. clem. dudum verſiculo nos igitur, iuncta gloſa verbo, verbo, de ſepulturis, ideo morte concedentis non expirat, quæ tamen facta non expirat, ita omnes ſupra, gloſa in pragmatica ſanctione tit. de collationibus §. item voluit el. 1. verbo, mandatum, Rebuſus in concordatis tit. de mandatis Appoſtolicis §. 1. verbo ſui Pontificatus, Gigas de penſionibus quæſt. 91. ſed contra communem interpretationem primo facit textus in d. c. ſi cui nulla in primo, vbi gratia facta vt Epiſcopus beneficia conferat in certis perſonis non expirat morte concedentis, quod ſi dixeris gratiam Epiſcopo iam factam eſſe replico in verſiculo ſecus etiam certis perſonis factam cenſeri, & vtroque caſu quoad Papam facta iudicatur quoad partes effectum non habuit factum, & cum principalis neceſſario ſit Pontifex gratiam concedens cætera reputantur acceſſoria, & inde aut vtroque caſu reputabitur facta, aut vtroque facienda.

Secundo, contra eandem communem facit ex littera illius textus non poſſe deprehendi differentiam gratiæ factæ & faciendæ, quia in primo reſponſo fundatur textus ex eo quod continet gratiam ſpecialem, ſed in verſiculo ſecus, mouetur ex eo quod gratia non ſit in fauorem eius, cui committitur ſed alterius tertij, ſcilicet earum perſonarum, quæ in gratia exprimuntur.

Tertio facit textus in cap. penultimo de conceſſione præb. lib. 6. vbi ſi Pontifex mandauit aliquem in canonicum recipi, & ei præbendam aſſignari, gratia non expirat morte concedentis, ac proinde ſi vacat præbenda poſt mortem concedentis debet illam conſequi altero impedimento ceſſante.

Quarto, quia ratio expreſſa in d. c. ſi ſuper gratia delegationem ſuper gratiæ executione facta non expirare morte concedentis re integra, quia eſt acceſſoria ad gratiam quæ morte concedentis non expirat, adiecit textus in fine, ne gratia omnino reddatur inutilis, vel diu differatur, quæ ratio etiam conuenit reſponſo d. c. ſi cui, verſiculo ſecus. ergo eadem debet eſſe diſpoſitio maximè quia ſicut in ſpecie d. cap. ſi ſuper gratia habenti

gratiam competit ius interpellandi delegatum, vt gratiam exequatur, delegatúſque non adimplens,& arguendus,& puniendus eſt argumento cap. prudentiam 21. §. adiicimus infra iſto titulo, omnibus enim gratiam habentibus illud competere ius affirmat gloſa ita textum illum intelligens, verbo, renunciaſſe in cap. veniens de renuntiatione, communis ibi, ſecundúmque Rebuſum vbi ſupra. verbo, ſui Pontificatus idémque ius competere contra Epiſcopum certis perſonis à Pontifice expreſſis in d. verſiculo ſecus, certum eſt. ergo & eius ratione morte concedentis non extinguetur.

Quinto, quia licet inter noſtros controuerſum ſit quando in gratia res dicatur integra & quinque referant opiniones Dominicus num. 6. Francus num. 3. in d. c. ſi ſuper, & d. c. ſi cui, verior tamen ſententia eſt gratiam etiam ſolo verbo à Pontifice factam perfectam eſſe, d. c. inſtitutionis, vbi gloſa & communis 25. quæſt. 1. Clementina dudum verſiculo nos vero, verbo, verbo de ſepulturis. communis ibi & in rubrica de conſtitutionibus ſecundum Abb. & Felinum num. 5. Decium num. 12. Ripam, And. ab Egea num. 42. Mantua. num. 9. Veroi. n. 83. & gigantem d. q. 34. Rebuſum d. §. 1. gl. verbo litteras, Mandoſium in reg. 8. Chancellariæ quæſt. 1. & 9. & inde eſt quod etiam mortuo concedente non expirat d. cap. pœnultimo de conceſſione præb. in ſexto vbi gratia à Martino facta de præbenda vacatura Martini morte non expirat, imo & Bonifacij tempore obſeruanda eſt. ergo ſicut in d. cap. ſi cui, primo reſponſo gratia à Pontifice facta vt Epiſcopus priora beneficia ad ſedis Appoſtolicæ prouiſionem pertinentia in certis perſonis conferat morte concedentis non expirat, ita in ſecundo reſponſo vt certis perſonis conferat expirare non debet quia vtroque caſu dicetur perfecta.

Sexto, quia omnes deciſiones, atque reſponſa Doctorum continent actum faciendum, gratiámque morte concedentis non expirare à maiori parte receptum eſt, deciſio Rotæ nouæ. 12. de officio delegati, & Rotæ antiquæ 9. de electione, vbi gratia ad beneficium vacaturum per promotionem beneficiarij non expirat morte concedentis, Federicus de ſenis d. conſilio 78. idem reſpondit in gratia diſpenſandi cum illegitimis Rebuſus d. verbo, ſui Pontificatus, idem probat in mandatis de prouidendo gloſa in pragmatica ſanctione, idem confirmat Gigas d. quæſt. 91. in gratia aſſignandę penſionis poſt diſputationem, ita concludit Mandoſius in quacumque gratia in d. reg. 8. Cancellariæ ergo aut concedendum eſt vtroque caſu gratiam perfectam eſſe quatenus à Pontifice proficiſcitur, aut faciendam eſſe quoad effectum in vtraque ſpecie neceſſarium, in qua difficultate plures diſtinguunt iuxta reſponſum dicti cap. ſi ſuper gratia an gratia, an vero delegatio principalis ſit, priori caſu non expirat. Secundo expirat. ita veriſſimum, ſed in d. cap. ſi cui, gratiam vtroque reſponſo principalem eſſe omnes agnoſcunt.

Digitized by Google

Vnde ſecundo relati à Rebuſo in d. verbo, ſui Pontificatus intelligunt textum in d. cap. ſi cui, verſiculo ſecus, non obtinere in mandatis Apoſtolicis de obtinendo, vel prouidẽdo, ſed apertè falluntur vt conſtat ex ipſa littera, eiuſque fundamento, & ita improbantur ab ipſo Rebuſo, vt infra explicabimus.

Vnde tertio doctiſſimus Ioannes Monachus illum text. interpretatur ex text. eleganti in l. cum principium 51. ff. de edilitio edicto, vbi omiſſa litteræ diſputatione, de qua Conanus lib. 3. c. 14. reprehenſus à Ioanne Roberto receptæ lectionis lib. 2. c. 4. docuit Africanus ſi mando ſeruum in genere emi inſpicitur ſcientia ementis, ſi autem in ſpecie inſpicitur mandantis, ita ait Monachus gratiam in genere factam primo reſponſo d. c. ſi cui, menſurando ex perſona donatarij, id eſt Epiſcopi an expiret, vel non gratiam tamen in ſpecie factam ſecũdo reſponſo illius text. ex perſona donantis, id eſt, Papæ, cuius morte expirabit. Cui interpretationi ipſe opponit text. difficilem in l. ſi pater 4. ff. de manumiſſ. vindicta, vbi gratia de manumittendo ſeruo non expirat morte mandantis, reſpondet Monachus dupliciter. primo eſſe diuerſam ſpeciem, quia in d. l. ſi pater, filio miniſterium tantum committitur, vt docuit Paulus in l. pater 22. ff. de manumiſſis vindicta in finalibus verbis, ſed in cap. ſi cui eſt gratia cum miniſterio quod impleri poteſt poſt mortem mãdantis, quia in primo reſponſo non obligatur Epiſcopus dare iſti, vel illi, ſed cui voluerit. ſecũdo reſpondet legem ſi pater poſſe intelligi de manumiſſione certi ſerui, & ita concederet cum verſ. ſecus, hæc tamen interpretatio conuinci poteſt ex d. l. pater 22. quæ apertè repugnat d. c. ſi cui in principio, loquitur enim quando pater permiſſit filio manumittere vnum ex ſeruis quem voluerit & ſic in genere, & reſpondet Iulius Paulus filio ſolam electionem committi, manumiſſionem autem à patre factam iudicari, ergo mandatum de incertis perſonis in beneficio prouidendis à mandante, id eſt, Pontifice gratia fit, & ab Epiſcopo ſola electio. rurſus in d. l. ſi pater Iulianus manumiſſionem valere docuit, non quidem ſecundum iuriſdictiones, ſed libertatis fauore ita conſiderando, quia licet regulariter omnes actus ab agentis voluntate dependeant l. non omnis numeratio ff. ſi certum petatur, l. ſi quidem C. de exceptionibus c. cum venerabilis eodem, voluntáſque morte finiatur l. 4. ff. locati, cap. ſi gratiosè de reſcriptis in ſexto libertatis fauore ſingulare eſt, neceſſariam eſſe voluntatis mentionẽ vt ex d. l. ſi pater interpretatur Decius in l. eius qui in prouincia, verſ. placebat num. 4. ff. ſi certum petatur, ſed apertè repugnat text. in l. quæſitum 15. §. Iulianus ff. qui & à qq. manumiſſio, vbi in eadem ſpecie ait Iulius Paulus reſpondiſſe Iulianum nõ cenſeri manumiſſum.

Quæ diſputatio maior eſt quam quæ breui explicari poſſit, ideo pro omnium interpretatione. primo obſeruandum eſt quod ſi gratiæ reſcriptum refertur ad eum, cui gratia fit etiam ſi cauſæ delegationem conti-

neat alteri directam mortuo concedente gratia non expirat ex d.c.decet, & rationibus ſupra allegatis.

Secundo obſeruandum eſt eã propoſitionem obtinere etiam ſi gratia alterius fauorem, vel vtilitatem conſequentem includat, quia illud accidens gratiæ naturam non conuertit.

Tertio obſeruandum eſt ſi gratiæ reſcriptum non refertur ad eum, in cuius fauorem, & vtilitatem gratia ſit mortuo concedente expirare, ſi res integra fuerit, ex ratione à Ioanne Monacho probata, ita ex ſuperioribus receptum magis eſt.

Vnde primo deducitur, in priori obſeruatione obtinere text. in d. cap. ſi ſuper gratia in ſecunda text. in d. c. ſi cui reſponſo primo in tertia eundem text. in verſ. & ſecus, & reſponſa Doctorumque deciſiones ſupra relatæ.

Inde ſecundo deducitur text. in d. c. penultimo de conceſſione præb. in ſexto alia ratione interpretandum eſſe ſcilicet gratiam à Martino factam eius morte non expirare quia res non erat integra, ſiquidem gratiæ virtute in Canonicum Parmenſem recepta fuerat, canonico autem præbendam deberi probatur. cap. cum omnes de conſtitutionibus, c. relatum vbi diximus ita non erat integra.

Tertio deducitur gratiam alicui factam ad recipiendos ordines à quocumque Antiſtite vulgo (reuerendas) vel ad celebrandum in quacumque diœceſi vulgo (dimiſſoria) morte cõcedentis non expirare, ita ex ſuperioribus docuit Car. in clementina ſi. n. 9. de electione, Nauarrus in §. in Leuitico notabili 31. num. 35. idem in quibuſcúmque gratiis ad beneficia, ad matrimonia, ad irregularitatem, ad defectum ætatis, vel natalium & ſimilium obſeruandum erit. 15.

Inde etiam deducitur in l. ſi pater. 24. ff. de manumiſſis vindicta neceſſe eſſe iure ſingulari mandatum morte mandantis re integra non expiraſſe quia pater filio manumittere permittens manumiſſionis tẽpore mortuus erat, ideo reſpondet Iulianus fauore libertatis manumiſſionem valere ita ſpeciale eſſe, probant omnes ibi & in l. eius qui in prouincia §. placebat ff. ſi certum petatur, vbi Iaſſon in principio, Decius num. 4. Alciatus num. 22. illud extendens ad cauſam piam, & Oroſco in d. l. & quia an. 56. ſed non reſpondent legi contrariæ in d. l. quæſitum. 15. §. Iulianus ait ff. qui, & à quibus manumiſſi, cui nec conueniunt duo intellectus ad d. l. ſi pater aſſignati à Monacho in d. c. ſi cui, ideo gloſa, verbo liberum in d. §. Iulianus tres interpretationes pro vtriuſque conciliatione adducit, omnes tamen à veritate longè alienas. Vnde Aluericus ibi interpretatur in l. ſi parer Iulianum reſpondiſſe manumiſſionem valere quia præſumptio erat patrem voluntatem non mutaſſe, quæ præſumptio cum in d. §. Iulianus ceſſet reſpondit Iulius Paulus manumiſſionem non valere, præſumptio autem Ab Aluerico colligitur in d. l. ſi pater ex illis verbis (& interim diſceſſerit inteſtatus) quia cum mandauerit manumittere inteſtatúſque diſceſſerit præſumitur voluntatem non mutaſſe, at in d. §. Iulianus pater te-

ſtatus diſceſſit, teſtamentum autem eſt ſuum mutatæ voluntatis argumentum, & ideo ceſſante præſumptione non valere voluntatem, vel libertatem reſpondit Iulius Paulus. Quæ interpretatio cæteris fragilior eſt quia nec teſtamentum arguit teſtantis contractus inter viuos reuocari nec iure probatur, nec vtriumque textus littera eam interpretationem admitti in d. l. ſi pater Iuliani verba ſunt (ſi pater filio permiſſerit ſeruum manumittere& interim diſceſſerit inteſtatus, deinde filius ignorans patrem ſuum mortuum libertatem impoſuerit, libertas ſeruo, fauore libertatis contingit, cum non appareat mutata eſſe domini voluntas. Sin autem ignorante filio vetuiſſet pater per nuntium, & antequam filius certior fieret ſeruum manumiſiſſet liber nō erit, quia vt manumittēte filio ſeruus ad libertatem perueniat durare oportet patris voluntatem, nam ſi mutata fuerit, non erit verum volente patre manumiſiſſe. in l. quæſitum §. Iulianus, Iulij Pauli verba ſunt (Iulianus ait ſi poſteaquam filio permiſſit pater manumittere filius ignorans patrem diſceſſiſſe manumiſſit vindicta non fieri eum liberum, ſed & ſi pater viuit, & filius ignorans manumiſſerit liberum non eſſe, nam ſi mutata voluntas erit, non videri volente patre manumiſiſſe. Conſtat itaque Iulium Paulum Iuliani ſentētiam ſequutū in eadem ſpecie eum accepiſſe, vel quod ſimilius veri eſt intellexiſſe nihil referre teſtatus, vel inteſtatus decedat pater in hac libertatis quæſtione.

Inde etiam defendi non poteſt vlla interpretatio cōſtituens differentiam inter Iuliani, & Iulij Pauli reſponſum quare Menochius de arbitrariis q. 69. n. 25. & 26. refert vidiſſe codicem manuſcriptum in quo Iulij Pauli reſponſum aliter ordinatur quia nomen, vindicta, non ponitur poſt verbum, manumiſſit, ſed ita ſcriptum eſt, filius ignorās patrem deceſſiſſe manumiſſit non fieri eum vindicta liberum. Vnde interpretatio eſt dixiſſe Iulianum non eſſe liberum eo titulo vindictæ ſed fauore libertatis, quia manumiſsio per vindictam debet fieri inter viuos, vnde mortuo patre vindicta fieri nō poterat, & ideo fauore libertatis conſeruatur. Quæ interpretatio elegans eſt, vulgarem autem legis litterā propria auth. mutare ſatis temerarium. quare ergo ita rem comprehendo principio veriſſimum eſſe Iulianum, & Iulium Paulum in vtroque reſponſo omnino conformes eſſe, Iulianique ſentētiam Iulium Paulum elegantiſſimè interpretatum fuiſſe, cum enim Iulianus dumtaxat reſponderit fauore libertatis valere, interpretatur Iulius Paulus Iulianum voluiſſe ſignificare manumiſſionem à patre filio mandatam ex vindicta fieri, mortuoque patre à filio mortem ignorante impletam non ex illo vindicta titulo, ſed ex libertatis fauore conſeruari.

Secundo obſeruandum eſt eam interpretationem veriſſimam, atq; omnino defendendam abſque litterarum mutatione ſubſtineri quia librariorū errore, qui factum conſiderantes, atq; ius ignorantes clauſulæ pūctum conſtituerunt poſt nomen vindicta, ibi

(manumiſſit vindicta) iuris autem sẽtentia debebat conſtitui poſt verbum, manumiſſit, vt inde ſit reſponſum, filius ignorans patrem deceſſiſſe manumiſſit vindicta non fieri eum liberum & ita recta conſiſtit interpretatio, ſic meminiſſe iuuabit alias regulæ limitationes proſequuntur omnes in d. l. & quia, & in d. §. placebat, Antonius Gabriel, & relati ad rationem decidendi, quibus abſoluitur textus & titulus ad laudem & gloriam omnipotentis Dei, & Mariæ Matris eius. Amen.

FINIS HVIVS TITVLI.

Digitized by Google

AD TITVLVM CELEBREM DE OFFICIO LEGATI IN DECRETALIBVS, ET SEXTO explicandum à D. Didaco de Sahagun.

Summarium huius tituli.

1. *Quæſtio. vtrum legatus, nunciusve Appoſtolicus in regnum, vel prouinciam miſſus ipſius Papæ vices in vniuerſum gerat ita vt omnem eius poteſtatem in ea prouincia exercere poßit?*
2. *Argumenta contraria proponuntur.*
3. *Quis autem dicatur legatus & numero ſequenti.*
4. *An decem viri legati fuiſſent ad petendas leges à Græcis.*
5. *Tria genera legatorum.*
   Legati Cardinales.
   Legati Nuncij.
   Legati nati qui ſint.
6. *Plena poteſtas ſummo Pontifici competens nunquam poteſt etiam legatis de latere committi.*
7. *Legatus in nauis imperium, & in nautam habet poteſtatem in ea prouincia cæteris Epiſcopis, & Archiepiſcopis.*
8. *Maior poteſtas eſt in Pontifice quam in legato.*
9. *Legatus etiam Patriarchæ præfertur, & quod ius habeat.*
10. *Quæ reſeruatur Pontifici Maximo in ſignum ſupremæ poteſtatis.*
11. *Legatus cauſas ad ſe delatas per appellationem, vel querelam audire poteſt, & de intellectu cap. 1. hoc tit. cum ſex ampliationibus, & ſeptem fallentiis.*
12. *Legati poſſunt cauſas à propriis Epiſcopis aufferre contra gloſas.*
14. *Cauſam coram ordinario inceptam legatus aduocare non poterit, & quid*

Mm

ex concilio num. 14.

14. *Legati nati poteſtas ceſſauit.*
15. *De cauſa ſpecialiter delegata, delegatus ſe intromittere non poteſt, & de intellectu capituli. 2. hoc titulo cum ſex ampliationibus.*
16. *Lex Iudicium ſoluitur 56. de iudiciis.*
17. *L. ſi hominem 30. ff. mandati.*
18. *C. ex parte. 12. de off. delegati.*
19. *L. fin. C. de iuriſdictione omnium iudicum.*
20. *L. 1. C. de off. Praefecti Vrbi.*
21. *Conceſſa iuriſdictione intelligitur cumulatiuè non primatiuè.*
22. *C. per hoc de hæreticis in ſexto.*
23. *Sex limitationes ad noſtrum text.*
24. *Delegatus delatore commiſsionis natura non poteſt Epiſcopos transferre, nec vnam Eccleſiam cathedralem alteri ſubiicere, Primatē creare, nec Epiſcopatus vnire, nec diuidere, poteſt tamen legatus de latere abſoluere omnes excommunicatos per violentam manuum iniectionem, legatus nuncius ſolum de ſua prouinca, legatus natus nullos c. niſi ſpecialis, cap. quod translationem, cap. excommunicatis iſto tit. & traditur ratio.*
25. *Celebris Aluerici ſententia.*
26. *L. Comperit C. de præſumptione 30. vel 40. annorum.*
27. *C. cum venerabilis de conſuetudine.*
28. *Quæ ſint ea legatus exercere non poteſt.*
29. *C. licet iſto titulo.*
30. *C. dilectus iſto titulo.*
31. *C. nouit hoc tit. c. volentes iſto tit. c. excommunicatis c. fin. infra hoc tit. & cap. 2. hoc tit. lib. 6.*

SVMMA HVIVS TITVLI.

1 CVIVS natura & poteſtas, & virium interpretatio vna duntaxat diſputabitur quæſtione† vtrū legatus, nūcius ve Appoſtolicus in regnum, vel prouinciam miſſus ipſius Papæ vices in vniuerſum gerat, ita vt omnem eius poteſtatem ea in prouincia exercere poſſit, & pro affirmatiua parte, poſſe, probatur primo.

Omnis Eccleſiæ poteſtas diuinitus

etiam inſtituta vt delegata aut ordinaria ſi neceſſe eſt, legato Appoſtolico vtraque competit, ergo omnem exercere poterit. diſcurſus legitimus eſt. maior probatur. quia omnis Eccleſiæ poteſtas Appoſtolis à Chriſto tributa & delegata, & ordinaria fuit Matth. 16.18. & 28. cap. Lucæ. 9. cap. in nouo. 21. d. c. audiuimus, c. quodcumque, c. loquitur 24. quæſt. 1. & ex tit. præcedenti, & ſequenti de off. ordinarij, ita apud Cæſareos tit. de off. eius, deinde, de iuriſdictione omnium iud. Minor veriſſima eſt quia Nũcius ad aliud Regnum, vel prouinciam à ſede Appoſtolica delegatur & ibi ordinariam exercet iuriſdictionem c. 1. & fi. iſto tit. c. legatos eodem in ſexto. ergo procedit conſequentia.

Secundo, Pontificis Max. officium eſt plantare, curare, euellere, & diſſipare, cap. cum ex plantare, tertio de priuillegiis cap. paſtoralis de off. deleg. de off. ordin. de appellat. ſed legatus vt euellat, diſsipet, plantet, & ædificet in prouinciam mittitur c. legatos iſto tit. in ſexto ergo quam ipſe Papa, & legatus poteſtatẽ exercebit.

Tertio, Proconſul in prouincia ſibi commiſſa pleniſsimam habet poteſtatem, imperiúmque cæteris maius, nec quidquam in prouincia ſua eſt quod per ipſum non expediatur l. ſi in aliam 7. l. & ideo. 8. l. ne quidquam 9. ff. de off. Proconſulis, ſed legatus Proconſuli æquiparatur in ſuæ poteſtatis munere d. c. legatos, ergo pleniſſimam poteſtatem habet, nec quidquam in ſua prouincia erit quod per ipſum non expediatur.

Quarto, legatus Pontificis vices gerit, ſed Pontifex omnia abſque diſputatione gerit, ergo legatus. maior probatur ex c. 1. infra, & ſicut delegatus quia Papæ vices gerit c. ſane 11. de off. delegati, & ideo in cauſa ſibi commiſſa delegationis natura plenariam recipit poteſtatem, etiam in ſpectantibus ad cauſam, cap. præterea 5. in fi. c. 1. c. de cauſis. 4. c. ſignificaſti cum aliis de off. deleg. ita legatus in Regno, vel prouincia Pontificis vices gerens eiuſdem poteſtate vti poterit, idcirco ſiue ex appellatione, ſiue ex querela adiri poteſt c. 1. iſto titulo & quod in vno loco inchoauerit in alio expedire poterit c. nouit ille infra iſto tit. & ſtatuta ab eo facta perpetua reputantur, nec expirant legatione finita c. fi. iſto tit. minor de ſe patet, c. cuncta per mũdum, c. per principalem. 9. quæſt. 3. c. ad Romanã. 1. & 2. ſecunda q. 6. & relatis in primo fundamento extrauag. vnam ſanctam de maioritate & obedientia, & conferendis, ergo procedit conſequentia.

Quinto, ſicut Pontifex plenariam in beneficiis poteſtatem habens pro arbitrio conferre, atque detrahere libere poteſt c. propoſuit de conceſſione præb. cap. 2. de præbendis in ſexto, ita legatus beneficium etiam in patroni Eccleſiaſtici præiudicium cõferre poteſt. cap. dilectus infra iſto tit. ergo eandem poteſtatem habent.

Sexto, legatus, qui dicitur natus plenariam ex legatione poteſtatem habens ex ſuperioribus fundamentis aduentiente legato in illam prouinciam miſſo, ſicut ſi ipſe veniret Pontifex in legatione ceſſare debet text. in cap. volentes infra iſto tit. ergo legatus miſſus eandem poteſtatem

Mm j

habet.

Septimo, ſolus Pontifex Eccleſias reſeruare poteſt c. ſi eo tempore 45. de electione in ſexto, ſed legatus ius reſeruandi habet cap. præſenti iſto titulo libro 6. Pontificis collatio ſine beneficij alterius mentione nulla eſt cap. ad aures 8. cap. ſuper litteris 20. de reſcriptis. legati collatio etiam nulla eſt cap. fin. iſto tit. libro 6. ergo Pontificis & legati eadem eſt poteſtas.

Negatiuam partem imo non poſ-
2. ſe † apertiſsimis probo argumentis. primo Chriſtus Appoſtolos in prouinciis ſibi demandatis ordinarios & delegatos conſtituens Lucæ. cap. 9. & 10. Matthæi 28. ſoli Petro ſummam poteſtatem, poteſtatiſque principatum immediatè conceſsit Matthæi. cap. 16. & 18. Ioannis 20. ideo in Pontifice maximo illa remanſit ſuprema poteſtas, alijs non communicata prælatis cap. in nouo, c. quamuis cum ſequentibus. 21. d. c. omnes, cap. ſacroſancta. 22. d. cap. cuncta per mundum, d. cap. per principalem. c. Epiſcopo verſ. Sola Romana Eccleſia, 9. quæſt. 3. de extrauag. vnam ſanctam de maio. & obedientia, ſed legato & ordinaria & delegata dumtaxat competit cap. 1. & 2. c. niſi ſpecialis cum ſequentibus iſto tit. cap. legatos eodem in ſexto ergo excepta ordinaria & delegata nullam aliam exercebit poteſtatem.

Secundo, diuina authoritas Hieremiæ cap. 1. ibi (ecce conſtitui te ſuper gentes, & regna, vt euellas, diſſipes, plantes, & ædifices &c.) vt refertur in in cap. ſolitæ de maio. & obed. propriè competens Pontifici, & inde fluens in inferiores, & ad legatos applicatur d. c. legatos non eodem iure eiſdem competit d. cap. cum & plantare. 3. cap. antiqua. 23. de priuilegiis, ergo eiuſdem authoritatis ratione non poterit eadem vti poteſtate.

Tertio, legatus Proconſuli comparatur. d. cap. legatos Proconſuli autem quamuis pleniſsima attributa poteſtas ſit maiuſque imperium, non tamen omnis poteſtas, nec imperium omne d. l. ne quidquam §. vbi decretum, d. l. & ideo, ibi (maius imperium cæteris habet poſt Principem) ff. de off. Proconſulis ergo nec legatus quam Pontifex poteſtatem exercebit.

Quarto, delegatus in cauſa ſibi commiſſa Pontificis vices gerit cap. ſane. 11. de off. deleg. nullam tamen poteſtatem habet niſi in delegatione expreſſam, vel eius natura, aut ratione comprehenſam cap. præterea. 5. de off. deleg. cum aliis ita legatus quamuis Papæ vices gerat nullam habebit poteſtatem niſi in legatione expreſſam, ipſiusve natura, aut iure comprehenſam c. 1. c. nouit ille iſto tit. c. 1. eodem in ſexto, & ſicut inter delegatos generi per ſpeciem derogatur cap. 1. cap. paſtoralis. 14. de reſcriptis cap. prudentiam 21. de off. deleg. cap. generi de regulis iuris in ſexto ita inter delegatum, & legatum quia ſi cauſa alicui delegatur legatus in ea cognitionem non habet cap. ſtuduiſti iſto tit. atque ſi ipſe legatus in aliqua cauſa relationem ad Pontificem miſſerit de ea cognoſcere deinde nō poterit cap. licet iſto tit. quia certum eſt in cauſa etiam legato commiſſa maiorē

poteſtatem in ipſo Pontifice manere textus in c. dudum 14. verſiculo nos igitur attendentes de præbendis in ſexto ergo vices legato commiſſas ad cauſam ſolum expreſſam, vel ratione comprehenſam referri neceſſe eſt non ad pleniſſimam Pontificis poteſtatem.

Quinto, Papa Epiſcopos deponere, transferre, ſubiicere & liberare poteſt, cap. inter corporalia de translatione Epiſcopi cum aliis, legatus non poteſt, cap. niſi ſpecialis, c. quod tranſlationem iſto tit. nec pro violenta manuum iniectione excommunicatos extra prouinciam abſoluere, cap. excommunicatis iſto tit. ergo eandem poteſtatem exercere non poteſt.

Sexto, Papa omnia beneficia conferre, & promittere etiam vacatura pro arbitrio poteſt d. c. propoſuit de conceſſione præbendæ, nec in eo obtinet interdictum capituli 2. eodem, quia poteſtatis plenitudine gaudet c. 2. de præbendis libro 6. ſed legatus iure legationis beneficia conferre non poteſt c. 1. iſto tit. in ſexto etiam de latere, vacatura promittere non poteſt, in eoque obtinet interdictum capituli 2. de conceſſione præb. c. 2. & 3. eodem tit. in ſexto ergo eandem poteſtatem non habet.

Septimo, Papa maiores & minores Eccleſias reſeruare poteſt c. ſi eo tempore 45. de electione in ſexto, & in regulis Cancellariæ 1. cum ſequentibus, ſed legatus Cathedrales regulares, collegiatas Eccleſias, nec dignitati Pontificali proximiorem reſeruare poteſt c. deliberatione iſto tit. in ſexto ergo vices legati ad eandem poteſtatem non pertinent.

Hæc omnia pugnabant prioribus cum Speculator vir doctiſſimus admiratur tot tractus ampli, & neceſſarij ignaros eſſe, quare ad eius cognitionem.

Principio ſciendum eſt quos † 3.
Princeps populus, Reſpublica, vel prouincia cum mandantis ad Principem, vel Rempublicam mittebat legatos dici l. legatis 8. ff. ex quibus cauſis maiores, l. 2. §. legatis, l. ſi quis 8. l. non alias ff. de iudiciis, legati munus dicitur legatio l. 1. cum ſequentibus ff. de legationibus, & C. eodem lib. 10. in fin. de iis, l. fi. §. legati ff. de muneribus, & hono. l. 2. §. fin. ff. de legatio. ita intelligendus eſt textus in l. 2. §. ex actis ff. de origine iuris vbi apparet Decemuiros † à Romanis lega- 4.
tos fuiſſe in Græciam pro ferendis Græcorum legibus, ſed verius eſt, omiſſo gloſæ commento verbo conſtitui, tres fuiſſe legatos, deinde decem pro componendis legibus electos vt aduertit Oroſco num. 30. apertius probatur ex Tito Liuio libro 3. primæ decadis, & Dyoniſio Alicarnaſſeo lib. 10. Aulo Gelio noctium Atticarum lib. 17. c. 21. legati autem dicuntur ex eo quod vt publicè mitterentur legebantur Cicero in Vaticinium legati ex Senatus authoritate legebantur, Varro de lingua latina lib. 5. ex quo Briſſonius de verborum ſignificatione lib. 10. verbo legatus, & à Cicerone Marius Niſſonius eodem verbo, legatorum ius apud omnes gentes inmutabile fuit c. ius gentium 1. d. ſtat ampliſſima legatio Macabeorum lib. 1. c. 8. & 12. c. 1. cum ſequentibus 94. & 97. d. antiqua lega-

Digitized by Google

torum ſolemnia eleganter refert Briſſonius de formulis lib. 2. à folio 270. fuere etiam Proconſulum legati cum iuriſdictione l. 4. §. fin. cum ſequentibus, l. ſi quid 12. vſque ad finem tit. ff. de off. Proconſulum quorum ſolemnia refert Alexander ab Alex. dierum genialium lib. 6. c. 3. Carolus Sigonius de iure prouinciarum lib. 2. c. 3. & 4. Cæſaris autem legati appellabantur prouinciarum præſides l. 1. l. legatus 12. ff. de off. Præſidis, l. 3. ff. de teſtibus l. 2. in fine ff. de iure immunitatis, l. milites ff. de cuſtodia Reorum ita etiam à ſede Appoſtolica vt in regna, vel prouincias mitterentur ab exordio naſcentis Eccleſiæ viri ſcientia, pietate, & induſtria inſignes legebantur, qui & legati dicuntur, de quorum indemnitate agitur in d. c. ius gentium 1. d. c. 1. cum ſequentibus 94. d. & 97. d. c. decreto, c. ſi quis Epiſcopus 2. quæſt. 6. cum aliis, quorum officium & poteſtas deſcribitur in c. 1. cum ſequentibus iſto tit. & in ſexto nullúſque ferè abſque legati mentione apud nos titulus reperietur, quorum tria eſſe genera omnes
5. † ex dictis iuribus reperiunt, atque deprehendunt, prius eſt legatorum de latere, qui cæteris præſtantiores ſunt c. volentes, c. excommunicatis iſto tit. c. 1. eodem in ſexto, qui iam Cardinales tantum ſunt vt ex eiſdem communior ſecundum Abb. in d. c. 1. ab aliis infra receptum, inde in quatuor caſibus excedere probat Speculator, ſequuntur cæteri, ſeptem tamen colligit Gambara lib. 1. rub. de differentia inter legatos de latere & alios. Secundum eſt eorum qui non ſunt de latere, vt Hiſpaniarum Nuncius & ſimiles, c. volentes cum aliis. c. excommmunicatis iſto tit. c. 1. eodem in ſexto. Tertium eſt eorum, qui dicuntur nati ſic appellantur ex eo quod cum primum eligitur Archiepiſcopus illius Eccleſiæ, & prouinciæ legatus naſcitur, huiuſmodi ſunt Cantuarenſis, & Euoracenſis in Anglia c. 1, iſto tit. Remenſis in Francia c. cum Bertholdus de re iudicata, Piſanus in Italia. ita veteres alij adiiciunt Archiepiſcopum Bolognenſem vt Ioannes And. & Necenenſem in Polonia vt Renatus Chopinus referens etiam Pauli 4. legationem ex qua conſtat natos propter inſignia hodie legationis fructu, & effectu carere vnde conſtat ceſſare diſpoſitionem capituli 1. vt latius. legationis tamen appellatione omnes comprehendi legatos argumento eſt c. excommunicatis iſto tit. & c. 1. in ſexto probant Barbacia & omnes communiter, ita accipienda eſt communis tria legatorum genera ita ſeparans ex d. c. volentes, d. c. excommunicatis, d. c. 1. hic & in ſexto gloſa fin. in c. 1. iſto tit. vbi communis, & verbo legatorum in c. ſtatutum de reſcriptis in ſexto verbo legati in c. 1. iſto tit. in ſexto communis ibi, Barbacia, Billadiego, Boerio, Brũdo, Gambara de off. legati. 2. parte tomo. 13. tractatuum, Cucus maiorum inſtitutionum lib. 2. tit. 5. Renatus Chopinus in ſacra politia lib. 2. tit. 6. & alij infra referendi. de iis inſtituta eſt noſtra diſputatio, in cuius explicatione plura ſunt interpretum dogmata, quam fundamẽta, alij enim primam partem in legatis de latere obtinere affirmant ſecundam in nunciis, & natis argumento dicti. cap.

Digitized by Google

volentes. d. c. excommunicatis, d. c. 1. in 6. c. ſi Abbatem 36. de electione libro 6.

Inde dicunt ſedis Appoſtolicæ appellatione venire legatos de latere textus in c. cum paratur 19. de appell. d. c. ſi Abbatem. d. c. 1. d. c. præſenti iſto tit. in ſexto, Barbacia quæſt. 1. num. 8. Boerius de off. legati num. 12. & 16. aliis diſplicet, quia ſecundæ partis fundamenta legatos etiam de latere comprehendunt.

Vnde, legati, omnes comprehendi appellatione niſi aliter expreſſum ſit textus in c. 1. & 2. c. niſi ſpecialis, cap. quod tranſlationem, c. dilectus, c. finali, c. licet iſto tit. communis ſecundum Barbaciam in præludiis num. 4. Veroius num. 2. & 13. Gambara d. libro 1. rubrica de differentia inter legatos.

Vnde ſecundo diſtinguunt inter delegationem in cauſa ſpeciali, vel generali, in ſpeciali dicunt eandem poteſtatem, habere in generali minimè, ſed reiicitur quia eadem ratio eſt poteſtatis generalis legationis ad omnes cauſas, & ſpecialis ad vnam cauſam, quia & in vna cauſa maiorem poteſtatem pœnes Pontificem manſiſſe, quam legato in eadem commiſſerit textus elegans in d. c. dudum 14. verſiculo nos igitur attendentes de præbendis libro 6.

Tertio Speculator. de off. legati in principio dixit de delegati poteſtate non eſſe diſputaturum quia ex ipſa commiſſionis forma poteſtatem deprehendi neceſſe eſt. ſed reiicitur quia negari non poteſt legatum in prouinciam deſtinatum ſui natura, & poteſtatem, & officium legationis habere ex l. 1. l. ſi in aliam 7. l. & ideo 8. l. nequidquam 9. ff. de off. Proconſulis, c. 1. c. dilectus, c. fin. iſto tit. c. 1. c. 2. c. præſenti, c. fin. eodem in ſexto Clem. 2. de off. ordinarij, ita deprehenditur ex frequentioribus legatorum formis relatis in lectura Ioannis Monachi in c. 1. in ſexto, Barbaciæ, Nicolai Boerij, Bruneli, Gambaræ, & Chopini vbi ſupra, ex quibus licet in cauſis ſpecialibus variæ ſint conceſſiones maximè in relata à Nicolao Boerio ad Archiepiſcopum Rotomagēſem, & à Chopino ad Archiepiſcopum Remenſem vtrumque Cardinalem in ordinaria tamen poteſtate omnes conueniunt.

Vnde quarto alij affirmant legatum eandem poteſtatem habere niſi in cauſis Pontifici reſeruatis cap. niſi ſpecialis c. quod in tranſlationem, ſed reiicitur quia & in reſeruatis eandem poteſtatem habent c. ea noſcitur 13. c. ad eminentiam 20. c. quod de iis 26. de ſententia excommunic. niſi reſeruentur in ſignum Pontificialis prærogatiuæ vt in d. c. quod tranſlationem.

Quinto legato omnia competere, quæ ad Pontificem in ea prouincia pertinent ex d. c. 1. niſi quæ Pontifex ſiue reſeruaret probat Boerius titulo 1. num. 16. inde legatum dumtaxat poſſe ardua prouinciæ negotia expedire reſpondit Veroius conſilio 54. num. 38. volum. 2. ſed improbatur quia in d. c. niſi ſpecialis, & in d. c. quod tranſlationem licet Pontifex non reſeruauerit legatus de Epiſcoporum tranſlatione, ſubiectione, vel vnione cognoſcere non potuit.

Sexto, Quintilianus Mandoſius in

Cancellariæ reg.13.quæſt. 6. n. 2.affirmat ex dictis iuribus legatum omni Pontificis poteſtate gaudere niſi in exceptis,ſed à ſe ipſo conuincitur alibi probante etiam in exceptis poteſtatem habere.

Quare ſeptimo legatum in poteſtate ſedi Apoſtolicæ æqualem eſſe & ipſius vices in prouincia gerere ex d. c. cum dilectus, d. c. ea noſcitur, d. c. ad eminentiam, d. c. quod de iis etiam in caſſibus exceptis per illa iura, & d. c. ſi Abbatem reſponſo 1. vbi aduertit Dominicus, probat Mandoſius reg. 34. quæſt. 50. num. 9. quia legatus ordinariam poteſtatem habet ex c. 1. & fin. iſto tit. & c. 2. eodem in ſexto, & extraordinariam d. c. ſi Abbatem c. 1. c. præſenti eodem in ſexto, ita gloſa verbo nolumus in clem. 2. de off. ordinarij communis ibi ſecundum Selua de beneficio 2. parte quæſt. 3. num. 38. Rebuſum de nominationibus q. 8. num. 5. Vnde pars affirmatiua obtinere in poteſtate extraordinaria, negatiua in ordinaria, ſed apertè conuincitur quia gloſæ opinio non loquitur de potentia, vel impotentia legati, ſed dixit legati poteſtatem in beneficiorum collatione eſſe extraordinariè ſuperinductam, vt rectè admonet Bonifacius ibi num. 7. ratio eſt quia Chriſtus Apoſtolos, & diſcipulos habuit Apoſtolis Epiſcopi, diſcipulis præſbyteri ſucceſſerunt C. in nouo. 21. diſtinctione.

Vnde pœnes Epiſcopos, Archiepiſcopos, Patriarchas in ſuis Epiſcopatibus ordinaria eſt beneficiorum collatio, idcirco legatos extraordinariè eam habere neceſſe eſt iis, & aliis omiſſis ego partem negatiuam veriorem eſſe, & ex vtriúſque diſputatione tria conſtituo axiomata. Primum † 6. poteſtatis plenitudinem Pōtifici Maximo competentem nunquam à ſede Appoſtolica legatis etiam de latere committi poſſe, ita conſtat ex primo fundamēto negatiuæ partis, illa enim ſuprema poteſtas, Eccleſiæque principatus Petro dumtaxat à Chriſto tributa fuit, tibi dabo claues, tu es Petrus. Paſce oues meas, d. c. in nouo cum allegatis in primo fundamento.

Secundum poſt Epiſcopi Vicarium ſedis Appoſtolicæ † legatus maius 7. imperium, maiorémque poteſtatem Epiſcopis Archiepiſcopis, Primatibus, & Patriarchis, & cæteris in ſua habet prouincia probatur ex d. l. ſi in aliam, d. l. & ideo, d. l. nequidquam in primo ff. de off. Proconſulis, iuncto c. 2. iſto tit. in ſexto, & communis omnium placito & c. 1. & c. dilectus c. fin. iſto tit. c. 1. c. præſenti iſto tit. in ſexto d. c. ſi Abbatem de electione eodem libro ſexto cum aliis.

Tertium ampliſſima etiam poteſtate † fungente legato obſeruandum 8. eſt maiorem eadem in cauſa poteſtatem in Pontifice Maximo manere, textus optimus in d. c. dudum verſiculo, nos igitur attendentes de præb. in ſexto textus elegans in c. licet, c. ſtuduiſti, iſto tit. quæ omnia in quocumque legato à latere, Nuncio-ve Appoſtolico vel nato obtinere abſque diſputatione affirmandum eſt.

Ex quibus ſatis apparet maximam † ſupereſſe difficultatem legati maius 9. imperium, maiorémque cæteris poteſtatem cum propoſuerimus, & inde etiam Patriarchis præſtare quibus in cauſis illud axioma obtinere poſſit.

In

Digitized by Google

In qua & veteres defecerunt, & nouiores allucinantur Gambara lib. 2. an. 120. quattuor regulas prorſus inutiles conſtituit, quare ſecutior propoſitio eſt legatum Pontificis vices ita gerere, vt non ſolum quæ Epiſcopus, Archiepiſcopus, Primas, vel Patriarcha, ſed etiam quæ ſedes Appoſtolica expedire poſſit niſi quæ in ſingularis prærogatiuæ ſignum reſeruantur ita ex c. niſi ſpecialis, ca. quod tranſlationem iſto tit. iuncto c. ſi Abbatem 36. de electione in ſexto & c. 1. c. 2. c. præſenti, c. deliberatione iſto tit. in ſexto. Sed huiuſmodi reſeruata
10. qualia ſint † controuerſum magis eſt Hoſtienſis ad Viginti quatuor retulit caſus, Speculator ad nonaginta, Selua ad ſexaginta duos, reduxit. d. 2. parte quæſt. 3. Brunelus 24. concluſionibus diſputauit, Gambara latiſſimè per decem libros, Cucus breuiter d. lib. 2. tit. 5. alij nouiſſimi de aliquibus diſputant, idcirco vt ex vniuerſalibus ad ſingulares deueniamus ex ſuperiori-
11. bus. principio † interpretandus eſt textus in c. 1. iſto tit vbi diffinitum eſt legatum cauſas ad ſe delatas per appellationem, vel querelam diffinire poſſe, decidendique rationem aſſignat quia Papæ vices gerit, c. cum venerabilis de conſuetudine, alia ratio eſt quia Proconſuli æquiparatur c. 2. eodem in ſexto, Proconſul autem omnia expedire poteſt l. ſi in aliam 7. l. & ideo 8. l. nequidquam 9. ff. de off. Proconſulis ergo & legatus ac proinde ſicut Pontifex de querela cognoſcit c. querelam de electione, de procuratoribus, de iureiurando, de ſimonia, ne Prælati vices ſuas, ita & legatus, & ſicut ordinarius c. irrefragabilis §. cæterum de off. ordinarij, ita & legatus quia ordinarius eſt c. 2. eodem in ſexto ita conueniunt omnes in præſenti, & ſtatim referendi.

Ampliatúrque primo obtinere in quocumque legato, vel nuncio quia hic loquitur de nato, ergo à fortiori idem erit in nuncio, vel legato de latere ita conueniunt omnes.

Secundo ampliatur obtinere in prima, vel ſecunda inſtantia vt Epiſcopus, & Archiepiſcopus, & in tertia vt legatus, at in ſecunda, & tertia ſi proponatur querela intra decem dies ad appellandum deſignatos c. anteriorum 27. 2. quæſt. 6. c. concertationi de appellationibus in ſexto, vt proponatur neceſſe eſt ne ſententia tranſeat in rem iudicatam quare quæ pro appellatione habentur intra appellandi tempus fieri neceſſe eſt, c. ad audientiam 34. c. dilecti 52. de appell. ita meminiſſe iuuabit.

Tertio ampliatur inuitis propriis Epiſcopis legatum cognitionem habere, nec ea in ſpecie obtinere c. 1. c. ſignificaſti de foro comp. quia ſicut poſſunt eſſe proprij ratione rei ſitæ, ratione contractus, ratione beneficij, c. ſanè, c. dilecti, c. fin. de foro comp. ita ratione legationis ex noſtro textu cum ſimilibus.

Quarto, ampliatur obtinere etiam in cauſis maioribus ex c. 3. & 4. infra, gloſa in præſenti, & communi ibi diſputanda.

Quinto, ampliatur eadem ratione ſicut ad ſedem Appoſtolicam poteſt omiſſo medio appellari c. ſi quis veſtrum cum ſequenti. 2. quæſt. 1. c. Metropolitanum 2 quæſt. 7. c. ſi duobus 7. c. dilecti. 66. de appellat. ita ad lega-

Digitized by Google

tum quia gerit vices Papæ gloſa hic verbo,legationis, communior ſecundum Abb.n.7.Brunelum concluſione 7.Gambaram lib. 8.n. 16. Cucum lib. 2.tit.5.n.101.contrarium probat gloſa verbo reſeruata in c. quod tranſlationem infra dicens Pontifici reſeruare, debet intelligi Pontificis nomine comprehendi legatum ex d.c. metropolitanum,c. decreto.11.2.quæſt.6.c. cum parati. 19. de appellationibus cum aliis.

Sexto,ampliatur vt obtineat etiam ſi Epiſcopus, vel inferior legatione fungeretur contra veteres, & Barbaciam noſtrum textum in ſolo Archiepiſcopo legato interpretantes,contra quos eſt receptiſſima ſententia vt infra referemus.

Cæterum fallit primo in cauſis vbi ſingulare priuillegium Papæ reſeruatis c. niſi ſpecialis, c. quod tranſlationem infra, vbi latius.

Secundo, fallit in cauſa ſpecialiter à Principe delegata,id eſt, à Pontifice c.2.infra, vbi latius.

Tertio, fallit etiam ante delegati cognitionem d. c.2. infra.

Quarto,fallit ſi legatus de latere in eandem prouinciam aduenerit c. volentes infra vbi latius.

Quinto, fallit in cauſa coram Epiſcopo, vel ordinario incepta, de qua non poterit cognoſcere legatus, quia cum etiam ordinarius ſit ex noſtro textu & c.2. eodem in ſexto præuentioni locus eſt textus in c. ſi à ſede 31. de præbendis in ſexto & obtinebit præuentio legitima c. propoſuiſti de foro comp. vt latè diximus in c. relatum de off. deleg. idcirco ordinarij præuentione excluditur legatus ſecundum communem in præſenti Abb. n.3. Boerium num. 2. Gambaram. num. 13. Brunelum concluſione 11.ita noſtrum textum interpretantes, idémque in Archiepiſcopo præueniente obſeruandum erit.

Sexto, fallit eadem ratione non poſſe legatum cauſas coram ordinariis inceptas legati obtentu ad ſe aduocare, quia Pontifici dumtaxat reſeruatur c. vt noſtrum de appellat. ita Speculator in §. nunc extendendum, Abb. in præſenti num. 3. communis, Coua. in practicis c. 9. num. 3. Brunelus. d. concluſione 11. Gambara d. lib. 8. num. 115. & 178.

Septimo, fallit quia non poterit compellere actorem vt querelam coram ſe proponat c. peruenit. 56. 11. q. 1. vt ſtatim dicemus.

Ex quibus primo deducitur † veteres Goſagraphos dicentes cauſas propriis Epiſcopis auferri non poſſe abſque eorum conſenſu,vel appellatione c.1.c. ſignificaſti de fo. comp. nec ab Archiepiſcopo,nec à Primate,nec Patriarcha c.ſi quis veſtrum 2.q.6.c.nullus Primas. 9. q.2.c.conqueſtus 9.q 3. nec etiam à legato c.peruenit.11.q.1.c. in Galliarum 25. q. 2. & Barbaciam in præſenti eos conſtanter defendentem rectè ex noſtro textu & aliis conuinci vt conſtat ex gloſa fi. in d. c.ſi quis veſtrum verbo prouocauerint, in d.cap. conqueſtus,verbo,prætermitti in c.in Galliarum, nec eorum admittitur interpretatio noſtrum textum intelligi quando Archiepiſcopus legatus eſt, ſed errant quia noſtri textus ratio in quocumque legato obtinet ſiue Epiſcopus,ſiue inferior ſit, ita noſter text. interpretandus eſt ex gloſa verbo le- 12.

gationis Innoc. Hoſti. Enrico & omnibus vſque ad Abb.n.3.Selua 2.parte q.3.n. 41. Veroio n.20. Brunelo concluſione 11. Gambara lib.8. an. 7. nec obſtat text. in d. c. peruenit, quia reſpondent Abb. Brunelus, & Gambara non loqui in legato, ſed reiicitur.

Inde ſecundo intelligitur quando
13. † cauſa erat præuenta vt diximus in quinta fallentia, ita Dominicus in c. 1.n.3.Francus n. 2.in c. 1. de fo. comp. in ſexto. Sed conuincitur. quare vera interpretatio eſt loqui in legato, ita communior eſt ſecundum Archid. Belam. Turrecrema. Dominicum n. 2. Præpos. in primo & nu. 4. ibi legatúmque à Gregorio reprehendi, non quia per querelam audiebat, ſed quia actorem compellat querelam coram ſe proponere quia ſecundum iuris regulam in actoris arbitrio eſt inter diuerſos rei iudices eligere vt in ſpecie capituli cum ſit, c. dilecti c.fin.de foro comp.gloſa fin. in fine in l. vlt. C. vbi in rem actio, ex text. optimo in l. 2. §. planè ff. de iudiciis, gloſa verbo vbi domicilium in d.c.dilecti, communis ibi, & in d. c. cum ſit, ita conueniunt ſupra relati in d.c.peruenit, Abb.Brunelus, & Gambara vbi ſupra nec obſtat text.in d.c.in Galliarum, quia nec reprehenditur legatus quia audiebat in ſua prouincia, ſed quia tentabat audire in Britania Franciæ vt aduertit ibi gloſa verbo Britanorum, & communis ita obſeruandum eſt. Secundo deducitur interpretatio ad textum in c.1.de foro comp.in ſexto vbi Archiepiſcopus Remenſis per querelam audire non poteſt ſuffraganeorum cauſas, Remenſis tamen legatus natus eſt c. cum Bertholdus de re iudicata, ita fatentur omnes ab Speculatore vſque ad Barbaciam, Boerium, Brunelum, Gamba.& Chopinũ, ſed reſpondetur communiter ibi de legatione non tractari, ſed de iure Metropolico, conuincitur tamen ex noſtro textu, vbi quod negatur iure Metropolico legationis obtentu, Archiepiſcopo conceditur quia legatus natus erat.

Vnde ſecundo reſpondetur prætermiſſo appellationis articulo de principali cognoſcere eſſe Papæ reſeruatum c. cordi de appellat. in ſexto idcirco non potuiſſe Remenſem Archiepiſcopum in d. c. 1. ſed reiicitur quia verius nuncium Appoſtolicum aut legatum de latere poſſe etiam cognoſcere in ſpecie dicti c. 1. ita gloſa verbo, prætermiſſo, ita intelligens dictum cap. cordi Ioannes Monachus num. 1. Probus in eius additionibus num. 1. Dominicus num. 3. Francus num. 2. & ita magis vrget difficultas, ideo.

Tertio, Reſpondetur cauſam eſſe præuentam vt diximus fallentia 5. ſed conuincitur ex d. c. 1. ibi (nec alias etiam) & ibi (tamquam iudices,) ergo excluditur à querela, & cognitione. quare veriorem interpretationem eſſe affirmo ſicut multis ab hinc annis conſtat legatorum, qui
nati † dicebantur poteſtatem ceſſaſ- 14.
ſe, inanéque gloriæ dumtaxat nomen manſiſſe, vt de eodem Remenſi expreſſum eſt in Pauli 4. Bulla relata à Renato Chopino in ſacra pollicia lib. 2. titulo 6. num.2. vbi etiam probat ita ſublatam fuiſſe tempore Innocentij 4. qui author eſt dicti. c.1. & optimo argumento eſt in libro ſexto nouem eſſe conſtitutiones inci-

Digitized by Google

pientes Romana, eiuſdem Innocentij 4. in omnibus Archiepiſcopum Remenſem reprehendentis, quia iuriſdictionem nimis protrahebat, in nullaque legatiæ mentionem factam eſſe vt conſtat ex cap. 1. de ſupplenda negligentia c. 1. de off. vicarij, c. 1. de officio ordinarij, c. 1. de foro comp. cap. Romana de teſtibus, cap. Romana, de appellationibus, cap. Romana de cenſibus, de pœnitentia & Remiſſ. de ſententia excommunicationis ergo iam deſierat Remenſis legatiæ poteſtas.

Vnde conſequitur noſtri textus reſponſum in legato nato iam ceſſaſſe, obtinereque ſolum in legatis à latere, nunciiſque Appoſtolicis, hæc ita receptiſſima erant vſque ad nouiſſimam Tridentini legem, in qua ſeſſ. 24. c. 20. cauſæ omnes interdictum eſt omnibus ſuperioribus, etiam nunciis Appoſtolicis legatiſque de latere cauſas in prima inſtantia audire. Vnde non ſolum præuentas ab ordinario, ſed nondum inceptas audire non poterit in prima inſtantia, poterit tamen ad partis querelam tempore ordinarium ſuſpendere proceſſum originaliter petere vt ſi querela iuſta eſt ordinarium vel hortari, vel punire poſſit, in qua querela non obtinet quod ſupra diximus de tempore appellandi, & in hoc differt ab appellatione, & obtinet communis omnium in c. 1. in principio de appellat. vbi Veroius num. 2. in ſecunda autem & tertia inſtantia nihil à Tridentino innouatum eſt, & ita ſuperior traditio obſeruabitur.

15. Secundo, principaliter † ex ſuperiori traditione interpretandus eſt textus in cap. 2. iſto titulo vbi probatur de cauſa ſpecialiter à Pontifice delegata legatum ſe intromittere non poſſe, rationem aſſignat, mandatum ſpeciale generali detrahere c. 1. cap. paſtoralis, 14. de reſcriptis vbi latius, quæ ratio ita accipienda eſt ampliſſimam eſſe legati poteſtatem vt ſæpè repetitum eſt quia gerit vices Papæ cap. 1. ſupra, cap. cum venerabilis de conſuetudine, ſed Papæ delegatum ipſius etiam vices gerere probatur cap. ſanè 11. de officio deleg. quare inter eos generi per ſpeciem derogatur vt docuit noſter textus, ad quam interpretationem reducenda eſt communis gloſæ, Innocentis & omnium vſque ad Abb. & Barba. hic, Bruneli concluſione. 14. Gambaræ lib. 8. anno. 99. Cucus lib. 2. titulo 5. anno. 148. Tiraq. de pœnis temperandis in præfatione num. 34. & 35. Tiberij Deciani conſilio, 16. anno. 19. volumine. 2. Petri Surdi conſilio 56. quorum iudicio maximè Abbatis, Bruneli, & Gambaræ.

Ampliatur primo noſtrum textum procedere in quocumque legato etiam de latere textus littera & ratione omnes comprehendi palam eſt.

Secundo, ampliatur procedere etiam anteaquam delegatus de cauſa cognoſcere incipiat vt probat ibi littera (ante cognitionem) & ipſa ratio perſuadet.

Tertio, ampliatur procedere per querelam ſiue appellationem.

Quarto, ampliatur procedere ab ipſa delegati ſententia ad legatum appellari non poſſe, ſed ad ipſum Pontificem.

Digitized by Google

Quinto ampliatur procedere, nec aduerſus delegati ſententiam coram legato in integrum reſtitutionem poſtulari poſſe ex l. aduerſis C. ſi aduerſus rem iudicatam.

Sexto ampliatur procedere etiam ſi delegatus fuerit negligens quamuis de æquitate contrarium procedere probet Gambara vt infra, qui quinq; etiam refert limitationes, de quibus in diſputatione conſtabit.

Ex qua traditione non obſtat 1. propria aduerſus noſtrum text. difficultas legatum proconſuli æquiparari, & idcirco maius imperium in prouincia cæteris habere cap. 2. iſto tit. in ſexto iuncta l. & ideo. 8. ff. de off. Proconſulis maioris tamen imperio iudiciũ ſolui reſponſum eſt in l. iudicium ſoluitur 58. ff. de iudiciis, ergo legati imperio delegati iudicium ceſſare debebit. quia reſpondere maiorem huius argumenti procedere reſpectu ordinariorum Epiſcopi, Archiepiſcopi, vel Patriarchæ non autem delegati à Papa, qui in cauſa ſibi commiſſa omnibus maior eſt d. c. ſane. 11.

Vnde noſtra in ſpecie non obtinet
16. † reſponſum. dictæ l. iudicium, vt explicat Belamera in primo, & omnes hic & in d. l. iudicium, Nicolaus Belonus ſupputationũ lib. 3. c. 10. eadémque ratione de cauſa ſpecialiter per Papam delegata legatus ſe intromittere non poteſt, quia delegatus in cauſa ſibi commiſſa omnibus maior eſt d. cap. ſane, etiam maior legato ex illo text. & præſenti, ita Abb. hic in fine & probatur quia legatus ordinarius eſt cap. 2. iſto tit. lib. 6. delegatus in cauſa ſibi commiſſa omnibus maior eſt d. c. ſane, ergo & legato.

Inde noua atque elegans interpretatio eſt quod ſi legatus contra noſtri text. formam delegatum impediret poſſet delegatus non ſolum precibus inſtare, vel appellare argumento capituli ſi quando. 8. cap. ſuper eo 15. ſupra de off. deleg. ſed etiam legato inhibere, contra eumq; procedere ex noſtro text. iuncto d. c. ſane & cap. 1. ſupra de off. deleg. vt in executione ſententiæ placuit Abbati in verbis finalibus vt infra dicemus, ita meminiſſe oportebit, quæ ad noſtrum text. maxima ampliatio eſt.

Secundo deducitur non obſtare text. in cap. 1. ſupra iſto tit. quia vt ibi diximus ille text. locum non habet in cauſa per Pontificem ſpecialiter delegata vt in præſenti.

Tertio deducitur non obſtare tex- 17.
tum celebrẽ † in l. ſi hominem 30. ff. mandati, vbi ſpeciale manumiſſionis mãdatum generali impediri poſſe Iulianus reſpondet. vnde ibi, in præſenti multíſque in locis cruciantur interpretes in illius text. intellectu, concludúntque magis communiter ſpeciali mãdato generale detrahere propter magnã cauſam nouè ortam, aut nouè conditam Iulianus in ſeruo cauſas exprimit falſas rationes confeciſſe, aut inſidias paraſſe. indéque interpretantur noſtrum text. ex magna cauſa nouè orta, vel cognita legati generalem poteſtatem delegati ſpeciali detrahere poſſe ipſiuſque proceſſum impedire, ita omnes in præſenti ab Hoſti. Ioanne. And. Belam. Baldo, Immol. Abb. nu. 1. & 2. Barbacia in præſenti, & relatis à Tiraquell. de pœnis temperandis in præfatione num. 35. Gambara lib. 8. num. 100. limitatione

4. & inde ex l. ſi hominem diuerſas
quæſtiones in praxi diffinitas eſſe om-
nes referunt, & late Feli. in c.1.7.Fal-
lentia de conſtitut.latiſſimè Tiraquel.
in d. præfat. an. 25.ad 38. ex quibus
noſter text. limitatur ſubcedente ma-
gna cauſa nouè orta, vel cognita.

18. Quarto, deducitur non obſtare †
text. in cap. ex parte.12. de officio de-
legati, quia ex gloſa & communi hic
& ibi reſolutum eſt vtrumque mãda-
tum fuerat ſpeciale.

Quinto, deducitur † non obſtare
19. text. in l. fin. C. de iuriſdictione om-
nium iudicum, vbi ſpecialis collegij
iuriſdictio generali poteſtatis iuriſdi-
ctioni non derogat, quia reſpondeo
ibi Collegio dari, ibi cumulatiuam nõ
priuatiuam, vt regulare eſt, quare au-
tem ibi intelligit in cumulatiua, hic
priuatiua ſtatim dicemus.

Sexto, deducitur † non oſtare text.
20. in l.1. C. de off. Præfecti vrbis, vbi
ſpecialis annonæ commiſſio generali
non derogat poteſtati quia illum text.
interpretantur non derogare quia im-
periali reſcripto ita expreſſum fuit a-
lias generi ſpeciem detrahere ex no-
ſtro text. & aliis, ita Angelus in l. cum
Prætor ff. de iudiciis Iaſſo. in l. quod
in rerum §. ſi quis, poſt num. 8.ff. de-
leg. 1. Decius in c. cæterum num. 5. de
iudiciis, ſed contraria communior eſt
in illo text. abſque Cæſarum declara-
tione annonæ commiſſionem cumu-
latiuam eſſe non priuatiuam ex d.l. fi.
C. de iuriſdictione omnium iud. vt
regulariter obſeruatur etiam inter di-
uerſi fori iudices d. c. cæterum, c.cum
ſit iuncta gloſa verbo, malefactores de
foro comp. cap. fi. eodem tit. in ſexto
cap. 2. de iure iurando in ſexto cap.
decernimus de ſententia excommu.
eodem libro.

Ex quibus & aliis regula eſt † con- 21.
ceſſa iuriſdictione intelligi cumulati-
uè non priuatiuè ex d.l.1. & d.l.fin. &
communi ibi à Bart. ad nouiſſimos, &
ita latiſſimè regulam cum octo limi-
tationibus conſtituit eleganter Feli.
in cap. paſtoralis num.1. de off. ordin.
Auendano, de mandatis. c.1. Coua. in
practicis c. 1. 2. & 3. Menoch. de arbi-
trariis quæſt. 40. Rolandus conſilio
82. volum. 2. Surdus d. conſilio 56. n.
19. Vnde Angeli intellectus magis
communiter reprehenditur ex ſu-
perioribus & Surdo num. 39. Quare
autem in d.l.1. accipiatur cumulatiuè,
in præſenti autẽ priuatiuè ſtatim diſ-
putabitur.

Septimo, deducitur nõ obſtare text.
in cap. per hoc de hæret. in ſexto, cu- 22.
ius difficultate omnes inuoluuntur
quia primo reſpondent inquiſitionis
cauſam non committi ſpecialiter, ſed
generaliter vt ex littera deprehendi-
tur, & ideo ordinariorum iuriſdictio-
ni non derogatur, ſed diſplicet Car-
dinali, & Barbaciæ hic dicentibus
noſtrum text. nimis ex ea interpreta-
tione reſtringi. Vnde ſecundo dicunt
in d. c. per hoc eſſe ſpeciale in fidei fa-
uorem, & licet Brunelus d. concluſio-
ne 14. acquiſcat facilè reiicitur quia
ſpecialitas non conſiſtit in eo quod
non deroget, ſed in eo quod licet di-
uerſi ſunt iudices, inter quos præuen-
tio obtinere debet vt repetitum eſt
iure ſingulari poſſunt eo caſu eodem
tempore cõiunctim, vel diuiſſim pro-
cedere iuxta formam dicti cap. per
hoc, & clementinæ.1. de hæreticis ita
Baldus hic num. 2. omnes in cap. cum

Digitized by Google

parati de appell. Simancas in Catholicis inſtitut. tit. 46. num. 64. Vnde 3. Barbacia hic nouum, & ſtupendum vtriuſque text. intellectum dixit in hoc conuenire quod in præſenti legato interdicitur delegatum impedire, non tamen vt non impediendo ipſe legatus de cauſa cognoſcere poſſit, impugnatur tamen à Brunelo cócluſione. 14. qaia noſtri text. verba ibi (non poteſt) neceſſitatem imponunt l. ſolemus, 61. §. latrunculator ff. de iudiciis, cap. de iis, de accuſationibus, c. 1. de regulis iuris in ſexto, vbi gloſa verbo, non poteſt & communis, ſed illud refertur ad impedimentum, ideo apertius cõuincitur ex noſtri textus principio & eius ratione mandato ſpeciali derogatum eſſe generali, qnod & ad impedimentum, & cognitionem pertinet, qua de cauſa prior interpretatio & verior & communior eſt noſtrum text. loqui de vna cauſa ſpecialiter delegata illum text. in c. per hoc de generali commiſſione negotiorũ fidei idcirco in noſtro text. eſt priuatiua, in illo text. cumulatiua, ita gloſa ibi verbo, generaliter, & communis, omnes in præſenti ſecundum Belam. Antonium, Immol. Abb. in principio, Brunelum vbi ſupra concluſione. 14. Sambaram d. lib. 8. num. 100. limitatione. 3. Cucum lib. 2. tit. 5. an. 158. Petrum Surdum d. conſilio 56. n. 41. ex qua communi reiicienda eſt plurium interpretatio, qui opinantur genus alicuius cauſæ reſpectu generis generaliſſimi, vel vniuerſalis reputari ſpeciem generiq ue derogare ex d. l. ſolemus §. latrunculator, ita docuit Baldus in præſenti num. 2. & ita intelligit text. noſtrum Car. & Barbacia, ita etiam Angelus, Iaſſo. Decius, ita interpretantes dictam l. 1. in præcedenti argumento, ita noſtrum text. extendit Veroius conſilio 75. num. 5. volu. 3. procedere ſi delegaretur cauſæ genus. pro quorum interpretatione adducitur alia commuis collectorem Cameræ Appoſtolicæ generis delegatum eſſe, de quo in reg. 4. Cancellariæ, & noua Rotæ deciſione 9. & 12. de off. delegati, de cuius delegatione legatus etiam de latere ſe intromittere non poteſt vt ex noſtro text. & ſimilibus docuit Baldus in l. nequidquam in primo ff. de off. Proconſulis receptus ſecundum Veroium d. num. 5. Tiberium Decianum. d. reſponſo. 16. Surdum d. conſilio 56. num. 45. Ioſephus Ludouicus. 3. tomo communium poſt ſeptimum librum, Antonij Gabrielis de off. deleg. Fallentia. 6. cæterum conuincitur Baldi, & Veroij extenſio, & aliorum interpretatio ex d. l. 1. C. de off. Præfecti vrbi, l. fin. C. de iuriſdictione omnium iud. d. c. per hoc, & communiori traditione, ex qua veriſſimũ eſt eſſe cumulatiuam, vel priuatiuam deprehendi ex Principis conceſſione conceſſioníſque ratione d. l. Prætor. 12. in primo, d. §. latrunculator, apertè ex noſtro text. eodémque iure, quando cauſæ genus committitur intelligitur cumulatiuè ex prædictis iuribus, quando vna tãtum cauſa intelligitur priuatiuè, ex noſtro textu, & ratione differentiæ, ratio eſt quia indiuiduæ legationis natura ſignificat ab aliis eſſe diſtinguendam. Rurſus quia vt placuit Surdo d. n. 41. Feli. 2. & 5. Fallentia vna cauſa delegatur ſpecialiter in fauorem ita impetrantis, ideo generalem habeas

illi non poteſt detrahere vt in præſenti. nec repugnat quod de collectore diximus, quia licet communiter receptum ſit diuerſa tamẽ ratione quia collector Appoſtolicus nuncius etiam eſt, ſuiſque ornatus priuillegiis, d. deciſione Rotæ. 12. Mandoſius d. reg. 4. quæſt. 8. num. 3. & ideo par in parem non habet imperium ex gloſa hic verbo mandatum, & communi, ſed reiicitur quia non obtinet in legato de latere, qui aliis legatis maior eſt, omniumque poteſtas ipſius aduentu ſuſpenditur cap. volentes infra iſto tit. Vnde Surdus d. nu. 45. rationem differentiæ conſtituit collectori delegationem fieri in fauorem Cameræ Appoſtolicæ, & ideo intelligi priuatiuè, cui interpretationi repugnat ſuperiorum traditio ex d. l. 1. & d. l. fin. & d. cap. per hoc vt refert Surdus, quod quãdo commiſſio fit in fauorem cauſæ intelligitur cumulatiuè & non priuatiuè, quare de negotiis Cameræ legatum etiam de latere non cognoſcere communior opinio cum ſit ex eo fieri quia collectori nominatim ita committi affirmare neceſſe eſt, quia ſecundum iuris traditiones cum cauſæ genus ſit cumulatiuè vtique acciperetur, ita tenendum eſt.

Ex quibus omnibus limitatur † pri-
23. mo noſter text. ex noua cauſa vt in præſenti. Secũdo ſi legatus ſpecialem haberet poteſtatem ex Põtificis commiſſione vt in præſenti verſ. niſi hoc Ant. in primo. Tertio ſi committeretur cauſæ genus ex d. l. 1. & d. l. fin. c. per hoc, & communi relata in vltima diſputatione. Quarto ſi delegatus mandati formam non obſeruaret vt probat noſtri text. littera, Antonius in primo, Gambara lib. 8. n. 100. Fallentia 1. Quinto, limitatur ſi delegatus negligens fuerit ita ex Speculatore, Collectario, Antonio, & Abbat. hic, Gambara lib. 8. num. 100. Fallentia 2. dicit obtinere de æquitate quamuis non de rigore, pro quo facit cap. 1. & 2. de ſupplenda neglig. Præl. c. irrefragabili in principio de off. ordin. melior text. in cap. ſignificauit eodem vbi delegati negligentiam ordinarius ſupplere poteſt. contrarium tamen ita probatur quia ſuperioris negligentia citra materiam peccati ab inferiori ſuppleri non poteſt ex communi interpretatione dicti cap. ſignificauit vt probat Hoſti. & alij relati à Felino in cap. paſtoralis num. 5. verſ. intellige proximè dicta, delegatus tamen in cauſa ſibi commiſſa ſpecialiter, legato maior d. c. ſane. 11. de off. deleg. iuncto noſtro text. vbi gloſa finalis, Antonius in principio, Abb. in fine in c. fin. num. 10. de conſuetudine, Tiraquell. de pœnis temperandis in præfatione num. 35. Gambara d. nu. 100. limitatione. 5. ita noſtrum text. intelligit Feli. in d. verſ. & inde delegati negligentiam in noſtro text. à legato ſuppleri non poſſe de æquitate nec rigore verius eſſe affirmo. Sexto limitatur ſi à delegato pro ſuæ ſententiæ executione legatus interpellaretur, ita noſtri text. littera ſignificat, recipiũtque gloſa fi. & omnes inde diſputantes an à delegato poſſit compelli, & ex precedenti ratione cum maior ſit cõpellere poterit ſecundum iuris traditiones ita Abb. in fine & alij. ſed propter magnam legati authoritatem nõ compelli, ſed precibus interpellari æquitatis ratio ſuadet ex Abb. Brunelus,

nelo, & aliis ſupra, & ita praxi frequẽtius eſſe refert Gambara limitatione. 5.

24. Tertio & principaliter ex ſuperiori † traditione interpretandus eſt text. in cap. niſi ſpecialis, cap. quod tranſlationem, cap. excommunicatis iſto tit. vbi probatur legatos etiam de latere commiſſionis natura non poſſe Epiſcopos transferre, nec vnam Eccleſiam cathedralem alteri ſubiicere, Primatẽ creare, nec Epiſcopatus vnire, nec diuidere poſſe, tamen excommunicatos pro manuum in clericos iniectione omnes abſoluere, Nunciũ autem eos, qui in ſua prouincia iniecerunt, Legatum vero natum nullos. ita reſpondet Innoc. 3. explicat Greg. 9. in dictis iuribus, Innocentiuſque 3. magiſtraliter in d. cap. quod tranſlationem dubitandi rationi ſatisfecit, legatum quamuis Papæ gerat vices cap. 1. ſupra, cap. cum venerabilis de conſuetudine, commiſſionis natura in præpoſitis Epiſcoporum cauſis poteſtatem non habere, decidendique rationem aſſignat huiuſmodi cauſas Põtifici Maximo in ſingularis priuillegij ſignum reſeruatas eſſe, ideo omnes ab Innoc. vſque ad Abbat. & Barbaciam in his iuribus communiter ſequuntur, Speculator in §. nunc oſtendendum, Selua de beneficio. 2. p. q. 3. ann. 10. Brunelus quæſt. 12. & 13. Gambara lib. 5. à Principio, Cuco lib. 2. tit. 5. num 126. & infra allegandi. Quare autem Pontifici ſic reſeruata legati de latere commiſsione non comprehendantur, ſi quidem reſeruata plerumque illi competunt cap. ſi Abbatem de electione libro. 6. cap. 1. cap. deliberatione iſto tit. in ſexto reſpondet gloſa verbo, transferre, in d. cap. niſi ſpecialis ſint ibi an. fin. Brunelus d. quæſt. 12. in principio cauſas hic expreſſas eſſe meri imperij cap. 1. & 2. de tranſlatione Epiſcopi, quæ non delegantur l. 1. ff. de off. eius. cæterum hæc ratio conuincitur primo quia iure Pontificio meri imperij etiam cauſas delegari poſſe cap. in Archiepiſcopatu de raptoribus & communi ibi, cap. venerabili 37. de off. deleg. gloſa verbo committere in cap. quod ſedem infra de off. ordi. communior ex Feli. ibi numero 81. Alciato 81. & in d. l. 1. Decio 28. Oroſco 12. Riminaldo, 90. Bolognero 44. Coua. lib. 3. cap. 20. numero 9. Menoch. de arb. qu. 54. magis recepta. Vnde gloſa d. verbo transferre contrarium probat, ſed rectè defenditur quia illa communior limitatur in cauſis Pontifici reſeruatis ex vera interpretatione. c. ſi pro debilitate in fin. de off. deleg. vt ibi diximus ad tertium argumentum, & ita gloſa hic d. verbo transferre non ſolum eſſe meri imperij, ſed eſſe ſpecialiter reſeruata. quare ea in ſpecie non rectè ragaitur.

Secundo conuincitur quia in his iuribus non dubitauere Innocent. 3. Gregor. 9. an huiuſmodi cauſæ forent delegabiles, imo ſignificant ſpeciali commiſſione legatis poſſe competere, ſed dubitauerunt an generali commiſſionis poteſtate legatis de latere concedi videretur, reſpondẽntque non videri quia in ſignum ſingularis priuillegij Papæ reſeruantur. ſed quare ea non veniant inquirimus idcirco ex ſuperioribus rectè conſideratis obſeruandum eſt tria eſſe cau-

ſarum genera, prius omnino indelegabile quia legatis etiam de latere generali præſidentibus concilio committi non poteſt nec debet poteſtas definiendi infallibiliter in fidei materia, quia pertinet ad donum Appoſtolatus, & Prophetiæ, quod alteri committi non poteſt, & ab ipſo Pontifice Maximo probari neceſſe Pauli 1. ad Corinthios. cap. 12. cap. nolite errare. 11. d. cap. 1. de ſumma Trinitate in ſexto clementina 1. eodem, ſummúmque Eccleſiæ regimen in Chriſti tantum vicario conſiſtere neceſſe eſt cap. in nouo. 21. d. cap. in apibus. 7. quæſt. 1. extrauag. vnam ſanctam de maio. & obedientia, ita ex D. Thoma ſecunda ſecundæ quæſt. 3. quodlibeto. 4. art. 8. Turrecremata in ſumma Eccleſiarum lib. 3. cap. 32. & 33. Feli. in c. 1. de conſtitut. in primo, Magiſter Vega ſuper Tridentino lib. 1. doctiſſimè Fr. Dominicus Banez ſecunda ſecundæ quæſt. 1. art. 10. dubio. 4.

Secunda eſt cauſarum, quæ in ſignum priuillegij ſingularis Pontifici Maximo reſeruantur, de quibus in præſenti, & ſtatim referendis, quæ legatis committi poſſunt ſi ita à Pontifice nominatim exprimatur, vt probant noſtra iura. Tertium eſt aliarum, quæ ita reſeruatæ non ſunt, quæ ex iis iuribus generali commiſſione comprehenduntur.

Huiuſmodi eſt cap. 1. cap. nouit, c. dilectus, cap. fin. iſto tit. cap. ſi Abbatem de electione in ſexto cap. 1. & 2. & fin. iſto tit. in ſexto. Cum itaque tertij generis cauſæ legationis natura comprehendantur, primi comprehendi non poſſunt. ſecundi diſputatio eſt diffinita, tamen ab Innoc. 3. in præſenti eius generis cauſas legationis natura non comprehendi ea ratione quia in ſingularis priuillegij ſignum Pontifici reſeruantur. quare 24 autem ſic reſeruata legatis non competant diſputamus. Solida itaque ratio eſt generalia ab ſpecialibus longè iure noſtro differre, docente Ariſtotele ſermones noſtros circa generalia eſſe faciliores, circa particularia eſſe difficiliores. inde prodita eſt differentia legis ſed & ſi §. quæſitum ff. ſi quis cautionibus, l. obligationes. 6. de pignoribus cap. nulli de rebus Eccleſiæ, vbi latè diximus, cap. in generali 81. de reg. iuris in ſexto. Vnde celebris eſt Aluerici ſententia †in l. fin. C. de iuriſdictione omnium 25 iud. vendito, vel conceſſo per Principem Caſtro, vel villa cum omni iure, & imperio, quod ibi habet intelligi ſemper exceptum id quod tanquam Principi reſeruatum eſt ex ſuperioribus & cap. 1. quæ ſunt regalia in feudis ita recipitur à Iaſſone in d. cap. quod ſedem num. 43. Auendano & Coua. vbi ſupra, Surdo conſilio 47. num. 38. Rolando conſilio 4. volum. 3. ac proinde pro ſingulari priuillegio Papæ reſeruata abſque ſpeciali Pontificis conceſsione legatis competere non poſſunt, ita meminiſſe oportebit. Cui interpretationi fortiter repugnat clerici percuſſores abſoluere Pontifici ita reſeruari cap. ea noſcitur. 13. cap. ad eminentiam 10. de ſententia excom. ſed legatis abſque ſpeciali conceſſione hæc poteſtas competit ex eiidem iuribus, & in præſenti d. cap. quod tranſlationem ibi (iam licere legatis) ergo Pō-

tifici reſeruata abſque ſpeciali commiſſione legatis competunt. reſpondeo ſuperiorem interpretationem eſſe veriſſimam, ad quam reducenda eſt omnium in præſenti communis, & à ſupra relatis, & à Gambara lib. 2. rubrica de variis ordinariorum nominibus num. 120. nec obſtat argumentum, quia in abſoluendi poteſtate veriſſimum eſt ex noſtro text. quia conſuetudine ita introductum fuit vt ſignificat dictum. cap. quod tranſlationem, ibi (ſæpe indulta) argumento legis fin. C. de fideiuſſoribus, idem enim eſt fieri ſpeciali conceſſione, aut conſuetudine. cap. nouit iuncta gloſa verbo conſuetudinem, de iudiciis, cap. cum contingat de foro comp. cap. cum Eccleſia Sutrina de cauſa poſſeſſ. ita tenendum eſt.

26. Nec obſtat textus † difficilis in l. comperit C. de præſcriptione 30. vel 40. vbi Principi ſingulariter reſeruata nullo tempore acquiri poſſunt, reſpondeo ea quæ Principi in obedientiæ, & ſummæ recognitionis ſignum reſeruantur nullo temporis curſu acquiri poſſe, ita illa lex in fine. Sic cauſæ primi generis nunquam acquiruntur, nec ſumma contra Papam obedientia cap. nulla 93. d. c. cum non liceat de præſcript. alia autem tempore acquiri poſſunt etiam contra Papam cap. ad audientiam, ca. cum nobis, cap. ſi diligenti. de præſcript. & contra Principem in d. l. comperit in principio; diuerſa tamen temporis conſideratione circa quinque genera bonorum obſeruanda, de quibus Couar. in reg. poſſeſſor. 2. p. §. 2. Menchaca illuſtrium cap. 82. frequentium. cap. 2. Rolandus conſilio. 1. volumine. 2. Chopinus de dominio Franciæ lib. 3. tit. 9. de omnibus diſputaui in d. cap. ſi diligenti ad ſecundum argumentum ideo ſecundi generis cauſas conſuetudine legatis acquiri obſeruandum eſt. nec obſtat ea quæ fiunt iure familiaritatis conſuetudinem non inducere argumento l. qui familiaritatis 41. ff. de acquirenda poſſeſſione. cap. ſignificaſti. 69. de appellat. c. peruenit de cenſibus, quo cruciantur Abbas. ibi, Brunelus concluſione 13. Gambara ſupra nu. 127. quia reſpondeo eo caſu ſolemniis concurrentibus & conſuetudinem, & præſcriptionem rectè confici d. cap. cum Eccleſia Sutrina, & communi ibi, etiam in ſacramentis cap. ad Appoſtolicam 42. de Simonia, ita accipienda eſt communis ſupra, & relata à Surdo conſilio 53.

Nec obſtat text. in cap. † cum ve- 27.
nerabilis de conſuetudine, interpretandus enim eſt conſuetudinem ibi damnari vt inferior non confirmetur à Papa, vel legato vt diximus ad l. comperit, non tamen damnaretur quod confirmaretur à Patriarcha vt in cap. cum ſuper de cauſa poſſeſſionis, vel à legato abſque ſpeciali conceſſione ex noſtro text. & communi ibi, ita tenendum eſt, quæ autem requiratur conſuetudo tres ſunt opiniones. prior eſt Abbatis requiri immemorialem argumento cap. 1. de præſcriptionibus in ſexto. ſecunda eſt Barbaciæ ſufficere ſi duobus legatis ita indultum fuerit ex noſtro text. ibi ſæpe quia verbum (ſæpe) in duobus obtinet, gloſa verbo, videtur, in cl. 2. de appell. Tertia eſt Gambaræ vbi ſupra num. 139. quod verbum (ſæpe)

Digitized by Google

intelligitur ſi tribus legatis ita indultum fuerat ex cap. 1. de arbitriis in ſexto quia ex præſumpta Pontificis voluntate ita deprehenditur, neceſſariū tamen eſſe 40. annorum tempus, ſed apertè errat quia ſi ex Papæ voluntate fieret non erat neceſſaria 40. annorum præſcriptio, ſi autem requiritur non eſt neceſſaria trium legationū multiplicatio, ſufficit enim vnus actus legitimo tempore præſcriptus, gloſa verbo, in trium, in d. cap. cum Eccleſia communior. Vnde Abbatis opinio verior eſt ex text. claro in cap. ſuper quibuſdam §. præterea de verb. ſignificatione ita in cap. quod tranſlationem immemorialem neceſſariam eſſe diffinitum à Rota vt refert Paulus Æmilius deciſione. 270. n. 3. parte. 1.

28. Ex quibus obſeruandum eſt † ſecundi generis cauſas legationis natura non comprehendi, vnde ſine ſpeciali commiſſione, vel immemoriali conſuetudine legatus eas exercere nō poterit, quæ autem cauſæ ita reſeruātur, atque ad ſecundum genus pertineant refert gloſa in d. c. quod tranſlationem verbo, reſeruata, vbi interpretes alias adiecerunt plures. Hoſti. in ſumma hoc tit. 89. Speculator §. nunc oſtendendum, quas reduxit Selua 2. p. quæſt. 3. à principio ann. 37. diſputat Brunelus à concluſione 8. ad finalem, Gambara d. lib. 2. an. 157. Cucus d. lib. 2. tit. 5. ann. 225. ibi inquirendum erit.

Quarto, principaliter interpretandus eſt text. in d. cap. licet † iſto tit. vbi de cauſa ad Papam relata legatus cognoſcere non poteſt quia ſi de ſpecialiter delegata non cognoſcit cap. 2. ſupra à fortiori nec de relata ad Papam quia cum primum ad Papæ manus peruenerit nullus inferior ſe intromittere non poteſt cap. 1. & 2. de confirmatione vtili, vel inutili, latè omnes, hic Brunelus concluſione. 15. Gambara d. lib. 2. nu. 104. Cucus nu. 158. Menochius de arbitrariis q. 67.

Quinto, principaliter † interpretandus eſt text. in c. dilectus iſto tit. c. cum dilectus 18. de iure patronatus, vbi Legatus de latere conferendi beneficia poteſtatem habet etiā in præiudiciis patroni Eccleſiaſtici, non tamen laici, de quo intelligitur c. ex inſinuatione cum aliis de iure patronatus, legatis enim de latere hoc ex priuillegio competit c. 1. iſto tit. in ſexto c. præſenti eodem, niſi in ſpecie c. deliberatione eodem, hæc eſt omniū interpretatio in præſenti, Bruneli cōcluſione. 20. 23. & 24. Gambara lib. 3. rub. de poteſtate legati in conferendis beneficiis, Cuci. num. 127. Coua. in practicis c. 36. Rolandi conſilio 47. volum. 1. Menochij conſilio 52. & 90. volu. 1. Chopino in ſacra pollicia lib. 2. tit. Ioſepho Ludouico cum ſeptem ampliationibus, & ſex limitationibus de off. legati tomo 3. communiū, poſt Antonium Gab. & licet ampliet in nuncio habente poteſtatem legati de latere: aduertendum tamen eſt Hiſpaniæ legatum poteſtatem dumtaxat habere conferendi ſimplicia intra valorem ſexaginta ducatorum. 30.

Sexto, principaliter † interpretandus eſt text. in c. nouit iſto tit. vbi legatus quod in vno prouinciæ loco inchoauerit, in alio proſequi & diffinire poteſt quia cū ſit ordinarius vt in c. 1. ſupra c. 2. eodem in ſexto intra territorium eandem habet poteſtatē, latè 31.

Belam. Immola, Baldus, Abb. & Barba. hic, idem Barbacia & Boerius de poteſtate legati, Brunelus concluſione 17. Gambara lib. 1. rub. de poteſtate legati prouinciam ingredientis cum ſequentibus, Cucus d. lib. 2. tit. 5. in principio, omnes repetentes in l. fi. ff. de iuriſdictione omn. iudicum.

Septimo, interpretandus eſt textus in c. volentes iſto tit. vbi adueniente legato de latere omnis ceſſat alterius legati poteſtas, quia vt ſępè repetitum eſt cæteris maior eſt, & præ cæteris priuilegium habet, nouem eius priuilegia refert gloſa verbo, ſublimitatem in extrauag. execrabilis Ioannis 22. de præb. diſputat Selua. d. 2. parte quæſt. 3. num. 46. Brunelus à concluſione 1. Gambara lib. 1. rub. de differentia inter legatos.

Octauo, interpretandus eſt textus in c. excommunicatis, de quo diximus in c. niſi ſpecialis, omnes hic, magiſtraliter Socinus in c. officij de ſententia excommu. Brunelus concluſione 26. Gambara lib. 8. rub. de poteſtate abſoluendi excommunicatos, Cucus num. 106.

Nono, interpretandus eſt textus in c. fi. iſto tit. de cuius 2. parte diximus ſatis in c. quoniam Abbas de off. deleg. de prima. diſputant hic omnes, Brunelus concluſione 3. Gambara d. lib. 8. rub. de poteſtate condendi leges, Cucus an. 16.

Decimo, inde interpretandus eſt textus in c. 2. iſto tit. in ſexto de cuius prima parte diſputat latè Barbacia, & Boerius, Brunelus de off. legati in principio, Gambara d. lib. 1. rub. 2. Cucus in principio, de ſecunda autem parte certa eſt propoſitio morte Pontificis non expirare legati poteſtatem, tum quia eſt ordinarius, vt ibi diximus, tum quia cenſetur legatus à ſede Appoſtolica, quæ nunquam moritur c. ſi gratioſè de reſcriptis in ſexto, vt diximus in d. cap. quoniam Abbas, quando poteſtas finiatur legati, diſputat Gambara d. lib. 1. eleganter diſputat Cucus lib. 2. tit. 5. an. 163. ad finem vſque ira abſoluitur textus & titulus ad laudem & gloriam omnipotentis Dei &c.

Digitized by Google

SEQVITVR ELEGANS
EXPOSITIO AD SESSIONEM, VII. SACROSANCTI CONCILII Tridentini, quæ agit de ſeptem ſacroſanctæ Eccleſiæ Sacramentis.

Summarium ex capite I. de Sacramento in genere.

1. *Homo natus ad colendum Deum.*
2. *Cultus diuinus duplex eſt interior, & exterior, & quid cultus exterior ſit.*
3. *Exterior cultus quid ſit.*
4. *Sacramenti nomen quid ſignificet. & num. 5. 6. & 7.*
8. *Sacramenti vera definitio.*
9. *Verbum, ſacra, poſitum in definitione, quomodo differat à cæteris rebus ſacris vt crux.*
10. *Verbum, ſignum, poſitum in definitione, quid importet.*
11. *Signum ſacrum de quo agitur tria memorat, nempe præteritæ paſſionis memoriam, præſentis gratiæ demonſtrationem, futuræ gloriæ promiſsionem.*
12. *Sacramentorum inſtitutor fuit Chriſtus Dominus noſter.*
13. *Quo in loco ſacramenta fuerunt inſtituta.*
14. *Qua ratione inſtituta ſint ſacramenta.*
15. *Diſcrimen, quod verſatur inter nouæ, & veteris legis ſacramenta explicatur.*
16. *Sacramentorum natura quid ſit.*
17. *Sacramentorum forma quid ſit.*
18. *Sacramenta quo terminentur numero.*
19. *Quibus ſacramentis character imprimatur, & quæ ſacramenta iterari*

Digitized by Google

poſſunt.

20. *Baptiſmus aditus ad cætera ſacramenta, quo ſigno diſcernimur ab aliis mundi gentibus.*

21. *Confirmatio eſt ſignum roborationis ad fidem, quo ſeiungimur à recenter baptizatis.*

22. *Ordo eſt ſignum, quo ab aliis catholicis ordinati ſegregantur.*

1. PRIMO obſeruandum eſt (ad Dei optimi maximi cognitionem.) & ſanctiſſimi eius amoris cõciliationem cultu dici nobis propiciam eſſe, ſiquidem nõ dubium eſt hominem ea potiſſimum cauſa vt Deum pure integréque coleret ab initio conditum, ac poſtea redemptum, atque ad id omnino deſtinatum eſſe. Geneſeos. c. 7. prouerbiorum. c. 17. Paul. ad Corinth. 2. c. 5. textus in c. 2. ibi. ac diuinum cultum explendum, de conſecratione. d. 2. textus in principio d. 1. tit. 4. parte 1.

2. Cultus autem diuinus duplex eſt, interior, & exterior, interior cultus eſt quo per intellectum & effectum Deo coniungimur, Fide, Spe, & Charitate perficitur. c. 1. de ſumma Trinitate & fide Catholica optimè Clementina 1. eodem optimè Trident. ſeſſ. 6. de iuſtificatione. c. 6. & 7. Diuus Auguſt. in Inchyridio c. 2. & 3. benè in dicta l. partitæ.

3. Exterior cultus eſt quædam profeſſio illius interioris cultus, quam externis quibuſdam, & viſibilibus ſignis ritibus declaramus. Matth. c. 5. Paul. ad Rom. c. 12. & 2. ad Corinth. c. 8. itaque fides Catholica Eccleſiæque ſacramentis cultus diuinus conſiſtit, quo Deum cognoſcimus, & ſanctiſſimum eius amorem conciliamus, ac proinde de ſacramentis in genere, & in ſpecie poſt fidei tractatum ſanctiſſima Trid. ſ. accurate definiuit, & ſub Sacroſanctæ Eccleſiæ correctione eius explicationem aggrediar.

4. Sacramenti itaque nomen magnam ſemper apud omnes, etiam barbaras nationes acceptionem habuit, exercitum enim eius milites ſacramento aſtringere vetus olim mos fuit, quod ſi propter ſcelus aliquod, aut nefas miles multabatur militia ſacramenti propriè ſolum neceſſe erat l. 2. §. miles ff. de his qui not. inf. l. milite 13. fin. ignominioſa l. fin. ff. de re milit. l. 3. C. de immunitate conceſſa in. c. Theodoſiano, cuius originem, & veſtigia refert Alex. ab Alex. dierũ genialium lib. 1. c. 20. in fine. eleganter Carolus Sigonius de antiquo iure Ciuium Romanorum lib. 1. c. 6. & de iure prouinciarum lib. 3. c. 7.

5. Inde ad omnes actiones forenſes, & conuentionales ſacramentum. Romani traxerunt ex Authentica ſacramenta puberum C. ſi aduerſus venditionem c. 1. § item ſacramentã de pace iuramento firmanda in feudis, & in iure Pontificio frequentiſſimum eſt c. ſacram cum pluribus ſequentibus 2. quæſt. 4. c. qui ſacramento 22. quæſt. 4. latè Couar. in principio c. quamuis pactum num. 2. eius tamen originem antiquáſque formula, refert Si-

gonius vbi ſupra de iudiciis lib. 1. c. 21.

6 Vnde ſi quid arcanum, aut mirabile diuina maximè numina reſpiciens erat, veterum ſacramentum appellabant, cuius rei honorificum teſtimonium eſt Danielis c. 4. cui loquens Nabucodonoſor ait. quoniam ego ſcio, quod ſpiritum ſanctorum Deorum habes in te, & omne ſacramentum non eſt impoſſibile tibi viſionéſque.

7. Et Thobiæ 12. etiam regis ſacramentum abſcõdere bonum eſt. Paul. ad Epheſ. c. 1. & 2. ad Timoth. c. 3. text. in. c. Multæ 38. & in c. multi 85. quæſt. 1. ibi in magnum contemptum diuinorum ſacramentorum crimen incurrunt. Hinc exteriorem illum cultum interiorem profeſſionem externis, & viſibilibus ſignis, & ritibus declaratam, vt ſupra explicauimus. ſacra & Pontificia ſchola ſacramentum appellat Bernard. de cœna Domini. Ambroſ. de ſacrament. lib. 4. c. 4. Auguſt. de ciuitate Dei lib. 10. c. 5. c. ſacrificium 32. de conſecr. d. 2. c. 1. & 2. de ſacramentis non iterandis, & de ſacra vnctione, & de baptiſmo Florent. de ſacram. in principio. Trid. hac ſeſſione 7. cum aliis Hac itaque ſignificatione ſacramentum varias habet definitiones, quibus omiſſis.

8. Sacramentum eſt rei ſacræ ſignum, aut ſignum viſibile inuiſibilis gratiæ. Sic Auguſt. & alij ſupra text. in dicto cap. ſacrificium. Florent. & Trident. vbi ſupra, & melius in ſeſſione 13. de ſacramento Euchariſtiæ c. 3. gloſſa. verbo ſacramentum in d. c. ſacrificium, gloſſa. 1. in c. Conſtitutio 31. de conſecr. d. 2. communis ibi, & in dicta Rubrica de ſacramentis non iterandis inter Pontificios ſecundum Nauar. in Manu. c. 22. num. 1. & Cucum maiorum inſtitutionum lib. 5. tit. 1. num. 4. inter Theologos Diuum Thom. 3. parte quæſt. 60. art. 1. & 2. Sotum in 4. d. 1. q. 1. art. 1. & 2. Cardin. Oſſium in confeſſione Polonica c. de ſacram. Sonnium de ſacramentis cap. 3. Catechiſmus Rom. de ſacramentis in principio, Su in catecheſi tit. de ſacram. art. 3.

Res ſacra propoſita in ſpecie dicitur non quęcunque, quantumcunque ſacro ſãcta ſit, vt crux, quã adoramus, aqua qua purgamur c. Crucis c. aquã 20. de conſecr. d. 3. vel ſanctæ Eccleſiæ conſecratio, ſacræ imagines vel reliquiæ c. 1. cum ſequentibus de conſecratione Eccleſiæ vel altaris c. 1. cum aliis de reliquiis, & veneratione ſanctorum, quia licet diſponant ad ſanctificationem, non tamen perfectè ſanctificant nec ſunt ſigna cauſa gratiæ vt infra latiùs. ideo res ſacra in præſenti accipitur certa, & ſacroſancta ex diuina inſtitutione homines ſanctificans, gratia gratum faciens, eiúſque actio, quæ animas Deo conſecrat vt docuerunt ſupra relati, & gloſſa in d. c. inſtitutio. 4. conſtat ex Florent. & Trident. dicta ſeſſ. 7. & 13. 9.

Signum in definitione eſt, quo præter ſpeciem, quam ſenſimus ingerit aliud aliquid in cognitionem venire c. ſignum 33. de conſecr. d. 2. & dicta ſeſſ. 7. Canone 6. & ſeſſ. 13. de ſacramento Euchariſtiæ c. 3. & communes ſupra relati, nam per illas res notas, & viſibiles ad ignotarum, & inuiſibilium cognitionem facilius deueniamus, non tamen quæcunque ſigna Eccleſiæ ſacramenta ſunt, ſed certa, 10.

ſacroſancta, & ædificia nobis ex diuina inſtitutione commendata vt ſignificant prædicta teſtimonia, ſancti Patres docuerunt, ſacri Canones diffinierunt, idcircóque appellantur ſigna, quoniam externa illa ſpecie, & ſimilitudine id nobis referunt, & declarant, quod per ipſa Deus nobis cum inuiſibiliter, & ſpiritualiter agit, vt in baptiſmo ablutio exterior, quæ ſordes corporis purgat, efficax ſignum & ſymbolum eſt interioris ablutionis, qua ſpiritualiter anima purificatur vt ex textu in dicto c. ſignum cum ſequentibus explicant Thomas. Sotus, & alij ſupra & optimè definitum eſt in dictis Conciliis, & infra latius explicabimus in ſingulis ſacramentis.

11. Et inde meminiſſe oportebit illud rei ſacræ ſignum efficax non vnum, ſed tria potiſſimùm complecti, nēpe præteritæ paſſionis memoriam, præſentis gratiæ demonſtrationem, futuræ gloriæ promiſſionem, & certiſſimum prognoſticū vt ab Eccleſia receptum eſt, in miſſæ ſacrificio quando repetitur à ſacerdote antiphona. O ſacrum conuiuium in quo Christus ſumitur, recolitur memoria paſſionis eius, mens impletur gratiæ, & futuræ gloriæ nobis pignus datur. ita docuit Diuus Thom. dicta quæſt. 60. art. 3. & eſt receptiſſimum ſecundum Sotum dicta quæſt. 1. art. 3. & ſecundum Sonnium & alios ſupra.

De his itaque ſacramentis agendum cum ſit, primo inquirendum eſt de eorum inſtitutione. Secundo de inſtitutionis loco. Tertio de inſtituendi ratione. Quarto de diſcrimine inter vetera, & noua ſacramēta. Quinto de ſacramentorum natura. Sexto de eorum forma, & effectu. Septimo de eorum numero.

Ad primum de eorum inſtitutione 12. illud iam certiſſimum eſt, & definitum, ſacroſancta Eccleſiæ ſacramenta ab ipſo Ieſu Chriſto inſtituta eſſe, ſic docuerunt Bernardus, Ambroſius & Auguſt. in gloſſis ſupra relatis, & definierunt ſancta Concilia Florent. in principio & Trident. ſeſſ. 13. de ſacramento Euchariſtiæ c. 3. & 1. & eſt catholica, & receptiſſima ſententia vt referunt Theologi, & Pontificij ſupra relati, Diuus Thom. Sotus, Sonnius, Oſius, & Caniſius, Nauar. & Cucus vbi ſupra, quando autem vnumquodque ſacramentum fuerit inſtitutum explicabimus quando de vnoquoque in ſpecie infra diſputabimus.

Ad ſecundum de inſtitutionis loco 13. idem obſeruandum eſt, quod in præcedenti retulimus, & vt ex ſacra Euāgelij hiſtoria, & Apoſtolorum traditionibus, & ſanctorum teſtimoniis conſtat, Eccleſiæ ſacramenta non ſimul, & eodem loco inſtituta fuerunt, ſed ſicut temporis, & neceſſitatis ratio poſtulabat, vt facilè deprehenditur ex c. 1. §. vna de ſumma Trinit. & fide Catholica, & ex Concil. Florent. & Trid. hac ſeſſ. 7. & 13. & 14. cum aliis infra, & inde ſigillatim de vniuſcuiuſque inſtitutione, & loco infra agendum erit.

Ad tertium de inſtituendi ratione 14. reſpondet gloſa 1. in cap. inſtitutio. 31. de conſecrat. d. 2. tribus de cauſis ſacramenta fuiſſe inſtituta, propter humilitatem, propter eruditionem, propter exercitationem: humilitate vt ſic mereatur, eruditione, vt ſic doceatur, exercitatione vt ſic occupetur,

alias aſſignat Turrecremata in c. ſignum n.5.de conſecrat.d.2. Cucus dicto lib.5.tit.1. n.2. Diuus Thom. Sotus, & alij ſupra. quibus omiſſis obſeruandum eſt altiſſimam ſacramentorum inſtitutionem excellẽtioribus cõſiſtere rationibus. Prima vt habeamus remedium, in tantis vitæ, & fragilitatis noſtræ periculis, contra peccata, quorum liberatio ſic contemnitur aut differtur æternam parit damnationem dicto c. 1. §. vna à ſumma Trinitate c.ad abolendam de hæreticis in principio. Florent. & Trident. ſeſſ.7.d.iuſtif.Canone 5.& 7. & ſeſſ. 7. Canone 4. & 5. & 14. de ſacramentis in genere.

Secundo vt in Eccleſiæ ſacramentis ſigna vera, & certa diuinæ erga nos gratiæ, & voluntatis in perpetuum habeamus.textus in c. ſacrificium 32. de conſecr. d. 2. Florent.in principio, & Trident.ſeſſ.7.canone & ſeſſ. 13. de ſacram. Euchariſtiæ.

Tertia ratio vt Orthodoxi Chriſti fideles in vnione, humilitate, & obedientia vnius religionis neceſſario quaſi nexu,& fœdere inter nos allegati perſiſtamus,namque ſine ſacramentis nec diſcerni vlla religio poteſt textus in d.§.vna & dicto c. ad abolẽdam. Florent in principio Trid.ſeſſ.7.dicto Canone 6.& 14. de ſacramentis in genere.

Ad quas rationes reducendæ ſunt aliæ relatæ à Turrecremata & Cuco à D. Thoma, & Soto,& Sonnio vbi ſupra alias autem rationes vnicuique ſacramenta ſingulariter conuenientes ad vnumquodque ſuo loco applicabimus.

15. Ad quartum de diſcrimine inter veteris, & nouæ legis ſacramẽta conſtat varia eſſe diſcrimina, nam veteris legis ſacramenta cælorum ianuam non aperiebant, quinimo ſancti Patriarchæ ad inferos ſe deſcenſuros agnoſcebant. Geneſeos c. 77. Iob. c. 14.& 17.

Nouæ autem legis ſacramenta animos Deo conſecrant, & ianuam aperiunt Matth.c.7. Paulus ad Romanos c.8.ad Epheſ.c.2.& inde docuit idem Paulus eſſe iuſtitiam cernens & dixit Ex operibus legis non iuſtificabitur omnis viuens ad Hebræos c.9. ad Galatas c.2.

Inde certum eſt illud Ioannis. Lex per Moyſem data eſt, gratia, & virtus per Chriſtum.vnde antiqua vocatur lex ſcripturæ, noua dicitur lex gratiæ, idcirco quamuis antiqua ſacramenta ſanctiſſimam Chriſti paſſionem ſignificarent,noua autem,& ſignificant, & ſanctificant & gratiam conferunt. Vnde ſunt virtute maiora, vtilitate meliora, intellectu anguſtiora,numero pauciora, obſeruatione faciliora, ſignificatione præſtantiora, de his intelligitur textus in dicto c.ad abolendam de hæreticis dicto c. 10. & ita definitum eſt in Florent. Verſiculo docet Eccleſia, & Trident. ſeſſ. 7. de ſacrament. Canone 2.4.7. & 8. latè Diuus Thom.3. parte q. 62.art.1.cum ſequentibus Sot. d.1.q.3.art. 6. Oſius in confeſſione Polonica c. 32. Sonnius cap.3.

Ad quintum de ſacramentorum 16.
natura, iam ex præcedentibus perſpicuum eſt nouæ legis ſacramenta conferre gratiam quam ſignificant, non per accidens, ſed inſtrumentaliter, & eſſe gratiam gratum facientem, eiuſ-

Digitized by Google

que actionem, quæ Deo animas conſecrat cum illo trium rerum Symbolo, & ſignificatione, præteritæ paſſionis memoria præſentis gratiæ demonſtratione, futuræ gloriæ certiſſimo pignore, & prognoſtico ex dicto c. omnia ſacramenta & c. multi 1. q. 1. dicto §. vna & Florent. Trident. ſeſſ. 7. Canone 6. 7. & 8. & proximè relati latiſſimè proſequuntur.

17. Ad ſextum de ſacramentorum forma, nõ inquirimus de ea forma, quam Pontificij, & Theologi accipiunt in ſacramenti definitione dicentes. Sacramentum eſſe viſibilis gratiæ viſibilem formam. forma ibi accipitur non pro ſubſtantia, ſed pro figura & imagine, & ita ex c. ſacrificium 32. & c. ſignum 33. Turrecremata in dicto c. ſignum Sot. & alij relati ſupra ad definitionem.

In propoſita autem ſpecie inquirimus de ſacramentorum forma, nempe ex quibus conſtent partibus nouæ legis ſacramenta, obſeruandúmque eſt tribus ex partibus conſiſtere, elemento, verbo, & miniſtro, elemento tamquam materia, verbo tamquam forma, miniſtro cum intentione faciendi id quod facit Eccleſia, inde vulgare eſt illud Auguſtini 80. in Ioannem. Accedite verbum ad elementum, & fit ſacramentum, ita probat textus in c. venit ſacerdos 70. c. ſi non ſanctificatum 71. de conſecr. d. 4. Florent. in doctrina de ſacramentis. Trident. ſeſſ. 7. de ſacramentis in genere, Canone 11. & 12. & Diuus Thom. 3. parte quæſt. 64. art. 1. cum ſequentibus, Sotus d. 1. quæſt. 1. art. 6. 7. & 8. Caniſius de ſacram. §. 4. Cucus lib. 5. tit. 1. num. 17.

Inde diſputantes an poſſit Eccleſia nouam conſtituere formam, vel antiquæ formæ aliquid addere aut detrahere, & conſtat poſſe vtique ſi ratio ita poſtulauerit, vt in matrimonij ſacramento. Trident. ſeſſ. 24. de reformatione matrimonij c. 1. vbi latius diſputandum eſt quando autem miniſter ex ignorantia, vel malitia formam ab Eccleſia ſcriptam non obſeruauerit latior eſt diſputatio in qua Diu. Thom. ſex conſtituit diſputationes de quibus eleganter diſputat Soto dicta q. 1. d. 1. art. 8. vt in quolibet ſacramento explicabimus.

Ad ſeptimum de ſacramentorum numero nouæ legis ſacramenta ſeptem eſſe iam apertè definitum eſſe conſtat. Baptiſmus, Confirmatio, Euchariſtia, Pœnitentia, ſacra Vnctio, Ordo, & Matrimonium, atque referuntur omnia iura cap. omnia ſacramenta c. multi 1. q. 1. c. Ad abolendam in princip. de hæreticis, docuit Florent. in doctrina de ſacram. inde repetit Trid. ſeſſ. 7. de ſacramentis Canone 1. quæ non omnino ſimilia, & paria ſunt, quinimo non impune hoc affirmandum eſſe docuit Trident. dicta ſeſſ. 7. Canone 3. & iam conſtat ex Canone nihil 9. de conſecrat. d. 2. 18.

Inde in tribus ſacramentis caracterem imprimi, id eſt, ſignum indelebile animæ cohærens, in baptiſmo, confirmatione, & ordine, & idcirco hæc tria ſacramenta iterari non poſſunt, alia quatuor frequentiſſimè iterantur, ita interpretamur omnia iura, & licitè 32. q. 7. c. quomodo 40. verſiculo ſiquidem de conſecr. d 4. c. 1. & 2. de ſacram. non iterandis ita docuit Florent. & Trident. ſeſſ. 7. Canone 9. 19.

Diu. Thom.q.63.Soto d.1.q.4.art. 6. Caniſius vbi ſupra, Sonnius c. 4. Nauar.c.22.n. 2. Cucus dicto tit. 1. cuius rationem, & Theologi, & Pontificij inquirunt, ſed ea eſt potiſſima, ita ab Eccleſia pro diuino cultu fuiſſe diuina inſtitutione diſpoſitum vt conſtat ex eiſdem iuribus, & Conciliis, cuius rationis ratio eſt, quod cum caracter ſignum, vel Symbolum ſingula cum poteſtate ſuſcipiendi aliquid ſpirituale, vt probatur in dicto c. quomodo cum aliis ſupra allegatis, & dicta ſeſſ. 7. Canone 9.

20. In illis tribus ſacramentis, baptiſmo, confirmatione, & ordine potiſſimũ conſiſtit in baptiſmo non ſingulare ſignum eſt cum ſit aditus ad reliqua ſacramenta, quo ab aliis mundi gentibus Catholici baptizati diſcernuntur.

21. In confirmatione ſingulare ſignum eſt quo puſilos roboramur ad fidem publicè propagandam, & ab aliis Catholicis recenter baptizatis antequam confirmentur ſeiungimur.

22. In ordine Symbolum eſt, quo ab aliis etiam Catholicis, & confirmatis ſegregamur vt latius in vnoquoque ſacramento infra diſputandum eſt, conſtat itaque non æqualia omnia ſacramenta eſſe, nec in eadem paritate à Chriſto inſtituta fuiſſe. ſupereſt itaque ex ordinibus non ſolum quinque ſacramẽta, quæ à Chriſto fuiſſe inſtituta hæreticum eſt negare. Sed & cõfirmationem, & ſacram vnctionem eum inſtituiſſe, & ita ex dicto c. ad abolẽdam de hæreticis, Florent. in principio & Trid. ſeſſ. 7. Canone 1. definiiſſe, & inde ſacramentorum numerum, neque partes eſſentiales tolli poſſunt, & ita ex Diu. Thom. reſoluit eleganter Sotus d.1.q.5.art.2.& 4. & hac in ſpecie optimé Trident. dicto Canone 1. & Canone finali, quamuis poſſit Eccleſia cum ratio poſtulauerit modum, & formam explicare, vt in ſeſſ. 24. de reform. matrimonij c. 1. vbi latè diſputandum eſt, & ita abſoluitur de ſacramentis in genere.

SEQVITVR SACRO-SANCTVM
BAPTISMI SACRAMENTVM.

Summarium ex cap.2. de baptiſmo.

1. *Baptiſmus an habeat aliquid commune cum circunciſione.*
2. *Lex naturæ, ſcriptæ, & gratiæ quo tempore durauit.*
3. *Circunciſio quadraginta annis ante Moyſem fuit inſtituta.*
4. *Circunciſio inſtituta fuit tempore Abrahæ anno.*
5. *Macula primi parentis in poſteros transfuſa neceſſe fuit ablui.*
6. *Macula primi parentis lege naturæ, gratiæ, & ſcriptæ, quo purgatur.*
7. *Originalis macula Circunciſione aſpergebatur quo ad eos tantum, qui de Abrahæ ſtirpe prodierunt.*

Digitized by Google

8. *Circunciſio poſt Chriſtum D. damnoſa, & mortifera fuit.*
9. *Circunciſio quoad purgationem peccati originalis comparatur baptiſmo.*
10. *Circunciſio vtrum conferat gratiam ſicut & baptiſmus & numero* 11. & 12.
13. *Reſolutio prioris quæſtionis.*
14. *Triplex lectura aſsignatur ad cap. ex quo de conſecratione d.* 4.
15. *Circunciſio non aperit ianuam cælorum.*
16. *Primi parentis macula prodidit duplex impedimentum, alterum naturæ, alterum perſonæ.*
17. *Per circunciſionem tollitur impedimentum perſonæ, per ſacramentum naturæ.*
18. *Reſpondet ad quæſtionem de qua in num.* 1.
19. *Ioannis Baptiſmus non eſt vere Sacramentum.*
20. *Baptiſmus Ioannis non eſt vere Sacramentum.*
21. *Ioannis Baptiſmus eſt quid Sacramentale præparans ad baptiſmum.*
22. *Ioannis Baptiſmus gratiam non conferebat.*
23. *Apoſtolos, & Chriſti diſcipulos non ſolum à Ioanne, ſed à Chriſto baptizatos eſſe conſtat.*
24. *De tempore inſtitutionis baptiſmi ſex enarrantur opiniones.*
25. *Vanum eſt de momentis inquirere, quando de ſubſtantia conſtat.*
26. *Baptiſmum inſtitutum fuiſſe conſtat cum primum Chriſtus aquas Iordanis tetigit, neceſsitatem vero baptizãdi currere, à tempore paſsionis ſeu reſurrectionis.*
27. *Baptiſmi Sacramentum etiam à Chriſto celebratum non aperiebat ianuã cœli vſque ad eius paſsionem.*
28. *Circunciſionis præceptum vſque ad mortem Chriſti durauit, & ex tunc neceſsitas baptiſmi peruenit.*
29. *Excuſantur baptiſmatis neceſsitate ij, ad quos Euangelij promulgatio non peruenit.*
30. *In Sinagoga poſt Chriſti paſsionem licitum fuit aliquo tempore vti lege veteri.*
31. *Poſt congruam Euangelij promulgationem lethale, & impium fuit lege veteri vti.*
32. *Baptiſmus quid ſignificet.*
33. *Baptiſmus eſt Sacramentum regenerationis per aquam in verbo.*
34. *Baptiſmus quotuplex ſit diſputatur.*

Digitized by Google

35. *Baptiſmus triplex eſt aquæ, ſanguinis, & flaminis.*
36. *Baptiſmus ſanguinis quid ſit.*
37. *Baptiſmus flaminis quid ſit.*
38. *Verum eſſe probatur baptiſmatis ſacramentum tripliciter ab Eccleſia ſumptum.*
39. *Verba illa Ioannis. 3. Niſi quis renatus fuerit ex aqua quomodo intelliguntur.*
40. *Verba illa Pauli ad Epheſios. 9. vna fides, vnum baptiſma, & Symbolum Confiteor, quomodo intelligenda ſint.*
41. *Aquæ baptiſmus propriè dicitur ſacramentum, ſanguinis, & flaminis impropriè.*
42. *Cum primum proprij baptiſmi copiam habere poſſit, ex aliis baptizatus debet per aquam ablui.*
43. *Aquæ baptiſmus tantum eſt in præcepto.*
44. *Aquæ baptiſmo tantum caracter imprimitur.*
45. *Baptiſmus aquæ propriè tantum dicitur ſacramentum.*
46. *Sacramentum aquæ duplex eſt, ſimplex videlicet, & ſolemne, & quid vnumquodque.*
47. *Piaculum eſt de ritibus ſacramenti baptiſmatis aliquid detrahere.*
48. *Baptiſmus quamuis ſimpliciter factus propter inſtantis periculi neceſsitatis ab Eccleſia admittatur præter neceſsiatem cum ritibus celebrare neceſſe eſt.*
49. *Solemnitas in ſacramento baptiſmi, qua ratione inſtituatur cum ſufficiat ad eius perfectionem materia, forma, & miniſter.*
50. *Triplex aſsignatur ratio ad propoſitam quæſtionem.*
51. *Ritus, & cæremoniæ baptiſmi quot ſunt.*
52. *Neceſſaria ad baptiſmum tria eſſe conſtat, materiam, formam, & miniſtrum.*
53. *Materia huius ſacramenti aqua pura, & elementaris eſt.*
54. *Conuincitur error intelligentium diuinam authoritatem Ioannis. 3. videlicet Niſi ſi quis renatus fuerit ex aqua & cæt. interpretandam eſſe non de aqua pura.*
55. *Damnatur opinio dicentium aqua, & igne hoc ſacramentum fieri debere.*
56. *Reprobatur ſententia aſſerentium baptiſmi materiam fuiſſe illam, quam ex redemptionis latere profluentem, & ſic Metaphoricè aquam*

accipiendam.

57. *Niue, vel gelu baptiſmum confici non poſſe receptum eſſe.*

58. *Aqua calida, vel frigida dummodo non elaborata, nec induſtrioſa ſit, hoc ſacramentum conficitur.*

59. *Neceſſaria forma in baptiſmo à Chriſto Domino fuit inſtituta.*

60. *Neceſſaria forma in hoc ſacramento ab Eccleſia inſtituta ſunt illa verba, Ego te baptizo, In nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Amen.*

61. *Recedere à forma ſubſtantiali huius ſacramenti iniquum eſt, nec conficitur ſacramentum alias.*

62. *Pronomen (ego) in forma poſitum non eſt ſubſtantiale baptiſmo, ſed congruum, vnde traditur intellectus ad cap. 1. & vltimum de baptiſmo.*

63. *Pronomen (te) ſubſtantiale eſt baptiſmo.*

64. *Verbum (baptizo) ſubſtantiale, & neceſſarium eſt.*

65. *Verbum (in nomine) ſubſtantiale eſt, & neceſſarium.*

66. *Verba illa (Patris, & Filij & Spiritus ſancti.) ſubſtantialia ſunt, & pronunciationem neceſſariam requirunt, vnde traditur intellectus ad caput à quodam Iudæo de conſecr. d. 4.*

67. *Verba illa. (Patris, & Filij, & Spiritus ſancti) vtrum liceat mutare in æquipollentia.*

68. *Verbum illud. (Amen) non eſt de ſubſtantia ſacramenti.*

69. *Mutus non poteſt baptizare, nec ſi ipſe abluat, mancus vero referat verba.*

70. *Nemo ſe ipſum poteſt baptizare.*

71. *Si credens eſſe Mariam miniſter baptizet Petrum teneat baptiſmus.*

72. *Neceſsitate vrgenti poteſt vnus plures baptizare.*

73. *Plures miniſtri baptizantes vno tempore, ille baptizare dicitur qui prius pronunciat.*

74. *Hoc ſacramentum indiget miniſtro, & doctrina.*

75. *Sacramentum hoc, ſicut omnium primum, ita & maximè neceſſarium.*

76. *Propter miniſtri defectum, cuicunque piè permittit Eccleſia baptiſare, non tamen abſolutè.*

77. *Baptiſmi ſolemniter celebrati prior miniſter eſt Epiſcopus pro dignitate, ſacerdos pro munere.*

Digitized by Google

78. *Mortis periculo inſtante ſacerdos quilibet, vel clericus non ſacerdos miniſter dicitur.*
79. *Quæ perſonæ præferantur in baptizando declaratur.*
80. *Forma ab Eccleſia tradita ſi obſeruetur Iudæi & pagani baptizare poſſunt, nec reiteratur baptiſmus.*
81. *Traditur intellectus ad cap. ſextam Synodum, & ad cap. habeo.* 16.
82. *Vtrum baptizati ab hæreticis iuxta Eccleſiæ formam admittantur ad ordines ſine diſpenſatione.*
83. *Baptizatos à pagano vel hæretico citra neceſſitatem grauiter peccare traditur.*
84. *Sacerdotes baptizantes ſine neceſſitate abſque ſolemnitate Mortaliter peccare dicitur.*
85. *Sacerdos non baptizans infirmum ſibi commendatum, ſi ita moriatur irregularis eſt.*
86. *Laicum, vel clericum non præsbiterum ſine neceſſitate baptiſmum conferentem mortaliter peccare, & irregularem eſſe probatur.*
87. *Supradicta regula an intelligenda ſit in baptiſmo ſolemni, vel non ſolẽni.*
88. *Pater baptizans Filium neceſſitate vrgente an excuſetur ab impedimẽto.*
89. *Non baptizatus credẽs eſſe baptizatum in fide cuius baptiſmi conſequatur vitam æternam & an poſſit recipere ordines.*
90. *Principaliores effectus, & fructus ſacramenti enarrantur, & num.* 91. & 92.
93. *Per baptiſmum tollitur peccatum, & eius pœna.*
94. *Fomitem peccati non eſſe peccatum probatur.*
95. *Fomes peccati per baptiſmum virtualiter tollitur.*
96. *Fomes peccati cur non tollatur, cum & peccatum tollatur.*
97. *Duplex aſsignatur ratio ad ſupradictam quæſtionem.*
98. *Damnatur opinio dicentium poſt baptiſmum concupiſcentiam, ſiue fomitem non remanere.*
99. *Quoties Diu. Paulus hanc concupiſcentiam peccatum appellat, debet appetitum peccati intelligi.*
100. *Damnantur plures gloſſæ dicentes concupiſcentiã eſſe peccatum originale.*
101. *Vtrum peccata ita remittantur per baptiſmum: vt pœnitentiam deſiderent, & num.* 102. 103. 104.
105. *Quæ irregularitates tollantur per baptiſmum, declaratur, & nu.* 106. & 107.

108. *Animi*

108. *Animi defectus non tollitur per baptiſmum, quod dupliciter declaratur.*
109. *Habens animũ baptiſmo contrariũ non recipit characterem, nec gratiã.*
110. *Habens animum affectui contrariũ recipit characterem, ſed non gratiã.*
111. *Receſſus ab hoc peccato per pœnitentiã reddit integrum baptiſmi effectũ.*
112. *In baptiſmo ſpiritualis cognatio contrahitur.*
113. *Interuentus patrinorum in baptiſmo, non eſt de neceſsitate, ſed ex conſuetudine Eccleſiæ.*
114. *Non baptizatus quamuis baptizare ex neceſsitate poſsit non tamen patrinum eſſe permittit Eccleſia.*
115. *Qua ratione plures patrinos in baptiſmo eſſe non licet explicatur.*
116. *Patrini tenentur baptizatos in fide inſtituere, & qua ratione excuſentur.*
117. *Patrini ad quid amplius teneantur, quam ad id quod ſuperius dictum eſt.*
118. *Cognatio ſpiritualis ex Catechiſmo, & ex baptiſmo quæ ſit, & an impediat, vel dirimat, & vſque ad quem gradum extendatur.*
119. *Omnibus ad ſalutem æternam baptiſmi ſacramentum neceſſarium eſt.*
120. *Paruulos decedentes ſine baptiſmo, an ſempiterno igne concrementur, vel careant tantum viſione Dei.*
121. *Chriſtianorum eſt monere infideles vt filios baptizent.*
122. *Infidelium paruuli baptizati inuitis parentibus legitimè ſacramentum recipiunt.*
123. *Idem eſt ſi bello capti baptizentur ipſis parentibus inuitis.*
124. *Mente captus, furioſus, & dormiens quomodo baptizentur, & quibus temporibus.*

1. AD primum celebris eſt inter ſacros interpretes diſputatio, Nam Diuo Paulo, & Diu. Auguſt. magnam eſſe inter baptiſmum, & circuncisionem diſcrimẽ placuit. Paulo ad Galat. 5. Auguſt. in c. ex quo 6. de conſecr. d. 4. Diuo tamẽ Gregor. & Innocentio. III. pontifici vtrum fuit circuncisionem baptiſmo comparari, vt conſtat ex c. quod autẽ 5. de conſecr. d. 4. & c. Maiores verſiculo.

2. Ad id aliter reſpondemus de baptiſmo, ad quorum interpretationem meminiſſe oportebit 1. ab orbe cõdito fuiſſe legem naturæ vſq; ad Moysẽ, à Moyſe autem incepiſſe legem ſcripturæ vſque ad Chriſtum redemptorem à quo incipit lex gratiæ.

Secundo circuncisionem quadraginta annis ante Moyſem fuiſſe inſtitutam tempore Abrahæ cũ quo Deus omnipotens perſpexit ex ſemine ſuo venturum eſſe Chriſtum. Geneſeos. c. 17. & inde circuncisio inſtituta fuit iuſtiſſimis ex rationibus vt ſic diſcerneretur Abraham, & eius ſemen ab aliis mundi nationibus, & in ſignum illius fœderis, & propter nimiam eius reli- 3.

gionem, & obedientiam, vt latius explicant infra referendi.

4. Quod licet naturæ lex durauerit vſque ad Moyſem circuncißio (vt diximus) inſtituta fuit annno 2048. quo tempore facta fuit Abrahæ promiſſio Geneſ. c. 17. propter ſummam eius religionem & obedientiam. Geneſ. c. 12. & 15. & alias rationes congeſtas à Diu. Tho. 3. part. q. 70. & à Soto d. 2. q. 1. art. 1. & 2. & à Turrecremata in dicto. c. ex quo. & aliis infra allegandis.

5. Quarto ex illa primi parentis maculain poſteros transfuſa omnem hominem ex maris, & fœminæ coniunctione propter infectam originis radicem in mortales traductā procreatū purificari & ablui neceſſarium fuiſſe. c. firmiſſimè 3. c per aquā 9. c. propriè 12. c. vt oſtenderet 183. c. regenerante 136. c. quiſquis ex concupiſcentia 137. de conſecr. d. 4. c. Maiores in principio & per totum de baptiſmo. Florēt. de ſacram. baptiſmi. Trident. ſeſſ. 7. de baptiſmo à Canone 1. cum ſequēt.

6. Inde effectum eſt, vt omni totius legis tempore omnibus naturaliter inſitum ſit, ſacrificiis illam maculam abluere, & ita lex naturæ per ſacrificia, lex ſcripturæ per circuncißionem, lex gratiæ per baptiſmum, maculam delere ſemper intendit Eccleſia, & ita docuit Gregor. in d. c. quod autem, & ſignificat Auguſt. in dicto. c. ex quo, & ante eos Diuus Paulus ad Galatas. 5. ad Romanos 8. & 10. cum aliis infra.

7. Quinto, illam originalis propagationis maculam ex veteris legis circūciſionis aſpergi & purgari, quoad eos qui de Abrahæ ſtirpe prodierunt, vt conſtat ex dicto c. 17. Geneſ. & ex Diuo Paulo ad Galat. 2. & 5. ad Romanos 4. ad Epheſios. 2. & apertè docuerunt Aug. & Gregor. in dicto. c. ex quo, & in dicto. c. quod autē & Inno. 3. in d. c. Maiores in principio, & §. 1. & 2. & ita conueniunt Theologi, & Pontificij interpretes ſtatim allegandi.

Sexto circuncißionem ſicut & alia antiquæ legis legalia, & ceremonialia poſt Chriſtum Dominum non ſolum ceſſaſſe, ſed mortifera, & damnoſa eſſe, à Diuo Paulo frequenter expreſſum eſt ad Galat. 5. In Chriſto nec circūciſio aliquid valet, nec percuſſio, ita apertè ſignificant Gregor. & Auguſt. in dicto c. quod autem, & in dicto ex quo de conſecr. d. 4. Innocent. 3. in dicto c. Maiores de baptiſmo, & ita receptiſſimum eſt à Theologis, & à Pontificiis, à Diuo Thoma 3. part. q. 70. art. 1. & 4. à Victoria in ſumma num. 10. à Caſtro aduerſus hæreſes libro 3. hæreſi 5. à Canone pœnitentia 1. relectione. part. 1. Sot. in 4. d. 2. q. 2. art. 4. Medina, 1. 2. q. 103. art. 2. Ricardo, Tapero. 2. tom. art. 2. Alano de ſacramentis. c. 31. & 39. cum aliis infra. 8.

Septimo, anre Chriſti paſſionē cōparari circuncißionem quo ad peccati originalis purgationem diuino baptiſmo plures ſunt qui ita affirmant. 9.

Gratiam autem an conferat vti baptiſmus maxima diſputatio eſt. quoniam altera opinio eſt circūciſionem non conferre gratiam, & ita ex Diuo Paulo ad Galat. 2. 4. & 5. colligebāt veteres Theologi, inter quos ita communis fuit, vt nemo contrarium affirmare auderet, & ita ſequūtur gloſſam in c. quod autē 5. verbo (Aqua) de cōſecr. d. 4. & ex multis probat Alanus dicto c. 39. & ita videtur probare Aug. in d. c. ex quo iuxta veriorem lectionem, 10.

Digitized by Google

& quod amplius eſt ita videtur definitum in Conc. Florent. de ſacramentis in principio, vbi docuit veteris legis ſacramenta non conferre gratiam, ergo nec circuncisio conferebat, ſiquidem à Florent. non excipitur.

11. Altera opinio contraria eſt gratiam conferre ex dicto c. quod autem, vbi cõparatur effectus baptiſmi ante Christum effectui baptiſmi, poſt Christum idem docuit Innocent. 3. in dicto cap. Maiores verſiculo. ad id. & ita reſoluit contra gloſſam in dicto c. quod autem. Turrecremata in dicto c. ex quo n. 11. & eſt communis à Diu. Thoma vſque ad nouiſſimos Thelogos ſecũdum Canum. Sot. & Medinam vbi proximè & Caſtro qui affirmat ex pacto diuino circuncisionem ante Christum gratiam conferre.

12. In qua difficultate. tertia eſt opinio gratiam vtique conferre, ſed nõ adeo copioſam, nec eo modo quo diuinus baptiſmus eam confert. ita probant ex ſuperioribus authoritatibus, quia circuncisio erat ſignaculũ fidei vt docuit Diu⁹ Paulus, & ſequitur Aug. in dicto c. ex quo, & gratiam conferebat in figura ſanctiſſimæ paſsionis, ſacroſanctus autem baptiſmus gratiã ex opere operato ipſius ſacramenti. Et ad totius tractatus cognitionẽ meminiſſe oportebit gratiam conferre ex opere operato, quod hodie apud claſsicos frequentiſsimum eſt veteribus Theologis, & Eccleſiaſticis Doctoribus incognitum fuiſſe, ab Innoc. 3. tamen receptum eſt de ſacrificio Miſſæ lib. 3. & iam à Trident. confirmatum ſeſſ. 7. de ſacram. canone 8. quod ita accipiendum eſt Deum ipſam gratiam cõferre non ex fide, nec merito hominum, ſed ex ipſo ſacramenti opere, quo vtitur tamquam inſtrumento, & inde ſacramenti habet vim .non ex fide, neque alia hominum virtute, ſed ex ipſa Dei inſtitutione, & ita vocant, opere operato.

Quibus ita compoſitis cõmunior ſẽtentia eſt ante paſsionẽ Christi circũcisionem gratiã conferre, non tamẽ ex opere operato. ita omnes, à Victoria. Cano. Soto. Cauro, Medina vbi ſupra Oſio c. 34. Sõnio c. 23. Caniſio in Catecheſi de primi hominis lapſu in principio, & §. 3. Turrecremata in dicto c. ex quo n. 10. & 13. quamuis ibi in alia ſignificatione operis operati cõtendat probare eam gratiam conferre circũcisionem, ſed verior eſt interpretatio ſuperius explicata ſecundum relatos, & Alanum c. 31. ex qua vera interpretatione interpretãdus eſt. Diu. Paulus ad Romanos à c. 34. & 10. ad Galat. c. 2. 4. & 5. & text. Florent. negans gratiã conferre antiqua ſacramenta, nẽpe ex opere operato, quia circuncisio gratiã conferebat, ita etiam interpretandus eſt text. in dicto c. quod autem, & in dicto c. Maiores & ita accipiendus eſt text. difficilis in dicto cap. ex quo, qui triplicem habet lectionem. 13.

Prior eſt, quod eſt ſignaculum fidei, iuſtitiæ ad ſanctificationem ita in antiquis decretis, & in nouis recepit doctiſſimus Ant. Concius. Secunda eſt ad purgationẽ vt rectè probat Alanus dicto c. 39. Tertia eſt ad ſanctificationem vt in bonis Auguſt. originalibus receptis à Victoria. Cano. Soto. & Medina, & hodie confirmatis ex Romana emendatione, à qua iam recedere nõ licet ex Greg. XIII. edicto, & inde tollitur difficultas, quoniam Diu. Aug. 14.

Digitized by Google

aperte conſtituit diferẽtiam inter cir-
cuncisionem,& baptiſmum, quia illa
ſanctificat: iſte animas Deo cõſecrat.
eſto tamen probabilior eſſet prima le-
ctio ad ſanctificationem accipenda e-
rat impropriè ſicut in cap. aqua 20. de
conſecr. d.3. vt diximus in definitione
ſacramenti.

15. Inde etiam non obſtat, quod circũ-
ciſio ſi gratiam conferat qua ratione
cœlorum ianuam non aperiebat.

16. Quoniam reſpondendum eſt, ex
primi parentis lapſu proditum fuiſſe
duplex impedimentum, alterum per-
ſonæ, alterum naturæ.

17. Ex circunciſione itaque tollebatur
impedimentum perſonæ nõ tamẽ al-
terum naturæ vſque ad ſanctiſſimam
Chriſti paſsionẽ,& ita doctè explicat
Turrecremata in dicto c. ex quo num.
10.& 11. Sot. & alij ſupra.

18. Ex quibus omnibus liquido appa-
ret circunciſionem contuliſſe gratiã,
non tamen eodem modo, nec adeo
perfectam nec copioſam, poſt diuinũ
tamen baptiſmum eſſe lethalem, &
mortiferam,& ſic abſoluitur primũ.

19. Ad ſecundum, de Ioannis baptiſmo
affirmandum eſt Ioannis baptiſmum
non fuiſſe verum ſacramentum, nec
adeo efficax ad æternam ſalutem, quia
baptizabat aqua duntaxat, non ſpiri-
tu ſancto c.1. Ioannis. textus in c. De-
dit baptiſmum 46.1.q.1. c. aliud 38.&
non regenerabantur 135. d. 4. Tridẽt.
ſeſſ.7. de baptiſmo. Canone 1. Diuus
Thom. 3. p. q. 38. art. 1. & in 4. d. 2.
vbi. Sot. q. 2. art. 1. Sonnius de baptiſ-
mo c. 23. Oſius c. 36. Alanus c. 13. 18.
latiſsimè Card. Areſceni de baptiſ-
mo. c.7.& 8. Cucus lib.5. tit.2. à n.144.

20. Vnde primo deducitur Ioan. Ba-
ptiſmum non fuiſſe Chriſti baptiſmũ,
& ideo baptiſmus à Iuda præſtat ba-
ptiſmo Ioannis, vt in dicto c. dedit &
explicat eleganter Oſius,& alij ſupra.

Secundo ibi deducitur non fuiſſe 21.
Ioannis baptiſmum, verum ſacramẽ-
tum, ſed ſacramentale præparans ad
baptiſmum vt docuit Thomas dicta
q. 38. art. 1. ab aliis receptus quamuis
in 4. d. 2. contrarium velit probare.

Tertio deducitur Ioannis baptiſmũ 22.
gratiam non contuliſſe vt probatur in
d. c. Dedit, in dicto c. aliud. in dicto c.
Non regenerabantur, & idcirco à
Ioãne baptizatos indiguiſſe baptiſmo
Chriſti, ita receptiſſimum eſt, ab om-
nibus ſupra relatis.

Vltimo inde declaratur Appoſtolos 23.
& Chriſti diſcipulos non ſolum Ioan-
nis baptiſmo (vt plures affirmant) ſed
Chriſti baptiſmo conſecratos fuiſſe vt
verior eſt ſententia Diui Ambr. de ſa-
cramentis lib.3. c.2. Diuus Aug. Epi-
ſtola 108. Sot. vbi ſupra,& art.3. Tho.
art.6. Alanus c.11. ſic ſoluitur ſecundũ.

Ad Tertiũ de baptiſmi inſtitutione 24.
plures ſunt ſpecies. Prior eſt baptiſmi
ſacramentum inſtitutum fuiſſe à Ioã-
nis baptiſmo, ſiquidem Ioannes Dei
inſtitutione miſſus eſt ad prædicandũ
baptiſmum,& pœnitentiam Ioan. c.1.

Secunda opinio eſt inſtitutum fuiſſe
poſt illud ſecretum Chriſti cũ Nico-
demo colloquium vbi docuit quod
niſi quis renatus fuerit ex aqua,& ſpi-
ritu ſancto. Ioan. c.3.

Tertia opinio eſt inſtitutum fuiſſe
quando ipſe Chriſtus baptizatus fuit,
& inde diſcipuli baptizabant Ioan. c.
4. Quarta opinio eſt in ſanctiſsima
Chriſti paſsione, quando dixit. Con-
ſummatum eſt. Ioan. 19.

Quinta opinio eſt inſtitutum fuiſſe poſt-reſurrectionem, quando dixit (ite in vniuerſum mundum, docete omnes gentes baptizantes eos in Nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Amen.) Matthæi 28. Marci vltimo.

Sexta opinio eſt inſtitutũ fuiſſe quãdo Euangelium promulgatum fuit legitimè quoniã, & poſt reſurrectionem & poſt illud Chriſti præceptũ, Docete omnes gentes, &c. conſtat diſcipulos Circunciſione vſos fuiſſe, & aliis legalibus. Actuum Apoſtolorum c. 15. & 21.

25. Quare propter rei difficultatem dixerunt ſancti, & grauiſſimi Authores vanum eſſe de momentis inquirere, quando de ſubſtantia perfectè conſtat.

26. Vnde veriſſima eſt ſententia, baptiſmi ſacramentum inſtitutum fuiſſe cum primum ſanctiſſimum Chriſti corpus aquas Iordanis tetigit Ioan. 4. eius tamen neceſſitatem, & obligationem incepiſſe à ſanctiſſima eius paſſione, & reſurrectione, & ita intelligitur c. dedit & c. aliud, & c. non regenerabantur, de conſecr. d. 4. ita ex Beda, & aliis docuit Thom. 3. part. q. 66. art. 1. Victoria de baptiſmo num. 10. Sot. d. 2. quæſt. 2. art. 2. & 3. Medina 1. 2. quæſt. 103. art. 4. Sonnius c. 23. Alan. c. 13. Tur. Crem. dicto c. aliud num. 8. de conſecr. d. 4. Card. Areſceni vbi ſupra, Ricardus Tapetus 1. tom. art. 2. folio 28. latè idem Soto de iuſtit. & iure. lib. 2. quæſt. 5. art. 4. d. 3. quæſt. vnica art. 2. & 3. Caniſius in Catecheſi de baptiſ. art. 1. & 2.

27. Ex qua propoſitione obſeruandum eſt primo baptiſmi ſacramentum ante paſſionem inſtitutum vſque ad paſſionem in Conſilio tantum fuiſſe, & inde licet efficaciam ab ipſo Chriſto, in genere cauſæ finalis, non tamen cœlorum ianuam apeuiſſe vſque ad paſſionem.

Secundo obſeruandum eſt ea ratione Circunciſionis præceptum duraſſe vſque ad paſſionem, & poſt paſſionem extinctum eſſe, & incepiſſe baptiſmi neceſſitatem. 28.

Aqua tamen excuſari eos, ad quos Euangelij promulgatio non peruenerat patet. 29.

Tertio obſeruandum eſt inde vt Synagoga cum honore ſepeliretur licitum fuiſſe aliquo tempore poſt paſſionem vti lege veteri ex Diu. Auguſt. & communiori, quamuis Hieronymus contrarium teneat, qui in aliis cum Auguſt. conuenit. 30.

Quarto obſeruandum eſt poſt congruam Euangelij promulgationem lege veteri vti, lethale & impium eſſe, & ita omnes conueniunt, & abſoluitur Tertium. 31.

Ad quartum, quid ſit baptiſmus, iam ex ſuperioribus liquido conſtat baptiſmum ſignificare exteriorem corporis ablutionem, quoniam ſicut aqua corporis ſordes, & maculę mundantur & corpus mundo decoratur, ita baptiſmi ſacramento interior purgatur culpa, & anima Deo conſecratur, idcirco conuenienter in aqua conſtitutum fuit ſacro-ſanctum baptiſmi ſacramentum, quod eſt primum, & maximè neceſſarium, quo à primo parente infecti renaſcimur in Chriſto docente neminem ex aqua & ſpiritu ſancto non renaſcentem in Dei regnum introire poſſe. Ioan. 3. 32.

Digitized by Google

Matth. 18. ſacro enim baptiſmo renouatur homo,& ex terreſtri efficitur cæleſtis,& Deo conſecratur c. 1. c. firmiſſimè 3. c. ex quo 6. c. per aquam 9. cum multis ſequentibus de conſecr. d. 4. c. Maiores de baptiſ. Florent. de baptiſmo Lateranenſe c. 1. Trid. ſeſſ. 5. de peccato originali §. ſi quis paruulos ſeſſ. 7. de baptiſ. Canone 2. In hac itaque ſignificatione baptiſmi ſacramentum variè definitur à gloſa in dicto c. 1. & ibi à Turr. Crem. & omnibus Theologis in 4. d. 3. ab Oſio c. 36. Sonnio c. 6. Alano. c. 20. Nauar. c. 22. in principio. Card. Areſceni de baptiſ. c. 1. & 5. illa tamen communior eſt.

33. Exterior corporis ablutio facta cum præſcripta verborum formula ita probatur ex c. detrahe. 55. 1. quæſt. 1. c. 1. c. firmiſſimè 3. c. per aquam 9. cum ſequentibus de conſecr. d. 4. dicto c. maiores,& ex textu in c. in quadam §. cæterum de celebratione miſſarum, ita placuit Diu. Thom. 3. part. quæſt. 66. art. 1. recepto ſecundum Sotũ quæſt. vnica art. 1. Cucum lib. 5. art. 2. num. 3. hodie tamen appoſitè definitum eſt à Catechiſmo Romano in principio de baptiſmo, quod eſt ſacramentum regenerationis per aquam in verbo, quod probatur ex eiſdem iuribus, & recepit idem Cucus, & inde ſupra relati plura explicant infra diſputãda,& ita abſoluitur quartũ.

Ad quintum quotuplex ſit grauis
34. inter ſacros interpretes diſputatio eſt quoniam vnum dumtaxat eſſe ſacramentum baptiſmi conſtat ex 4. & 3. quæſt. ſupra explicatis, quia in aqua ſolum inſtitutum fuit docente Chriſto, Niſi quis renatus fuerit &c. Ioa. 3. & c. 1. cum ſequentibus de conſecr. d. 4. c. maiores de baptiſmo textus in dicto c. in quadam §. cæterum de celebrat. Miſſarum, & Pauli ad Epheſios c. 4. vna fides, vnum baptiſma,& in Symbolo confiteor vnum baptiſma, ergo eſt vnum duntaxat.

Contrarium tamen probatur quia 35.
in diuina ſcriptura ſæpè commendatur ſanguinis & flaminis.

Baptiſmus ſanguinis eſt quando 36.
propter nimium Chriſti amorem, antequam per aquam baptizari poſſit quis martyrio condemnatur. Ioan. in Apocalypſi c. 7. lauerunt ſtolas ſuas in ſanguine agni. Lucæ c. 17. baptiſmo quo ego habeo baptizari. Marci 10. poteſtis baptizari baptiſmo quo &c. vbi loquitur de ſanctiſſima paſſione. Paulus ad Hebræos 6. baptiſmatum doctrinæ, ergo plura ſunt.

Flaminis eſt quando vehementi 37.
animi deſiderio non eſt baptiſmi copia,& antequam voti compos ſit moritur dicitúrque flaminis, quia ille cordis motus ab ſpiritus ſancti flamine inſpiratur,& ita in c. firmiſſimè 15. quæſt. 1. in c. baptiſmi vicem 33. cap. Catecumenum 36. de conſecr. d. 4. c. debitum de baptiſmo c. veniens de præſbytero non baptizato gloſa, & communis de vtroque diſputant.

Quare vera, & Catholica propoſi- 38.
tio ſit ab Eccleſia triplex receptum eſſe ſanguinis,& flaminis, & aquæ ita ex iuribus probant ibi gloſ. & communis & docuit Thom. 3. part. quæſt. 66. art. 11. & 12. & à Victoria de baptiſmo num. 24. Sot. d. 3. quæſt. vnica art. 11. & d. 5. quæſt. 2. art. 1. Decanus Lobanienſis 1. tom. art. 2. fol. 29. Oſius dicto c. 36. Card. Areſceni c. 3. & 4.

Nauar.c.22.n.5. Couar.in c.alma mater 2.part. §. 2.num.7.Cucus lib.5.tit. 12. nu. 8. cum ſequentibus.

39. Ex qua propoſitione. Primo deducitur Euangelij authoritatem Ioan.3. niſi quis renatus fuerit &c.interpretandam eſſe actualiter, re, voto, vel animo, ſecundum Thom. & alios, quoniam ſicut dixit (niſi quis renatus fuerit) ita etiam dixit (qui me confeſſus fuerit coram hominibus, confitebor,& ego eum corã patre meo,& deinde qui odit animã ſuam &c. Lucæ 14. Matthæi 18. vt latius dicto lib.6.

40. Secundo,deducitur Pauli ad Epheſios 4. authoritatem.vna fides,vnum baptiſma,& Symbolum. Confiteor vnum baptiſma intelligi vnum duntaxat à Chriſto fuiſſe inſtitutum per aquam, cuius tamen defectus poterit ſupplere ſanguinis,& flaminis baptiſmus, & eadem ratione interpretanda eſt Pauli authoritas ad Hebræos 6. baptiſmatum doctrinæ,quoniam ſanguinis, & flaminis baptiſmata includuntur aquæ baptiſmo.

41. Tertio,deducitur aquæ baptiſmum eſſe propriè ſacramentum, ſanguinis, & flaminis baptiſmata impropriè, nec concurrunt in genere ſigni, ſed in effectu, quia cum propriè baptiſmi copia haberi non poteſt, illius defectum inſtante neceſſitate ſupplent ſanguinis,& flaminis baptiſmata, & ita apertè ſignificant verba dicti c. firmiſſimè & dicti c. Baptiſmi vicem, & dicti c.Cathecumenum, textus in dicto c. debitum,vbi ex illo baptiſmate ſaluantur non in ſacramento fidei, ſed in fide ſacramenti.

42. Quarto deducitur cum primum proprij baptiſmi copiam habere poſſit ex aliis baptizatus debet per aquã ablui, Actuum Apoſtolorum c. 10. & 11. vbi Paulus poſt flaminis baptiſmum fuit ab Anania baptizatus, ita intelligendus eſt textus in dicto c.Cathecumenum,textus in c.quando 128. de conſecrat.d. 4.

Quinto, deducitur ſolum aquæ baptiſmo eſſe in præcepto. 43.

Vltimo,deducitur inde ſolum ex aquæ baptiſmo characterem imprimi 44. non ex aliis,& ideo ex illis non impeditur reiteratio vt latius explicant ſupra allegati & nouiſſimè Ledeſma,In ſummarium 4. de baptiſmo 4. & 8. difficultate.

Supereſt itaque aquæ baptiſmum 45. propriè ſacramentum eſſe vt probant illa iura & textus in c.1.cum ſequentibus de conſecr. d. 4. in c. maioris de baptiſmo,textus in dicto c.in quadam §. cæterum de celebratione miſſarum & Florent. & Trident. ſeſſ. 7. de baptiſ. canone 2. in aqua conuenienter inſtitutum fuiſſe probant ſupra relati Authores, & octo rationes explicat Cyrinus in 3.Catecheſi quas locupletarunt ex diuinis,& profanis teſtimoniis Petrus Gregorius Syntagmatum iuris lib. 2. c.4. de baptiſ. num. 6. vbi explicant etiam, creditum antiquis expiari aqua, crimina poſſe.

Vnde proditum ſit aquæ.itaque ſacramentum duplex eſt,alterum ſimplex, alterum ſolemne, ſimplex dicitur etiam neceſſarium materia,& forma,& miniſtro conſiſtens,abſque alia ſolemnitate propter inſtantis periculi timorem celebratum in c. ſi quis 15.c. venerabilis 16. c. baptizandi c. conſtat cum ſequentibus de conſecrat.d. 4. Solemne eſt cum præter neceſſa- 46.

riam formam adiungitur ritus ab Eccleſia inſtitutus cum Catechiſmis, & exorciſmis, & aliis, ſolemnibus per Eccleſiam receptis de quibus conſtitutum eſt in c. ſiue paruuli 52. c. poſtquam 6. cum multis ſequentibus de conſecr. d. 4.

47. In quibus obſeruandum eſt, quod poſtquam ab Eccleſia fuerint illi ritus approbati, ab illis recedere, vel ex illis detrahere piaculum eſſe Trident. ſeſſ. 7. de ſacram. canone finali.

48. Deinde obſeruandum eſt quod licet baptiſmus ſimpliciter factus propter inſtantis periculi neceſſitatem, rectè ab Eccleſia admittatur ex dicto c. ſi quis 15. cum ſequent. de conſecr. d. 4. præter neceſſitatem autem baptiſmum ſolemnem cum ritibus, & cæremoniis celebrare neceſſe eſt ex dicto c. poſtquam cum ſequentibus, & ex Trid. dicto canone finali, & ex Catechiſmo Rom. de baptiſmo §. de ritibus, & cærem.

49. Vnde interpretes Theologi, & Pontificij inquirunt primo qua ratione hæc ſolemnitas ab Eccleſia inſtituatur cum baptiſmi ſacramentum ex materia, forma, & miniſtro legitimè perficiatur, & hæc in ſimplici baptiſmo conuenire neceſſe ſit, & plures rationes aſſignant, quas ad tres reducit Oſius c. 37. & explicat Petrus Gregorius dicto c. de baptiſmo nu. 9.

50. Prior eſt vt tanto maiore cum pietate, & reuerentia baptiſmi ſacramentum veneretur. Secunda, vt per illas cæremonias, benedictiones & exorciſmos poteſtas Dæmonum arceatur. Tertia, vt rudiores ex illis inſtruantur, vel ſaltem inſtrui deſiderent, & per illos ritus externos & viſibiles ad inuiſibilium cognitionem facilius perducantur.

Deinde inquirunt quot ſint ritus, & cæremoniæ, & videtur reſpondiſſe Pontifex in c. 1. verſiculo ſatis 30. q. 1. cuius verba ſunt, (ſatis quod ſicut ſeptem ſunt dona ſpiritus ſancti, ita ſeptem ſunt dona baptiſmi) vnde gloſ. ibi baptiſmi ſolemnitatem ſeptem cæremoniis concludit, gloſ. etiam in c. contracto de cognatione ſpirituali, & communis in vtroque loco, Diu. Thom. dicta quæſt. 66. art. 1. Sot. d. 3. quæſt. vnica art. 1. d. 6. q. 2. art. 2. Sonnius c. 20. Oſius, & Petrus Gregorius vbi ſupra, omnium ſignificationes explicat doctè rationale diuinorum lib. 6. c. 82. à num. 9. & poſt Trident. nouiſſimè Theſaurus ſacerdotalis 1. part. in principio, & B. Ledeſma in ſummarium 4. de baptiſmo difficultate 24. Cucus lib. 5. tit. 2. à nu. 23. & 102. & alij ſupra, & ita abſoluitur quintum. 51.

Ad Sextum, quæ ſint neceſſariæ eius partes ex ſuperioribus ſatis conſtat eſſe tres, materiam, formam, & miniſtrum de ſingulis diſputandum eſt. 52.

Propriam baptiſmi materiam aquæ elementum eſſe ſatis repetitum eſt, & conſtat diuina traditione, ita non ſignificabat Ioannis baptiſmus in aqua Ioan. c. 1. & ita docuit ipſe Chriſtus Ioannis 3. niſi quis renatus ex aqua, aquam intelligiſſe putam, & naturalem omnes interpretes ſacri, & ſcholaſtici ſecurè affirmant c. detrahe. 55. 1. quæſt. 1. c. 1. cum multis ſequentibus de conſecr. d. 4. c. 1. c. maiores c. vt apponeres de baptiſmo, textus in c. in quadam. §. cæterum 53.

de

de celebrat. Miſſarum. ita definitum eſt, in Florent. de baptiſmo in Trid. ſeſſ. 7. de baptiſmo canone 2. & ita conueniunt omnes infra allegandi.

54. Ex qua vera traditione. Primo deducitur apertè erraſſe omnes aliter interpretantes diuinam illam authoritatem, quia vt in præcedentibus diximus in aqua pura, & elementari baptiſmi ſacramentum inſtitui ratione, & lege conſiſtit, vt ex his rationibus probauit Cyrinus, & explicauit Petrus Gregor. vt proximè diximus poſt Diu. Thom. & alios infra.

55. Inde ſecundo, ab Eccleſia receptum eſt legitimè confici in aqua ſine igne vt opinati fuerunt veteres ab Auguſt. damnati de hæreſibus c. 59. malè proſpicientes diuinam authoritatem Matthæi 3. (in ſpiritu ſancto, & igne) quo hodie vtuntur Græci, & Orientales ſub Preſte Ioanne vt refert B. Ledeſma difficultate 4.

56. Inde etiam damnantur dicentes baptiſmi materiam fuiſſe illam aquam ex redemptoris latere profluentem, inde etiam condemnantur accipientes aquam Metaphoricè vt in Trid. definitum eſt ſeſſ. 7. de baptiſmo canone 2. Metaphoricè inquam, quia explicant aquam eſſe gratiam ex illo Ioan. 4. (fiat in eo fons aquæ viuæ ſalientis in vitam æternam) & Ioan. 7. (ſi quis ſitit veniat ad me) quia in baptiſmo accipitur aqua materialiter pro aqua pura, & elementari.

57. Inde, tertio deducitur aquam ſimplicem, & naturalem eſſe baptiſmi materiam, ſi ipſius aquæ propriam retinet formam, & idcirco quamuis in niue vel gelu baptiſmum non confici receptum ſit, at verò ſi reſoluitur in aquam puram rectè conficitur, & ſecurè aſſirmandum eſt.

Inde, quarto deducitur aquam in ſua ſpecie ſiue frigidam ſiue calidam eſſe nihil intereſſe quia magis puerorum ſaluti, quam ſacramenti ſignificationi deſeruit, vt nominatim definitum eſt in Florent. quoniam id potiſſimum inſpicitur quod aqua naturalis ſit, non tamen artificialis, nec per induſtriam elaborata. Vnde excluditur aqua roſacea, vel limphata, aut odorifera per induſtriā deſtillata, eodémque iure corporis excrementa, nempe lachrymæ, ſudor & ſimilia, eadémque ratione excluditur, cerucia, & alij ſuccus extracti ex hordeo, vel pomis, & alij liquores potabiles, & ita ſunt interpretanda iura ſuperius allegata ex Diu. Thom. 3. part. quæſt. 66. art. 3. & 4. & omnibus in 4. 3. d. ibi Sot. quæſt. vnica art. 4. & d. 6. q. 2. art. 2. Caſtro aduerſus hæreſes, verſiculo baptiſmus hæreſi 1. cum ſequentibus; Sonnius de baptiſmo c. 20. Alanus c. 13. & 18. Oſius c. 36. Caniſius in catecheſi de baptiſmo art. 2. & 4. Decanus, Lobanienſis 2. tom. folio 265. Nauar. c. 22. à num. 5. Cecus dicto tit. 2. à num. 2. 58.

Conſtituo vtriuſque baptiſmi ſimplicis, & ſolemnis eandē eſſe formam neceſſariam, diuerſam tamen eſſe ſolemnem, neceſſaria itaque ab ipſo Redemptore præſcripta fuit Marci vltimo, Matthæi 28. baptizantes eos in nomine Patris & Filij, & Spiritus ſancti. 59.

Inde ab Eccleſia inſtitutum eſt vt neceſſaria baptiſmi forma ſit. (Ego te baptizo in nomine Patris & Filij, & 60.

Rr

Spiritus ſancti. Amen.) & ita receptum eſt ex c. ſi qui 27. c. quamuis 28. cum ſequentibus c. ſi reuera c. in Synodo c. 75. cum ſequentibus de conſecrat. d. 4. c. 1. de baptiſmo canone 4. & ita receptiſſimum eſt, ſecundum omnes infra referendos, & ita quando à Ioanne Chriſtus baptizatus eſt. Ioannis 4. tres perſonas conſtat interueniſſe. Patrem in voce, Filium in carne, Spiritum ſanctum in columba.

61. Vnde ſacra Eccleſiæ inſtitutione verum baptiſmi ſacramentum ea forma conficiendum eſſe Sancti Patres docuerunt, & ſanctis Conciliis definitum eſt, itaque ab ea recedere impium eſt ex eodem Trident. ſeſſ. 7. de ſacramentis in genere canone finali, & de baptiſmo dicto canone 4. quod tamen ſanè accipiendum eſt quando recederet à forma ſubſtantiali, ac proinde verior propoſitio eſt aliis omiſſis, mutationem, quæ ſubſtantiam, ſententiam, vel illius formæ ſenſum non immutaret, baptiſmi ſacramentum non detrahere, ita intelliguntur ſuperiora iura, & cap. retulerunt eadem d.

Ex qua propoſitione primo deducitur illud pronomen (ego) non eſſe
62. ſubſtantiale ſed congruum & ideo recipitur forma à Græcis, & Orientalibus approbata (baptizetur ſeruus Chriſti, vel baptizet te Chriſtus in nomine Patris, &c.) quia cum in principio Eccleſiæ viderent aliquos iactantes baptizatos eſſe à Paulo, alias à Lepha vel à .i ad Corinth. c. 1. hanc neque viderentur authoritatem præſtare miniſtro baptizanti, illa forma vſi ſunt, de qua licet dubitauerit Diu. Thom. in 4. d. 3. q. 1. art. 2. poſtea approbat 3. part. quæſt. 66. art. 5. & ab omnibus receptum eſt, & tandem in Florent. ſic definitum. Vnde interpretandus eſt textus in c. 1. de baptiſmo, vbi ex defectu verborum baptiſmum non eſſe reſpondet textus, ſed intelligendum eſt defectum non conſiſtere in pronomine (ego) ſed in illis verbis (te baptizo) inde etiam interpretandus eſt textus in c. finali de baptiſmo, quia ibi non damnatur forma à Græcis obſeruata, ſed damnatur vſu Græcorum rebaptizantium eos, qui à Latinis iuxta noſtram formam baptizati ſunt.

Secundo deducitur illud pronomen (te) neceſſarium, & ſubſtantiale 63.
eſſe, quia eſt ſubiectum ipſius baptiſmi, & Chriſtus inſtituerat baptizantes eos &c. in quo omnes conueniunt.

Tertio deducitur verbum (baptizo) neceſſarium, & ſubſtantiale eſſe 64.
ex ipſa inſtitutione, & ex ipſo actu, & inde eius omiſſione non perficeretur baptiſmus, perficitur tamen ex æquipollenti (lauo vel abluo.)

Quarto deducitur verbum (in nomine) ſubſtantiale & neceſſarium eſſe 65.
ſiue referatur ad fidem vt probat Hugo, ſiue ad inuocationem vt placet magis, ſiue ad poteſtatem, & authoritatem, vt firmat Diu. Thomas cum communiori, & inde ſi diceret (in nominibus) ſacramento detraheret, quia non aſſiſtit perſonaliter ſed eſſentialiter vt omnes affirmant.

Quinto, deducitur (Patris, & Filij, 66.
& Spiritus ſancti) pronunciationem neceſſariam eſſe, & ſubſtantialem, ita quod neque implicitè, nec per aliam relationem exprimi poſſe, verior, & communior ſententia ſit, quia ita à Chriſto inſtitutum fuit, & ab Eccleſia

Digitized by Google

præceptum. Vnde ſi diceret (Trinitatis) non eſſe baptiſmum omnes affirmant præter Caieta. & ſic eſt Textus intelligendus in c. à quodam 23. de cõſecr.

4. vbi probatur baptiſmus in nomine (Trinitatis) quia ibi refertur Trinitas implicitè, quamuis actualiter fuerit in baptiſmo explicitè nominata iuxta Eccleſiæ formam. Inde etiam quamuis in nomine Chriſti aliquando in Eccleſia primitiua baptizatum fuiſſe probatur, Actuum Apoſtol. c. 8. & in dicto c. à quodam Iudæo hodie non perficeretur baptiſmi ſacramentum, in quo omnes conueniunt, & ita contrarios intellectus referunt ad illum textum, ſed communior eſt factum illo tempore fuiſſe ex diſpenſatione diuina, quia religioni conueniebat ad erudiẽdos populos nempe Iudæum, & Gentilem.

67. Sexto inde deducitur non licere nomen (Patris, Filij, & Spiritus ſancti) mutare in alias relationes etiam Catholicas, & ſignificãtes, nempe (in nomine genitoris geniti, & procedentis) contrarium tamen probatur ex Conc. Florent. generaliter admittente baptiſmum in actu, ex quo declaratur ipſum ſacramentum, & ex Diuo. Ambroſ. & aliis ex quibus probat gloſ. in canone multi 81. de conſecr. d. 4. tentat Paludanus in 4. d. 3. quæſt. 1. firmant Caiet. & Victor. nu. 14. M. Ledeſma 7. quæſt. art. 6. dubio 9. prior tamen verior eſt, & magis recepta quia ita ab ipſo Chriſto inſtitutum fuit per illa verba fidelibus magis nota, ſicut deſignata fuit materia per aquam, quæ ad alios vſus communior eſt, ita forma à Chriſto inſtituta fuit in illis verbis explicantibus diuinas perſonas per verba magis nota, & communiora, ac proinde ſaltem ſub conditione, ſi non eſt baptizatus baptizandum eſſe reſoluit maior interpretum pars in 4. d. 3. vbi Sot. quæſt. vnica art. 5. columna pœnult. & finali ad cõtraria reſpondet ſigillatim & à B. Ledeſma & aliis infra.

Septimo, inde deducitur illud verbum (Amen) non eſſe de ſubſtantia, & inde ſi alia verba adiiciuntur nempe Deiparæ Virginis vel alicuius Sancti, ex euocatione non detrahit ſacramento, cæterum ſi crederit neceſſarium eſſe detraheret vtique, ita communior eſt. 68.

Octauo, inde deducitur à muto baptiſmi ſacramentum non perfici, quia non poteſt formam pronunciare, eadémque ratione ſi coniungerentur ad baptizandum mutus & mancus, vt hic formam pronunciaret ille ablueret, vel baptizaret non perficitur ſacramentum ex defectu ipſius formæ vt latè probat Cucus & B. Ledeſma. 69.

Inde etiam non perficitur ſacramentum ex ipſius formæ defectu quando aliquis ſe ipſum baptizaret, rationem aſſignat textus in c. debitum de baptiſmo ibi communis, & latè infra allegandi. 70.

Et quamuis eo argumento aliqui opinantur non perfici baptiſmum ex formæ defectu quando miniſter Petrum baptizaret credens eſſe Mariam, vel è contrario, affirmandum eſt, quoniam cum integra forma pronuncietur baptiſmus perficitur, & illa imaginatio diuerſæ perſonæ ſuppletur ex intentione Eccleſiæ, & ipſius miniſtri, niſi poſitiuè negatiuam intentionem haberet non bapti- 71.

Digitized by Google

zandi Petrum vt infra de miniſtro ſtatim dicemus.

72. Inde etiam cum receptum ſit in neceſſitate poſſe vnum plures baptizare cap. propriè 12. ad finem, iuncta gloſa. verbo (trium millium) de conſecr. d. 4 poteſt forma proferri (ego vos baptizo) quia & Chriſti verba fuere, baptizantes eos,&c.

73. Inde ſi plures in Eccleſia ius adminiſtrandi prætenderent, & ad baptizandum concurrerent, obſeruandum eſt quod ſi aliquis prior eſt in pronuncianda forma, ita quod explicitè conſiderari poteſt prius pronunciaſſe, ille baptiſmum perficit, alij punientur tanquam iterantes baptiſmum. Cæterum ſi omnes ſimul formam obſeruarent baptiſmus perfectus eſt, ipſi tamen punirentur, non tanquam iterantes, ſed tanquam ſcandalum præbentes, alia infra explicabimus in miniſtro, & effectu hæc recepta ſunt ex Diu. Thom. 3. parte quæſtione 66. articulo 5. omnes in 4. d. 3. & latiſſimè Soto quæſtione vnica articulo 5. & 6. Adrianus quæſtione 1. articulo 3. Victor. num. 17. latè Cucus lib. 5. titulo 2. à num. 29. Sonnius de baptiſmo cap. 17. Alanus de Euchariſtia lib. 1. art. 3. Catechiſmus Romanus §. de forma B. Ledeſma de baptiſmo 5. difficultate, & ſic ſoluitur de forma.

74. Diuini baptiſmi ſacramentum, miniſtro indigere, & actione, & doctrina ipſius Chriſti inſtitutum eſt, actione, quia ipſe Ioannem Baptiſtam ſui baptiſmi miniſtrum egit Ioan. 4. Doctrina, quia ita docuit Marci vltimo Matth. 28. baptizantes eos,&c.

Sanctum ita baptiſmi ſacramentum ſicut omnium principium, ita & maximè neceſſarium eſt, & idcirco propter maximam eius neceſſitatem ſuis fidelibus ita Deus conſuluit vt propter miniſtri defectum multos perire poſſe. 75.

Præuidens, quencunque miniſtrum baptiſmi eſſe benignè, & piè permiſerit, non tamen abſolutè, quare ad totius rei cognitionem tria conſtituo axiomata. 76.

Prius eſt baptiſmus ſolemniter celebrari, miniſter eſt Epiſcopus pro dignitate, proprius ſacerdos pro munere. 77.

Secundum eſt inſtante mortis periculo ſimpliciter iuxta Eccleſiæ formam baptizare permittitur, cuius baptiſmi miniſter eſſe poterit alius ſacerdos vel clericus non ſacerdos vel quilibet alius. 78.

Tertium, inſtante mortis periculo in defectum proprij ſacerdotis admitti non proprium,& eius defectum, nō ſacerdos admittitur, eius defectū laicus, vel fœmina, etiam excommunicatus, eius defectum Iudæus, Turca, vel hæreticus, imo & pater adeo vt ſi filius legitimus eſt nō impeditur cum vxore, ita interpretanda ſunt plurima iura de miniſtro loquētia c. habeo 16. d.c. perlectis Verſiculo ad diaconum 25.d.c. præter §. ſciendum 32.d.c. Diaconus 13.93.d.c. dictum c. dedit 96. c. ſi quis per ignorantiā 6. text. in c. quod quidam 98.1.q.1.c. placuit 8.c. adiicimus 19.c. interdicimus 16.q. 1. c. ad limina 30.q.1.c. ſuper 30.q.3. c. venerabilis 16.c. conſtat. 18. cum multis ſeq. c. aliud 38. cum ſequent. c. deinde 69. cum ſeq. de conſecr. d. 4. c. 1. §. vna 79.

de ſumma Trinitate cap. Deiectum cap. non vt apponeres de baptiſmo Clementina 1. eodem tit. Florent. & Trid.ſſ. 7. de baptiſmo. Canone. 4. & ita receptiſſimum eſt à Theologis, & noſtris in 4. d. 4. Thom. 3. p. quæſt. 67. art. 1. cum ſequentibus. Victor. n. 30. Sot. d. 4. quæſt. vnica. art. 1. 2. & 3. M. Ledeſma quæſt. 8. art. 1. Oſius c. 38. Sonnius cap. 22. Alanus. c. 50. Nauar. c. 22. num. 6. B. Ledeſma. 10. difficultate. Petrus Gregor. Syntagmatum lib. 2. c. 4. num. 11. & alij infra allegandi.

80. Ex quibus primo deducitur Iudæos, paganos, & hæreticos inſtante neceſſitatis periculo baptiſmi miniſtros eſſe. ſi forma Eccleſiæ legibus præſcripta ab illis obſeruetur ita docent illa iura, & recipiunt interpretes, & à Florent. & Trident. apertè definitum eſt. Inde conſequitur omnia iura quæ probant baptizatos ab hæreticis, paganis, & Iudæis eſſe iterum baptizandos intelligi quando nõ fuit obſeruata Eccleſiæ forma, quia alias non ſunt rebaptizandi dicto cap. Præter. §. porro, & §. ſciendum 32. d. cap. ſi quis confugerit cap. Non ſanat. dicto cap. quod quidam 1. quæſt. 1. cap. finali. cum aliis. ſupra 24. qu. 1. c. Romanus 22. cap. à quodam 23. cap. ad antiqua cap. De Arrianis de conſecr. d. 4. quinimo ea ratione dãnata fuit hæreſis Donatiſtarum aſſirmantium ab hæreticis non perfici baptiſmum cap. quidam. §. Donatiſtæ. 24. quæſt. 1. cap. quando. 40. de conſecr. d. 4. & in c. præter. §. ſciendum, & dicto c. quod quidam, vt conſtat ex Alfonſo Caſtro aduerſus hæreſes. §. baptiſmus, hæreſi. 5. & aliis ſupra Ioannes Roxas de hæreticis 1. part. n. 51. Alan. cap. 59. Petrus Gregorius dicto cap. 4. num. finali.

Inde negandum eſt illam ſpeciem 81. probatam eſſe à ſexta Synodo, quæ ſancta vocatur in c. ſextam Synodum 16. d. quia obſeruandum eſt in ſexta Synodo damnatam eſſe hæreſim relatam in cap. habeo 16. d. namque tũc Canones facti fuere, ſed poſt multos annos ſine Pontificis authoritate, à quibus Epiſcopis nec ab Eccleſia recipi potuerunt ſiquidem contra religionis dogmata, plures errores contināt vt ex doctiſſimis viris animaduerſum eſt in hoc cap. habeo, & in c. quoniam 16. d. in nouo Greg. decreto, & obſeruat Cano. de locis Theologicis. lib. 5. cap. fin. Soto de iuſtitia, & iure lib. 7. quæſt. 6. art. 1. inde etiam negandum eſt Diuum Cyprian. ita indiſtinctè affirmaſſe in cap. ſi quis 71. 1. quæſt. 1. imo Cyprianum intellexiſſe de hæreticis iuxta Eccleſiæ formam non baptizantibus aduertit Petrus Gregor. c. 4. num. 18.

Inde etiam quamuis baptizati ab 82. hæreticis vrgẽte neceſſitate iuxta Eccleſię formam à Catholicis admittantur, non tamen ad ordines ſine diſpẽſatione. textus in c. ventum eſt 18. verſiculo fin. 1. qu. 1. & obtinere in quacunque ætate docet text. in c. qui in quolibet. 1. qu. 7. quod videtur moderari quoad infantes text. in c. Placuit. 1. quæſt 4. vbi gloſ. verbo promoueatur interpretatur priora iura continere rigorem Eccleſiaſtica diſciplina, ſed textum in dicto c. placuit cõtinere diſpenſationem, ſed improbatur ibi à Præpoſito, & inde ſiue infantes ſiue adultos diſpenſatione indi-

Digitized by Google

gere ad ſuſpiciendos ordines, quamuis in infantibus facilior ſit receptum eſt à Simone Mayolo de irregularitate. lib. 3. c. 12. nec abſque violatione aliter poteſt deprehendi ratio dicti. c. ventum eſt, & littera dicti. cap. qui in quolibet.

83. Inde etiam à Iudæo, pagano, vel hæretico citra neceſſitatem baptizatos grauiſſimè peccare probatur ex dicto c. Præter. §. hoc 32. d. & c. fin. cum multis præcedentibus 24. quæſt. 1. & ita conueniunt omnes ſupra relati.

84. Secundo, deducitur ſacerdotes ſine neceſſitate abſque ſolemnitate baptizantis, & recipientes mortaliter peccare ſi quod agunt intelligunt.

85. Tertio, ſacerdotem infirmum ex aliqua cauſa ſibi commendatum non baptizantem ſi ita moriatur irregularem eſſe. cap. quicunque 11. de conſecr. d. 4. Bagaſius de irregul. 1. part. quæſt. 7. num. 76. Cucus dicto titulo. 2. num. 85.

86. Inde etiam ex ſuperioribus laicum vel clericum non præſbiterum citra neceſſitatem baptiſmum conferentem mortaliter peccare omnes affirmant, & irregularem eſſe communior eſt, & ita ex. c. 1. de clerico noſtri ordinato miniſtrante probant Theologi & Pontificij Palud. d. 5. Soto. art. 3. colum. 4. B. de Ledeſma vbi ſupra Cucus num. 75. Mayolus de irregul. lib. 4. c 13. num. 3.

87. Et quamuis in baptiſmo de ſolemni ita obtinere benigne interpretetur Nauar. c. 22 num. 6. c. 27. num. 12. etiam in nõ ſolemni procedere magis probant qua etiam ratione Patrem in neceſſitate baptizantem duntaxat ab impedimento excuſare opinantur.

Sed omiſsis opinionibus obſeruandum eſt Patrem in neceſſitate ab impedimento excuſari ſi filium legitimum baptizauerit, quia opus ſanctum, & pium matrimonij ſacramento iniuriam irrogare non debet, & iccirco, ſi non legitimum baptizaret, vel citra neceſsitatem legitimam ab impedimento non excuſaretur, ita interpretandus eſt textus in dicto. 1. ad limina, & in c. Noſſe. iuncta glo. verbo fraudentur 3 quæſt. 1. gloſ in c. baptizandis 100. 1. quæſt. 1. & ibi communis. Nauar. c. 22. num. 40. Soto art. 5. colum. fin. B. Ledeſma vbi ſupra, Petrus Gregorius. dicto cap. 4. num. 18. 88.

Vltimo ex omnibus aduertendum eſt, cum qui ſe baptizatum exiſtimat licet non ſit rectè poſſe vitam æternã conſequi, non quidem in baptiſmo fidei, ſed in fide baptiſmi, quia comparatur baptiſmo flaminis. c. debitum de baptiſmo c. 2. de præsbitero non baptizato, ordines tamen, non recipere, nec ſi Epiſcopus foret cõferre ex c. 1. & vltimo de præsb. non baptizato. affirmãt ipſe Cucus. n. 118. Borgaſius de irregul. 5. part. §. de preſbitero non baptizato Mayolus de irregul. lib. 4. c. 1. 12. num. 4. c. 13 nu. 9. altiorem tamen exigit diſputationem vt in ſacramẽto ordinis reſoluendum eſt, & ita abſoluitur ſextum. 89.

Ad ſeptimum, ſacroſancti baptiſmi effectus, & fructus plures ſunt, quam qui breui comprehendi poſſint, & in ſumma diſcribuntur, Ioannis 3. Niſi quis renatus fuerit &c. Marci. 16. Mathæi. 18. (qui crediderit, & baptizatus fuerit ſaluus erit) Inde Baſilius 90.

Digitized by Google

Cyrillus, Cyprianus, Hieronym. Ambroſius, Auguſt. & Gregor. fructus baptiſmi elegantiſſimè explicant, quorũ teſtimonia referunt nouiores & plura ſcripta ſunt in noſtro iure. Sed ornatiſſimè Diui Chryſoſtomi laus eſt homilia. 25. ad populum Conſtantinopolitanum, cuius verba ſunt.

91. Ecce libertatis ſerenitate perfruũtur, qui tenebantur paulo ante captiui, ſunt ciues Eccleſiæ, qui fuerunt in peregrinationis errore, in ſorte iuſtitiæ verſantur, qui fuerunt in confuſione peccati non enim liberi tantũ ſunt ſed & ſancti, non tãtum ſancti, ſed iuſti, non ſolum iuſti, ſed & filij, non ſolum filij, ſed hæredes, non ſolum hæredes, ſed & fratres Chriſti, & cohæredes, nec ſolum cohęredes, ſed & membra, non ſolum membra, ſed & templum, non templum ſolum, ſed & organa ſpiritus.

92. Hactenus Chryſoſtomus, quod per partes explicatur, qui baptiſmo renaſcitur, regeneratur, ſanctificatur, renouatur, de terreſtri fit cœleſtis, purgantur peccata originalia, & actualia ſine pœnitentia, & virtualiter etiã fũtura, per præparationem vt non cõmittantur, vel commiſſa non iterentur c. 1. c. 2. c. Non poteſt 4. c. quod autem. 5. c. ex quo 6. c. filius. 8 c. per aquam. 9. c. Nunquam 10. c. propriè 12. c. nõ illud 31. c. ſine pœnitẽtia 98. c. ſi multi 112. c. multi 31. c. aut oſtenderet 135. cum ſequentibus c. ad hoc 143. c nõ ex quo. 146. c. placuit 154. de conſecr. d. 4. in Flor. & Trid ſeſſ. 7. de baptiſmo canone 1. cum ſequentibus, & cap. in aures in principio, & per totũ de baptiſmo, & latiſſimè explicãt plura inde deducentes, Diuus Tho. 3. p. q. 69. art. 1. cũ ſequentibus, & in 40. d. 6. vbi Soto q. 1. art. 1. M. Ledeſma q. 50. Oſius c. 34. Sonnius c. 11. latiſsimè Decanus Lobanienſis 1. tom. art. 2. folio. 33. & 46. & 2. tom. folio. 3. Alanus c. 32. cum ſequentibus Gregor. lib. 2. c. 4. num. 16. B. Ledeſma difficultate 20. & infra redi latè Catheciſmus §. de his igitur.

Ex qua traditione primo deducitur ex ſacroſancto baptiſmi ſacramento tolli omne peccatum, & eius pœnam. 93.

Et iccirco ſecurè affirmandum eſt illam concupiſcentiam, quam alij vocant fomitem peccati nõ eſſe propriè peccatum, ſed mentis auerſionem, vel peccandi appetitum de quo Paulus ad Rom 8 (video aliam legem repugnãtem &c) & ad Galat. ac proinde etiam poſt baptiſmũ remanere docuit tex. in c. 2. & in c. non ex quo 146. de conſecr. d. 4. 94.

Illa tamen concupiſcentia, vel mẽtis auerſio, virtualiter (vt diximus) tollitur per baptiſmi gratiam. 95.

Et per gratiæ adiutorem. text. in dicto c. nõ ex quo, & in c. placuit 154. de conſecr. d. 4. in Conc. Mileuitano. c. 2. & 3. in Clement. vnica. §. ad hoc de ſumma Trinit. Trid. ſeſſ. 5. de peccato originali §. manere, & ita propoſitio Catholica eſt latius explicata à ſuperioribus. ratio autẽ quare cum omnia peccata baptiſmo tollantur cõcupiſcẽtia cum baptizatis illa maneat multiplex eſt. 96.

Potiſsimum tamen duplex accipitur altera quia per baptiſmũ non recuperamus prioris Innocentię ſtatum integrum, cum fuerit ſupernaturalis, altera vt Dei gratia, & libero arbitrio concupiſcentiam illam virtute vincẽtes maioris meriti occaſionẽ habea- 97.

Digitized by Google

mus,& ſpirituali exercitio piè,& religioſè inſtruamur, textus in dicto, cap. Non ex quo,& in dicto c. placuit in Clement. & Trident.

98. Vnde fit poſt baptiſmum illā concupiſcentiam non remanere affirmātes contra Eccleſiam Catholicā errare, eadémque ratione in baptizatis non eſſe minorem eandem concupiſcentiam eodem modo errare.

99. Inde etiam accipiendum eſſe Diuū Paulum quoties illam concupiſcentiā appellat peccatum intelligi peccati appetitum.

100. Inde etiam cauendum eſt à gloſ. in ſumma,& gloſ.1. in c.ſi concupiſcentia 15. qu. 1. dicente illam concupiſcentiam ſeu peccati fomitem, eſſe peccatum originale, & ita ab omnibus damnantur, & in Gregorij decreto hodie animaduerſum eſt.

101. Inde etiam accipiendum eſt omne peccatum, & eius pœnā ex baptiſmo gratis condonari in quo pugnant ſacri interpretes. Hieronym.& Ambr. docent ita omnia condonari vt nec pœnitentia nec gemitus nec plāctus neceſſaria ſint c. fine pœnitentia 98. de conſecr. d.4. Paulus,& Auguſt. pœnitentiam deſiderent Actuum c.2. agite pœnitentiam,& baptizabimini c. omnis 95. c. agunt 96. de conſecr. d.4.

10. Ad quorum interpretationem primo obſeruandum eſt in peccato, vel peccandi animo recedetes, ad baptiſmum admittendos eſſe, & ita intelligit Paulus, & Auguſt.

103. Secundo peccati confeſſionem neceſſariam non eſſe, & ita intelligi Diuum Ambroſium.

104. Tertio peccati ſatisfactionē neceſſariam non eſſe in baptiſmo quoad Deum, & Eccleſiā & ita docere Hieronym. & Ambr. quia omnia gratis in baptiſmo condonantur,& ita reſoluēdum eſt,& iam à Trid. diffinitum eleganter ſeſſ. 6. de iuſtificatione canone 6. ad medium, & in fine ita patris vel reipublicæ ſatisfactio nō condonatur ex baptiſmo ita communis vtriuſque ſcholæ, gloſ. verſ. inter peccata in c. deinde 26. d. vbi Archidiaconus. Bellamera, Turrecrem. Dominicus, & Præpoſitus glo. in dicto c. omnis,& in dicto c. fine pœnitentia, & vbi Bellamera,& Turrecrem. Diuus Tho. q. 88. art 5. Victoria n. 20. Sot. d 5. q. vnicā art. 6. B. Ledeſma difficultate 10. Cathecismus Rom. §. iam vero Cucus n. 112. qui, & Cathecismus hortantur Principes ad remittedam reipublicæ ſatisfactionē in baptiſmi reuerētiam.

Inde etiam cōſequitur ex baptiſmo omnem tolli irregularitatem quia ab Eccleſia prodita eſt ergo baptiſmo gratis cōdonatur,& ita ex c.1. c. deinde c. acutius 26. d. c. quoniam 48. d. c. ſiquis viduam 850. d. latè diſputāt gloſſæ, & interpretes ibi,& in locis proximè allegatis, & tandem gloſ. verbo inter peccata in dicto c. deinde verſiculo tempore in dicto c. quoniā. Verſiculo poſt baptiſmum in dicto c. ſi quis viduam affirmant omnem irregularitatem ex peccato prouenientem tolli baptiſmo ex ratione ſupra explicata, prouenientem tamen ſine peccato nō tolli ſed valde errant, quia ſequeretur melioris conditionis eſſe peccantes quam non peccantes. iccirco melior eſt gloſ. ſententia in ſumma. 51. d. in fine, ſiue ex peccato, ſiue abſq; peccato prouenietem tolli baptiſmo ſecundū communem,& ibi relatos à Couar. in Clement. 105.

Digitized by Google

Clement. ſi furioſis 1. part. §. 2. nu. 5. à Cuco, & Ledeſma vbi ſupra à Borgaſio de irregul. 5. part. tit. de irregularitate, quæ impedit promotionem.

106. Sed limitatur ex irregularitate prouenięte ex bigamia c. 1. c. acutius. 26. d.

107. Secundo ex irregularitate prouenięte ex ipſo ſacramento, nempè ſi baptizatur ab hæretico vt in dicto. c. vẽtum eſt 1. q. 1. c. qui in qualibet. 1. q. 7. vel ex dilatione baptiſmi ad peccãdum affectata c. quando 128. de conſecr. d. 4. vel ex defectu perſonæ nempè illigitimitatis vel corporis vt latius ipſe Cucus, & Bergaſius, & Mayolus de irregularitate lib. 5. c. 51. num. 11.

108. Secundo principaliter ex ſuperioribus deducitur ex baptiſmi ſacramento nõ tolli defectum animæ baptiſmo contrarij, nempè quando fictè, vel ſimulatè baptiſmum recipit, quod dupliciter eſt interpretandũ: primo quãdo eſt animus baptiſmo contrarius, quia non habet animum recipiendi. 2. quando eſt animus affectui contrarius, quia licet baptiſmum recipere deſiderat, non tamen animum ad recipiendum rectè diſponit, quia in peccato, & peccandi animo perſiſtit.

109. Quibus ita diſpoſitis ſit prior propoſitio habens animum nõ baptiſmo contrarium nec characterẽ ſacramentum imprimens, nec ſacramenti rem, id eſt, gratiam recipit, ita intelligendus eſt text. in c. ſolet 30. de conſecr. d. 4. & text. in c. Maiores §. fi. verſiculo. ille vero, de baptiſmo.

110. Secunda propoſitio in ſecundo caſu baptizatus ſacramentum charactérem imprimẽs recipit ſed non gratiã, imo mortaliter, & grauiſſimè peccat, ſic interpretandus eſt textus in c. ſicut ficti. 1. q. 1. & in dicto c. ſolet in c. oſtẽditur 35. in c, quo modo de cõſecr. d. 4.

Tertia propoſitio ſi ab hoc peccato per pœnitentiam receſſerit ſtatim incipit valere baptiſmus, & integrũ operatur effectum, ſic interpretandus eſt text. in c. tunc valere 41. de conſecr. d. 4. nec pœnitẽtia hoc operatur ſed baptiſmus, quoniam pœnitentia impedimentum duntaxat remouet, at baptiſmus operatur effectum, & quamuis in Concil. non fuerit definitum de fide, adeo tamen ab vtraque diuini iuris & Pontificij ſchola receptum eſt, vt cõtrarium defendere temerarium ſit, qua ratione improbatur gloſ. in dicto c. tunc valere probans pœnitentiæ ſacramentum gratiam conſequi baptizato. Inde etiam de temeritate arguitur Gabr. qui opinatus eſt ex illo baptiſmo peccatũ originale dimitti, gratiam tamen non conferri, quia rident Theologi peccatum abſque gratia dimitti, ſiquidem per ipſam gratiã peccatu dimittitur, & ita illa iura interpretantur. D. Tho. 3. part. q. 69. art. 9. & 10. & Soto d. 6. qu. 1. art. 6. & 8. & omnes ſupra relati, & eleganter. B. Ledeſma difficul. 23. 111.

Tertio & vltimo ex ſuperioribus deducitur in baptiſmo ſpiritualẽ cognationem contrahi, quia ſicut adoptio naturam imitatur. §. minorẽ inſtituta. de adoptationibus, ita & baptiſmus in illa regeneratione ſpirituali, ac proinde in baptiſmo interuenire Patres luſtrici ſiue patrini cap. ſi quis. cum ſequentibus 30. qu. 1. c. in Catechiſmo 99. c. non plures 100. cũ ſequentibus de conſecr. d. 4. c. 1. & 2. cum ſequentibus de cognatione ſpi- 112.

rituali in decretalibus, & in 6. Tridēt. ſeſſ. 24. de reform. matrimonij c. 2. gl. & omnes Doctores in dictis iuribus, Diuus Thom. part. 3. q. 87. art. 7. Soto 4. d. q. vnica art. fin. relati à Coua. in 4. 2. part. c. 6. §. 4. ab Speculo coniugioru 1. part. art. 54. Nauar. c. 22. n. 36. 40. & 71. Cucus lib. 5. tit. 2. n. 96. & tit. 13. Petrus Gregorius Syntagmatũ lib. 2. c. 4. n. 18. Cathecismus §. Ro. de patrinis P. Ledeſma difficultate. 11.

113. Ex qua propoſitione 1. deducitur patrinos in baptiſmo interuenire non eſſe de neceſſitate ſacramenti, ſed de receptiſſimo Eccleſiæ vſu, ac proinde baptiſmus ſine patrinis perfectè celebratur.

114. Secundo inde deducitur, quod licet à non baptizato baptiſmus celebrari poſſit in neceſſitate, receptũ tamen eſt nõ baptizatum baptiſmi patrinũ eſſe ab Eccleſia prohiberi, quia de neceſſitate eſt, nec rectè baptizatũ inſtituerit.

115. Tertio ex ratione ſuperius relata plures patrinos eſſe nõ decet, quaten⁹ naturã imitantur, ſed ſi plures fuerint non fit ſacramento iniuria, ſed datur impedimento copia vt in dicto c. non plures cum aliis.

116. Quatro ad patrinum pertinet baptizatum in fide Catholica inſtruere, ſi non habuerit proximos, qui eum inſtruãt qua ratione excuſantur patrini ſi baptizatus parentes habuerit, excuſatur etiam in prouinciis Catholicis, & orthodoxis in quibus Eccleſiarum frequens eſt miniſterium, in illis enim Cathechizantur, & inſtruuntur.

117. Quinto eadem ratione ad patrinum ſpectat in ipſo baptiſmi actu non ſolũ reſpondere ſed & præſentare, & leuare quinimo de ſubſtantia actus non eſt reſpondere, ſed præſentare, & præſentando tenere. Vnde fit, quod deferentes ad Eccleſiam, & ibi tenentes, vel inuoluentes patrini non ſunt ſed tantum præſentantes.

Ergo inde deducitur cognationem ſpiritualem cõtrahi in ipſo baptiſmo etiam priuatè facto ac proinde in Catechiſmo ſolẽni, ſiue poſt baptiſmum priuatum ſiue ante ſolemnem procedat duntaxat contrahitur compaternitas, vnde fit quod illa cognatio impedit contrahendum, & dirimit contractum ſed compaternitas ſolum impedit cõtrahendum, vltimo deducitur vtramque hodie reſtrictam eſſe ad ſecundum gradum ex Trid. ſeſſ. 24. de reformatione matrimonij c. 2. vbi latè reſoluendum eſt. 118.

Supereſt ad propoſitionem in principio ſumptam reſpondere, & ita omnibus ad ſalutem æternã baptiſmi ſacramentum neceſſarium eſſe ſatis reſolutum eſt & in Flor. & Trid. definitũ quoad adultos & paruulos, nã, & paruulorum baptiſmũ neceſſariũ eſſe fateri neceſſe eſt, ſic enim, & fides rectè ſentit Catholica ab Appoſtolis morẽ retinẽs, & paruulos egere baptiſmo vt pote ſecũ ab vtero matris peccati labem ferentes in iniquitatibus conceptos eſſe c. 1. 2. & 3. c. illud 7. non illud 32. c. Mater Eccleſia c. nulla c. paruuli 73. c. vos ante omnia 104. paruulos 109. cũ ſequent. de conſecr. d. 4. c. ad limina 30. q. 1. c. 1. §. vna de ſumma Trinit. c. Maiores in principio & §. 1. de baptiſmo. Clement. vnica §. fin de ſumma Trinitate, & in Flor. & Trid. ſeſſ. 7. de baptiſmo. canone 13. & 15. Diuus Tho. 3. part. q. 68. art. 9. cum ſequentibus, & 1. 2. q. 102. art. 2. & q. 113. art. 3. 119.

Digitized by Google

&c ibi B. Ledeſma Victoria n. 25. Soto in 4. d. 5. q. vnica art. 9. cum ſequentibus. Sonnius c. 13. Alanus de Euchariſtia lib. 1. c. 31. Decanus Lobanienſis 1. tomo. folio 8. & 2. tomo. fol. 246. & fol. 346. B. Ledeſma difficultate 16. cum ſequentibus.

120. Ex quibus primo deducitur paruulos ſine baptiſmo decedentes damnari, & inde carere viſione Dei vt docuit text. in c. Maiores. §. 1. & ibi gloſ. verſiculo. carentia, & communis ſententia quanuis aliquando Aug. opinatus fuerit ſempiterno igni cremari vt refertur in c. 3. de conſecr. d. 4. quē variis excuſant interpretationibus, plures alij eum vocant paruulorū tortorem, alij negant fuiſſe opinionē Aug. vt referunt ſupra allegati, & latè. Soto de natura, & gratia lib. 1. c. 14. & in 4. d. 45. q. 1. art. 2. quæ omnia accipienda ſunt in Chriſtianorum paruulos. Cæterum quoad infidelium filios primo obſeruādum eſt paruulos infidelium, qui Chriſtianis communicant ex amicitia, vel legatione inuitis parentibus baptizandos non eſſe c. de Iudæis 45. d. in quo omnes conueniunt.

121. Secundo obſeruādum eſt Chriſtianorum eſſe infideles monere, & inducere vt conſentiāt filiorum baptiſmo.

122. Tertio obſeruandum eſt infidelium paruulos inuitis parētibus baptizatos ſacramentum legitimè recipere, & ita Diuus Tho. & alij conueniunt, ita tamen vt propter Apoſtaſiæ periculum paruulos à parentum conſortio ſeparare procurent.

Quarto obſeruandum eſt diuerſam eſſe rationem ſi infideles. iuſto bello Chriſtianorum ſeruum, vel mancipia ſunt, eorum enim paruulos inuitis parentibus baptizare licet, & tūnc facilius ſeparātur à parētibus, ita ex multis docuit Caietanus 2. 2. q. 10. art. 12. receptus à Ledeſma. Soto. & aliis. 123.

Inde deducitur idem ſtatuendū eſſe in his qui à natiuitate mēte capti fuerint ex dicto c. Maiores, & communi ſupra relata, at vero ſi ante amentiam vſum rationis habuerint cōſiderandū eſt an eo tempore baptiſmū voluerint vel non, priori caſu rectè poſſunt baptizari, quia præſumitur voluntatis cōſtantia licet in furore contraxerit, in poſteriori caſu ex eadē ratione baptizari non debent fruſtraque baptizarētur, atque in priori caſu, ſi non fuerit vitæ periculum, ſi ſperatur amentiam vel furorem ceſſare baptiſmus differri debet, idemque obſeruandum eſt in dormiente, quod in amēte ex dicto c. Maiores, & omniūm communi, & ex Cuco dicto lib. 5 tit. 2. n. 97. & eadem ratione vtendum eſt, quo ad adultos ad baptiſmū coactos, quòd ſi ex coactione baptiſmo conſentiunt, ſacramentum caracterem imprimens recipiunt, quia voluntas coacta, volutas eſt. Cæterum ſi nec tunc conſentiūt, neque caracterem nec ſacramentum recipiunt, vt ſupra diximus de fictè recipiete, & ſic ſoluitur ſancti baptiſmi ſacramentum. 124.

SEQVITVR SACRO-SANCTVM CONFIRMATIONIS SACRAMENTVM.

Summarium ex cap. III. De confirmatione.

1. *Continuatur titulus ad ſuperiorem.*

2. *Confirmatio à quo fuerit instituta traditur, &c. num. 3. & 4.*
5. *Quo in tempore confirmatio fuit instituta.*
6. *Verum eſſe ſacramentum confirmationem probatur.*
8. *Confirmationis materia quæ ſit declaratur.*
7. *Vera confirmationis definitio traditur.* (po conſecretur.)
9. *Qua ratione ſacrum chriſma quolibet anno in die cœnæ Domini ab Epiſco-*
10. *Purum oliuarum oleum ad ſacrum Chriſma conficiendum neceſſarium eſt.*
11. *Balſamus vtrum ſit ſubſtantia ſacramenti diſputatur.*
13. *Epiſcopi Indiarum Occidentalium ſacrum Chriſma conficere poſſunt balſamo ſuæ regionis ex conceſſione Pij IIII.*
14. *Sacrum Chriſma ab Epiſcopis tãtum confici poteſt.* (mentum conficitur.
15. *Sacerdos nõ Epiſcopus ſacrũ conficiẽs Chriſma ſacrilegiũ cõmittit, nec ſacra-*
16. *Sacerdos vtrum ex Pontificis Max. delegatione ſacrum chriſma conficere poſſit diſputatur.*
17. *Confirmationis forma deſignatur.*
18. *Qua ratione ſucceſſit in Eccleſia confirmatio per manus impoſitionem.*
19. *Crucis ſignum in confirmatione neceſſarium eſt.*
20. *Verba illa (in Nomine Patris &c.) ſunt de neceſſitate ſacramenti.*
21. *Vnctio fieri debet in fronte.*
22. *Cõfirmãdos indigere patrino, vel pædagogo de neceſſitate præcepti traditur.*
20. *Mutatio verborum præſcriptorum pro forma induunt culpam pro qualitate ſcandali.*
24. *Solus Epiſcopus confirmationis miniſter eſt.* (cramenti miniſtros.
25. *Damnatur error dicentium diaconos, vel ſacerdotes eſſe proprios huius ſa-*
26 *Sacerdos vtrum ex Pontificis diſpenſatione confirmare poſſit.*
27. *Sacerdos ex diſpenſatione Epiſcopi nec clericus non ſacerdos ex diſpenſatione Pontificis ad hoc ſacramentum non ſit miniſter.*
28. *Epiſcopus in ſua diœceſi confirmare tantũ poteſt, peccant ur ſi in aliena fecerint ſed valet ſacramentum.*
29. *Effectus huius ſacramenti ſuccinctè enarrantur.*
30. *Qua in ætate hoc ſacramentum ſanctius ſit accipere.*
31. *Hoc ſacramentum quamuis non ſit de neceſſitate ſalutis æternæ, neceſſariũ tamen eſt, quod quidem ſi contemnatur mortem generat æternam.*
32. *Hoc ſacramentũ charactere imprimere certum eſt, & ideo nõ poteſt iterari.*
33. *Recipiens ordines, vel eos exercens ante confirmationem, vel iterans confirmationem nullam incurrunt irregularitatem, quamuis ſi ſcienter faciat graue peccatum, & ſacrilegium committit.*

1. POST baptiſmum ſequitur cõfirmatio, quia ſicut baptiſmus intrantium ſacramentum eſt, ita confirmatio pugnãtium. Vnde pro Chriſtianorum dignitate congruè petit Eccleſia (confirma hos Deus) nempe per confirmationis ſacramentum, quod operatus eſt in nobis per baptiſmi regenerationem ac proinde baptiſmo ſuccedit confirmatio, ad cuius cognitionem conſtituendum eſt. Primo à quo fuerit inſtituta confirmatio. Secundo, an ſit Eccleſiæ ſacramentum. Tertio, quid ſit. Quarto, quæ ſit eius materia. Quinto, quæ ſit eius forma. Sexto, quis ſit eius miniſter. Septimo, quis ſit eius fructus, & effectus.

2. Prior eſt ab Eccleſia fuiſſe inſtitutam, & ad Epiſcopi munus applicatam cap. vt ieiuni. cap. vt Epiſcopus, de conſecr. d. 5. c. quanto de conſuetudine.

3. Secunda, ab Apoſtolis originem traxiſſe actuum Apoſtolorum c. 8. & 19. vbi ſcriptum eſt Apoſtolorum per manuum impoſitionem confirmaſſe.

4. Tertia, eſt Chriſti inſtitutionem fuiſſe, & ita omnia Eccleſiæ Catholicæ obſeruatio à Sanctis Patribus deriuata ſemper obſeruauit, & cum in Conciliis toties iactatus fuiſſet vt conſtat ex Conſtantienſi ſeſſ. 15. & Florent. tandem in Trident. definitum fuit in ſeſſ. 7. de ſacramentis in genere: canone 1. & ita probant ſtatim allegandi.

5. Inde confirmationem inſtitutam fuiſſe Lucæ 18. Marci 10. Matth. 19. vbi ſcriptum eſt (tunc oblati ſunt ei paruuli, vt manus imponeret, & cum impoſuiſſet abiit) deinde etiam ſcribitur (amplexans eos benedixit) ita placuit relatis à Coua. reſolutionum lib. 5. c. 10. in principio, & probat Caniſius in Catecheſi de conf. in principio. Sonnius de conf. c. 1. 2. & 3. Sed diſplicet ſcholaſticis, quoniam nondum erant baptizati, & idcirco illis non conueniebat confirmatio, vnde magis probant inſtitutam fuiſſe in vltima Cœna, quando Apoſtolis in totius Eccleſiæ nomine Spiritum ſanctum mittere pollicitus eſt, Lucæ 24. Ioannis 16. ibi (ſi autem non abiero, paracletus nõ veniet ad vos, ſi autem abiero mittam eum ad vos) ita Diu. Thom. quæſt. 1. art. 1. victoria num. 4. Oſius in confeſſione Polonica c. 38. M. Ledeſma quæſt. 13. Decanus Lobaniens. 2. tom. art. 12. fol. 240. & 241. communis omnium Theologorum ſecundum B. Ledeſma de confir. 2. difficultate, & inde poſſumus dicere in ſuperioribus authoribus fuiſſe confirmationis inſtitutionem, & ita ſoluitur primum.

Ad Secundum à diuina ſcriptura 6.
iuxta Sanctorum Patrum concordem ſententiam & interpretationem confirmationem verum eſſe ſacramentum Eccleſiæ, magnáque conſiſtens excellentia affirmare neceſſe eſt c. 1. cum ſequentibus, vſque ad c. conuenit de conſecr. d. 5. c. Præſbyteris 118. de conſecr. d. 4. c. quanto de conſuetudine c. 1. de ſacramento non iterando. c. 1. §. per frontis, de ſacra vnctione cap. ad abolendam de hæreticis Conc. Conſtantienſe ſeſſ. 15. Florent. de confirm. Trident. ſeſſ. 7. de conf. canone 1. 2. & 3. omnes ſupra relati, Catechiſmus Romanus, Petrus

Digitized by Google

Gregor. Syntagmat. lib. 2. c. 5. Nauar. c. 22. & inde hæretica eſt Armeniorum opinio, confirmationem eſſe cæremoniam inutilem, quam opinionem ſuſcitauit Vvicleph. & Luterani, contra quos definitur in Trident. dicta ſeſſ. 7. de conf. canone 1. & ita ſoluitur ſecundum.

7. Ad Tertium. Confirmatio plures habet definitiones, verior tamen eſt, eſſe ſacramentum ab Epiſcopo cum certa verborũ forma, & ſancti Chriſmatis vnctione, & ſignum crucis additione baptizato infanti maiori datum, ita ex dicto c. præſbyteris 118. de conſecr. d. 4. c. Spiritus ſanctus cum ſequentibus de conſecr. d. 5. c. quanto de conſuetudine c. 1. de ſacram. non iterand. c. 1. de ſacra vnctione Florent. & Triden. probant Thom. & alij ſupra in eiſdem locis, Oſius c. 38. Caniſius q. 3. Sonnius c. 9. Alanus 41. cuius definitionis partes in ſequentibus ſigillatim explicabimus.

8. Ad Quartum confirmationis materia eſt ſacrum chriſma, chriſma itaque eſt ex oleo quod ſcientiæ nitorem ſignificat & balſamo bonæ famæ odorem ſignificante confectum, & ab Epiſcopo benedictum, dicto c. præſbyteris cap. Nouiſſimè cum aliis de conſecr. d. 5. c. 1. de ſacra vnctione Florent. & Trident. & omnes ſupra allegati, & allegandi.

9. Vnde primo deducitur quod ſicut ſanctum confirmationis ſacramentũ in vltima cœna per Chriſti pollicitationem inſtitutum fuiſſe ſupra ad primum reſoluimus inde Eccleſiæ traditione receptum eſt ſacrum chriſma quolibet anno in die cœnæ Domini ab Epiſcopo conſecrari, quod ſi aliqua Cathedralis Epiſcopo vacat, vel propter infirmitatem non conſecrauerit defertur ab Eccleſia viciniori nouum chriſma, & ita omnis obſeruat Eccleſia.

Secundo inde deducitur neceſſarium eſſe verum, & purum oliuarum oleum, & inde non eſſe ſufficientem materiam oleum roſarum agmidalarum, vel nucum. 10.

Tertio inde deducitur balſamum eſſe de ſacramenti ſubſtantia ex dicto c. 1. de ſacra vnctione, & ita ſignificat Trident. & ex gloſ. deducunt Innocent. 4. & Oſtienſis in c. 1. de ſacrament. non iterand. dicunt communiorem Palud. Durand. in 4. d. 7. q. 2. & Adrianus in 4. de conf. & fatetur eſſe magis communem B. Ledeſma 3. difficultate, & ita firmat Theſaurus Sacerd. 1. part. de confirm. §. de ſubſtantia confirmationis fol. 29. contrarium tamen non eſſe de ſubſtantia probatur 1. ex dicto c. 1. de ſacram. non iterand. vbi docuit eius defectum cautè ſupplendum eſſe, ergo valuit ſacramentum. Secundo, quia nec Chriſtum nec Apoſtolos vſos fuiſſe balſamo legimus. Tertio, quia cum balſamus in Syria ſolum producatur, vbi enim ſolum non eſſe arbuſcula balſamum producentia vt refert Plinius lib 12. c. 25. piè credendum eſt non eſſe neceſſariam rem inuentu difficilem, & ita poſſe paganos Eccleſiam illudere, quare non eſſe de ſubſtantia conſtanter affirmat Caiet. ad Diu. Thom. 3. part. quæſt. 72. ſequitur Victor. num. 41. Dominicus Soto in 4. d. 67. q. vnica art. 2. Card. Areſceni de confirm. c. 19. Oſius dicto c. 38. Coua. reſolutionum lib. 1. c. 10. 11.

num.4. dicit veriorem B. Ledeſma & ita receptum eſt.

12. Ex quibus primo obſeruandum eſt, balſamum non eſſe de neceſſitate ſacramenti, ſed de neceſſitate præcepti, ideo balſamo non vtentes M. & grauiſſimè peccare niſi magna de cauſa excuſentur.

13. Inde Secundo. Pius quartus conceſſit Epiſcopis,& Archiepiſcopis Indiarum Occidentalium vt impunè chriſma conficerent ex balſamo illius regionis propter difficultatem inueniendi balſamum Syriacum.

14. Inde Tertio Sanctum chriſma ab Epiſcopis dumtaxat conficiendum eſſe ſatis perſpicuum eſt ex dicto cap. præsbyteris,& dicto c. Nouiſſimè, & c.1. de ſacra vnctione cum aliis ſupra, & ex Florent. & ita omnes conueniunt.

15. Inde Quarto, ſi à ſacerdote non Epiſcopo conficeretur ſacrilegium eſſet, & ſacramentum non perficeretur, ita ex dictis iuribus,& Florentino & Trident. probant omnes ſupra, & elegans teſtimonium Concilij Theodoſiani 8.c.7.

16. Et in tantum procedit, quod neque ex Pontificis maximi delegatione chriſma à ſacerdote conficeretur ex dicto c.7. & ex textu in c. ſi iubet & in c. præſbyter 26. quæſt.6. cuius verba ſunt. (Præſbyter in conſulto Epiſcopo virgines non conſecret, chriſma vero nunquam conficiat) ex quibus & ex Diu. Thom. & aliis dicit veriorem, & tenendam B Ledeſma 3. difficultate. Contrarium tamen probatur, quia confirmationis ſacramentum ab Epiſcopo duntaxat miniſtratur, vt diximus & ad octauum latius dicemus, ſed ſacerdos ex Pontificis delegatione confirmare poteſt c. peruenit 95. d. & Florent. ſig. de legat. ſacram. à fortiori eius materiam ita probat Scotus, & Palud. in 4.d.7.q.4. art.3. & Caiet. ad ſanctum Thom. dicta quæſt. 72. Sotus magis inclinat q. vnica art. 3. in fine, quamuis dubium ſit, hæc verior eſt, & ſecurè tenenda, quidquid dixerit B. Ledeſma, quia poteſtas Pontificis non poteſt congruè ſeparari de conſ. ab eius materia & ita ſoluitur quartum.

Ad quintum, baptizatus maior infante cum pædagogo, vel patrino ad Epiſcopum accedit, Epiſcopus pronuncians, (conſigno te ſigno crucis,& confirmo te chriſmate ſalutis in nomine Patris &c.) & cum police chriſmate intincto, & ſigno crucis baptizati frontem illinit, ita deprehenditur ex dicto c. præſbyteris 118. de conſecr. d. 4. c. Spiritus ſanctus cum ſequentibus de conſecr. d. 5. c. 1. de ſacram. non iterand. c. vnico §. per frontis de ſacra vnctione in Florent. & ita Eccleſiæ traditionibus probant Thom. & Soto, vbi ſupra art. 4. Victor. num. 41. Oſius, Caniſius, Alanus, & Sonnius. vbi ſupra Decanus Loban. art. 12. B. Ledeſma 4. difficultate. 17.

Ex quibus primo deducitur Apoſtolos manuum impoſitione vſos fuiſſe actuum 8. & 19. cui in Eccleſia ſucceſſit confirmatio qua ipſi Apoſtoli non vtebantur ne à populo duro, & rudi contemneretur. 18.

Secundo deducitur crucis ſignum in confirmatione adeo neceſſarium eſſe vt ſine eo eſſet falſa confirmatio. vt ex dicto c. iuris omnes probant. 19.

Digitized by Google

20. Tertio deducitur illam formam (in nomine Patris,&c.) eſſe de neceſſitate ſacramenti in confirmatione, & baptiſmo, vt in eo ſacramento reſolutum eſt.

21. Quarto, deducitur in fronte fieri vnctionem neceſſarium eſſe vt clara cordis, & animi demonſtratio ad fidem publicè propugnandam ibi conſtituatur cap. præſbyteris 118. de conſecr. d. 4. c. Nouiſſimè de conſecr. d. 5. c. Vnde §. per frontis de ſacra vnctione,& ita eſſe de neceſſitate præcepti nemo dubitat, eſſe tamen de neceſſitate ſacramenti probat B. Ledeſma 4. & 5. difficultate, quod tamen durum eſt.

22. Quinto inde deducitur confirmandos tanquam modo genitos pædagogo vel patrino indigere de neceſſitate præcepti cap. in Catechiſmo 99. cum ſequentibus de conſecr. d. 4. vt latè reſolutum eſt in baptiſmo, & quid inde ſequatur ſtatim dicemus.

23. Sexto, deducitur, quod ſi verbo (confirmo) diceretur (corroboro) pro (chriſmate) diceretur (vnguento) pro (ſalute) diceretur (ſanctificationis) ceſſante ſcandalo pro conſuetudine receptum eſſet, leuis eſſet culpa, cum ſcandalo autem eſſet pro ipſius qualitate punibile,& ſic ſoluitur quintum.

24. Ad ſextum quamuis cæteras fidelium vnctiones ſacerdotes exercere Eccleſiæ obſeruantia ſit receptum dicto c. præsbyteris dicto c. nouiſſimè, dicto c. Vnde, in confirmationis autem ſacramento Epiſcopus dumtaxat miniſter eſt, qui Apoſtolis per manuum impoſitionem gratiam Spiritus ſancti conferre dumtaxat competebat, actuum c. 8. & 19. c. Spiritus ſanctus. cap. de his c. manus c. nouiſſimè. de conſecr. d. 5. ſed Apoſtolis in dignitate,& poteſtate ordinaria verè, & propriè Epiſcopos ſucceſſiſſe certum eſt, c. in nouo 21. d. c. videntes 12. quæſt. 1. & ita definitum Trident. ſeſſ. 23. de ſacramento ordinis c. 4. cum manuum impoſitioni confirmatio ſucceſſerit vt diximus ad quintum de confirmatione conſequitur neceſſario ſolum Epiſcopum confirmationis miniſtrum eſſe, & ita conſtat ex dicto c. præsbyteris, & cap. Spiritus ſanctus cum proximè allegatis c. quanto de conſuetudine c. vnde §. per frontis. de ſacra vnctione. Florent. & Trid. ſeſſ. 7. de confirm. canone 3. Diuus Thom. & ſupra allegati, & infra allegandi.

Vnde primo deducitur iam damnatum eſſe errorem eorum qui affirmabant Diaconos eſſe proprios confirmationis miniſtros. Secundo deducitur nec ſacerdotes etiam ex conſuetudine poſſe miniſtros eſſe c. quanto de conſuetudine. 25.

Tertio inde plures affirmant nec ex Pontificis diſpenſatione ſacerdotem confirmare, vt latè probant Scotus, Durand. d. 7. q. 2. Adria. de confirm. art. 3. contrarium autem probat textus in c. peruenit 1. 95. d. ibi gloſ. & communis ſecundum Archidiaconum Vellamer. Turrecrem. Dominicum, & Præpoſitum Diu. Thom. dicto art. 11. Soto d. 7. quæſt. vnica art. 11. B. Ledeſma 9. difficult. dicens communiorem Theologorum, idem inter Pontificios probat Cona. reſolutionum lib. 1. c. 10. num. 2. & 5. Cucus lib. 5. tit. 3. num. 3. & ita definitum eſt in Florent. cuius imme- 26.

mor

mor Adrian. contrarium affirmauerat & malè.

27. Vnde deducitur ex Epiſcopi commiſſione ſacerdotem nunquam confirmationis miniſtrum eſſe, inde etiam conſequitur clericos non ſacerdotes nec ex Pontificis indulgentia miniſtros confirmationis eſſe.

28. Quarto deducitur Epiſcopos miniſtros eſſe in ſua diœceſi, ac proinde alterius diœceſi baptizatos confirmare non debere, ſicuti nec ordinare, nec iudicare c. nullus primas 9. quæſt. 2. c. 1. c. ſignificaſti de foro competenti, at vero ſi confirmauerit peccat, ſacramentum autem confert cum effectibus infra explicandis, nec intereſt in confirmantem, aut confirmandum ieiunum eſſe, vt antiquis temporibus mos fuerat, iam enim obſeruatum eſt ex Eccleſiæ obſeruatione, & ita accipiendus eſt textus in cap. vt ieiuni, de conſecr. d. 5. ſecundum omnes ſupra relatos, & ita abſoluitur ſextum.

29. Ad Septimum, confirmationis effectus eſt mirabilis, & excellens non ſolum in gratia gratum faciente, cum in diuino confirmationis ſacramento Spiritum ſanctum accipiamus, ſed etiam in caractere, & aliis effectibus, quorum virtute omnibus hoc ſacramentum conuenire ſancti Patres docuerint in c. 1. cum ſequent. de conſecra. d. 5.

30. Vnde deducitur, Primo omnibus baptizatis conuenire, & inde etiam ante vſum rationis infantibus gratiam confert, & quam ex baptiſmo habuerant auget, & ſacramentum confert, quamuis magis deceat rationis vſum ſpectare, & ideo omnes conueniunt, in ſeptennio rectè infans confirmatur, vt probant ſupra relati, & Mayolus de irregularitate lib. 3. c. 24. num. 8. & B. Ledeſma 7. difficultate, inde deducentes confirmationis ſacramentum non conuenire niſi baptizato, & congruè dari maiori infante, quod ſi fuerit adultus, & peccatum habuerit mortale, vt illud prius confiteatur ſatis congruum erit, non autem neceſſarium.

Secundo deducitur, quod licet confirmationis ſacramentum non ſit de neceſſitate ſalutis cum tamen Spiritus ſanctus accipiatur, vt fortior pugil ſit ad defendendam religionem & Chriſti fidem neceſſarium eſt, ac proinde ſi contemnitur mortem generat æternam, & ita interpretandus eſt textus in c. 1. cum ſequentibus, & in c. nouiſſimè de conſecr. d. 5. 31.

Tertio deducitur ex hoc ſacramento caracterem imprimi animæ indelebilem, & ideo nec ex parte confirmantis iterari poſſe certum eſt cap. dictum de conſecr d. 5. in Florent. & Trident. ſeſſ. 7. de ſacramentis in genere. 32.

Cæterum ſi ante confirmationem quis ordines receperit, vel ordinatus exerceat, vel iteretur confirmatio, nec cenſura, nec irregularitas committitur, quia non reperitur expreſſa in dicto c. dictum, nec in aliis, quamuis ſi ſcienter fiat graue peccatum, & ſacrilegium committatur, ita eſt interpretandus textus in c. dictum, & Trid. ſeſſ. 23. de ſacram. ordinis c. 4. in principio ex Diu. Thom. in 4. d. 24. qu. 1. art. 4. & ibi Soto, & Nauar. c. 22. num. 9. Catechiſmus Rom. de conf Cucus num. 25. B. Ledeſma difficultate 5. vbi conſtituit diuerſitatis rationem

Tt

Digitized by Google

inter baptiſmum, & confirmationem quoad hunc effectum. Vltimo ex hoc ſacramento contrahitur compaternitas de qua ſeſſ. 24. de ſacram. matrimonij latius agendum, & ita ſoluitur Confirmationis ſacroſanctum ſacramentum.

SEQVITVR SACRO-SANCTVM ET VENERABILE EVCHARISTIÆ Sacramentum.

Summarium ex cap. 4. de Euchariſtia.

1. *Agitur de materiæ excellentia.*
2. *De figuris huius ſacramenti agitur.*
3. *Hoc Euchariſtiæ ſacramentum Chriſtus Hieroſolymis in ſpecie inſtituit, etſi cætera in genere.*
4. *Ratio propter quam hoc ſacramentum fuit inſtitutum aſſignatur.*
5. *Ratio propter quam in vltima cœna, & Hieroſolymis hoc ſacramentum fuit inſtitutum traditur.*
6. *Aliqua nomina huius ſacramenti enarrantur.*
7. *Hoc nomen (Euchariſtia) quare conuenientius ſit huic ſacramento, quam cætera nomina.*
8. *Hoc ſacramentum verum Eccleſiæ ſacramentum eſt, vnumque eſt formaliter quamuis duo materialiter.*
9. *Hoc ſacramentum verum ſit de neceſſitate ſalutis.*
10. *Baptiſmus generaliter eſt Euchariſtia.*
11. *Baptiſmus eſt inchoatio vitæ ſpiritualis, cuius occaſione, re, vel voto, debet adimpleri.*
12. *Euchariſtia cum non ſit inchoatio vitæ ſpiritualis, ſed perfectio realem ſucceſſionem non exigit, ſed voto impleri poteſt.*
13. *Ratio propter quam baptiſmus re, Euchariſtia voto adimpleatur aſſignatur.*
14. *Quare baptiſmus in infantia, Euchariſtia poſt diſcretionem ſuſcipiatur.*
15. *Quare magis Euchariſtiæ tempus diſcretionis ſit pertinens, quam confirmationi.*

16. *In qua parte conſiſtat Euchariſtiæ ſacramentum reductiuè traditur.*
17. *Euchariſtia ex eo, quod ſacramentum ſit, ſit & ſacrificium.*
18. *Sacrificij definitio traditur.*
19. *Ad quæſtionem, de qua in numero 1. reſpondetur.*
20. *In qua Euchariſtiæ parte ſacrificium conſiſtat de quo in num. 16. diſcutitur.*
21. *Reſpondetur ad quæſtionem, & enernatur Authoris opinio.*
22. *Ad opiniones in contrarium adductas de quibus in num. 20. ſatisfacit author.*
23. *Materia huius ſacramenti quæ ſit traditur.*
24. *Materia conueniens ad hoc ſacramentum ex quo frumento panis ſit diſcutitur.*
25. *Panis triticeus neceſſaria materia Euchariſtiæ eſt.*
26. *Reſpondetur ad argumenta de quibus in num. 24.*
27. *Immiſtio ſeminis vt tritici, & ordei, vel cæterorum ſeminum impedit conſecrationem.*
28. *Quantitas materiæ ad conſecrandum relinquitur arbitrio ſacerdotis.*
29. *Conſecratio an legitimè fiat in pane azimo, vel fermentato.*
30. *Latini in azimo, Græci in fermentato pane conſecrant, at peccant ſi contra formam ſuæ regionis faciant.*
31. *Græci in fermentato pane conſecrantes non peccant, nec ex eo ſchiſmatici reputantur.*
32. *Panis naturaliter confectus neceſſarius eſt ad hoc ſacramentum.*
33. *Materiam calicis vinum vitis eſſe probatur.*
34. *Sex argumenta proponuntur aduerſus ſuperiorem concluſionem.*
35. *Reſpondetur ad argumentum contrarium.*
36. *Conſecratio in vino ſine aquæ immiſtione valet, ſed grauiter peccat conſecrans.*
37. *Traditur intellectus cap. 2. de conſecr. d. 2.*
38. *In conſecratione aqua cum vino coniungi debere in modica quantitate conſulitur.*
39. *Aqua quæ immiſcetur cum vino naturalem eſſe debere probatur.*
40. *Quæ ſit forma huius ſacramenti traditur.*
41. *Hæc in forma tria amplectuntur videlicet terminus à quo, terminus ad quem, & ipſa actio, & quibus in verbis conſiſtat declaratur.*
42. *Hæc forma an propriùs dicatur conſecrationis, quã ſacramenti diſcutitur.*

43. *Verbis prolatis à ſacerdote in verum Chriſti corpus panis conuertitur.*
44. *Verum corpus, & ſanguis Chriſti Domini noſtri, tam in conſecratione panis, quam calicis exiſtit.*
45. *Id quod de quolibet ſpecie panis, & vini dicitur, idem dicendum eſt de qualibet particula ſpeciei.*
46. *Prolatis à ſacerdote pœnè verbis tranſubſtantiatur panis & vinum in verum corpus Chriſti, & accidentia panis, & vini tantum remanent.*
47. *Damnantur aliquorum errores circa prædictam obſeruationem.*
48. *Quantitas quæ conſeruatur ſine ſubiecto hoc ſacramento an corrumpi poſſit, ſicut antea cum erat in ſubiecto.*
49. *Forma conſecrationis vini traditur.*
50. *Intellectus ad cap. cum Marthæ, & ad alia iura aſſignatur.*
51. *Conſecrans forma à Diuo Ambroſio tradita tantum, etſi conſecrat, peccat tamen Mortaliter.*
52. *Quatuor ſingularia enarrantur de verbis additis per Innocent. 3. ad verba Diui Ambroſij.*
53. *In hac conſecratione accipitur continens pro contento.*
54. *Declaratur in qua actionis parte ſacramentum conſiſtat.*
55. *Solus ſacerdos eſt miniſter huius ſacramenti.*
56. *Quinque mediis probatur prædicta concluſio.*
57. *Ratio propter quam clericus in hoc ſacramento conſecrare poſſit, chriſma vero non poſſit aſſignatur.*
58. *Diaconum miniſtrare calicem poſſe ex neceſſitate non vero conſecrare traditur de quo num. 64. & 65.*
59. *Conſecratio non ſolum conſiſtit in vi verborum, ſed in virtute Dei tradentis eam Apoſtolis & ipſis ſucceſſoribus in ſacerdotio.*
60. *Duplex eſſe ſacerdotium ſpirituale, & ſacramentale, & quid vnum quodque traditur.*
61. *Laici non ex eo quia Chriſto per charitatem vniti ſunt conficere poſſunt hoc ſacramentum ſed tantum offerre hoſtias.*
62. *Laici & mulieres non ex eo quod baptiſmi miniſtri ſint etiam Euchariſtiæ poſſint eſſe declaratur.*
63. *Conſecrare, ſacerdotibus tantum competit, & Euchariſtiam miniſtrare.*
64. *Diaconis calicem miniſtrare in Eccleſia primitiua ex officio conueniebat, & quid hodie.*

Digitized by Google

65. *Diaconis inſtante neceſsitate deferre Euchariſtiam infirmis Epiſcopo permittente conceditur, ex magna vero neceſsitate ſine eius, nec parochi licentia permittitur.*

66. *Omnibus ſacerdotibus conſecrare, & celebrare conuenit ex Chriſti inſtitutione, miniſtrare vero in habentibus iuriſdictionem ordinariam, vel delegatam.*

67. *Quilibet Sacerdos etiam ſi excommunicatus, vel depoſitus ſit, vel quocunque crimine damnatus poteſt conſecrare cum intentione faciēdi quod facit Eccleſia.*

68. *Impij, & pij ſacerdotis etſi par eſt conſecratio quoad ſacramentum, diſpar vero quoad fructum, & deuotionem.*

69. *Euchariſtiæ vſus continere partes reductiuè tractatur.*

70. *Lotis pedibus, & cum veſte nuptiali ad hoc ſacramentum accedere neceſſe eſt.*

71. *Qui indigne accedit ad hoc ſacramentum, ſacramentaliter recipit non vero ſpiritualiter.*

72. *Spiritualiter recipere quatuor modis dicitur, & quid vnuſquiſque.*

73. *Prædicti quatuor modi ad ſacramentalem, & ſpiritualem, & tantum ad ſpiritualem reducuntur.*

74. *Euchariſtiam ſumere non licet ſine confeſsione.*

74. *Venialia peccata an impediunt acceſſum ad hoc ſacramentum.*

76. *Ad vſum Euchariſtiæ peccatum mortale occultum confiteri debet, quia ſi publicum ſit publicam exigit pœnitentiam, & ante eum acceſſus improbatur.*

77. *Euchariſtiæ vſum ſacerdotes celebrantes, ad vtriuſque ſpeciei conſecrationem, & ſumptionem obligare probatur.*

78. *Sacerdotes non celebrātes, & laicos communicantes ad vtriuſque ſpeciei vſum non obligantur.*

79. *Sacerdotes non celebrantes, & laicos communicantes recipere corporis dumtaxat ſpeciem non autem ſanguinis ſex probatur fundamentis.*

80. *Eccleſiam rectè inſtituiſſe panis tātum ſpeciem in communicatione diſtribui laicis & clericis traditur.*

81. *Traditur intellectus ad caput Comperimus de conſecr. d. 2.*

82. *Illa quæ à Sacerdote dicuntur obſeruari quoad veſtes, ornamenta, locum, & tempus declaratur.*

83. *Huius ſacramenti fructus conformes eſſe ipſius excellentiæ traditur.*
84. *Fructus huius ſacramenti ſequuntur recipientem in voto, gratia tamen ſacramentalis non ſequitur niſi recipientem realiter.*
85. *Curandum eſt non tantum hoc ſacramentum adorare, ſed & recipere.*
86. *Realiter ſuſpiciens ſacramentum ſi dum id retinet antequam corrumpantur ſpecies contritus fuerit, ſi ante non erat plenum conſequitur effectum.*

1. TERTIVM eſt eximium & incomparabile Euchariſtię ſacramentum, cuius maieſtas, & excellentia fidei magis quam humani intellectus natura conſiſtit vt poſt tot ſanctorum authoritates & Pontificum decreta in ca. 1. cum ſequentibus de conſecr. d. 2. in c. 1. §. vna de ſumma Trinitate in c. cum Marthæ in principio de celebrat. miſſarum, & in cap. ad abolendam in principio de hæret. Clemētina vnica de reliquiis, & venerat. ſanctorum eleganter docuit. Conc. Florentinum, & optimè diffiniuit Trid. ſeſſ. 13. c. 1. de ſanctiſſ. Euchariſtiæ ſacramento cum ſequentibus. Ad cuius interpretationem eſt diſputandum 1. quo, & quando fuerit inſtitutum. Secundo quid ſit. Tertio quæ ſit eius materia. Quarto quæ ſit eius forma. Quinto quis ſit eius miniſter. Sexto quis ſit vſus. Septimo quis ſit eius effectus.

Ad primum, ſi legis naturalis ſacri-
2. ficia, & veteris teſtamenti ſacramenta repetamus, non ſolum vtriuſque authoritatibus hoc ſacramentum inſtitutum fuiſſe, ſed etiam controuerſum eſſe de ipſarum authoritatum Prælatione apparebit, quoniam Hieremiæ 11. (mittamus lignum, in panem eius. Indic. 9.) vinum quod lætificat. & Geneſ. c. 49. ad ſacramentum Euchariſtiæ pertinere Hieron. Auguſt. & Cyprianus agnoſcunt relati ab infra allegandis, quod apertius repræſentatur in Manna. Exodi. 16. habebat enim omnem ſaporem ſuauitatis. Sapientiæ 16. Ioan. 6. (Patres veſtri manducauerunt manna &c.) c. Reuera 69. de conſ. d. 2. vel in agno Paſchali. Exodi. 12. c. quid ſit ſanguis. 73. de conſecr. d. 2. vel in ſacramento expiationis, quod ſolemniſſimum erat, quando ſacerdos ſemel in anno intrabat cum ſanguine in ſancta ſanctorum. Leuiti. 16. & 23. Pauli ad Heb. 9. vel in ſacrificio Melchiſedech Regis Salem. qui cum eſſet ſacerdos Dei altiſſimi panem, & vinum obtulit Geneſ. 14. & pſalmo. 109. ibi (tu es ſacerdos &c.) & refertur in canone miſſæ, & in c. Accipite 88. de conſecr. d. 2. iccirco diſputāt de authoritate quæ præſtantior fuerit ab Euchariſtiæ inſtitutione, gloſ. in dicto cap. accipite obſeruat, quod agnus fuit figura, ſed Melchiſedech fuit præfigurator, at Diuus Thom. quem alij ſequuntur altius docuit conſiderandum eſſe ſacramentum de per ſe, id eſt, panem, & vinum &c. Secundo rem & ſacramentum, id eſt, verum Chriſti corpus. Tertio rem ſacram de per ſe, id eſt, effectum, deinde reſoluit quoad

primum Melchiſedech ſacrificium præſentare, quia panem & vinum obtulit, quoad ſecundum præſtare ſacramentum expiationis, quoad tertium præſtare manna, cum haberet ſaporem ſuauitatis, agnum vero Paſchalem omnia ſimul comprehendere primo quia edebatur cum panibus azimis. Secundum quia immolabatur multitudine filiorum Iſraël. in 1. & 4. Luna. Tertium quia agni ſanguine protecti fuere ab Angelo deuaſtante, & ab Ægyptiorum ſeruiture liberati, vnde & illud apparet in prædictis ſacrificiis præfiguratum non inſtitutum fuiſſe Euchariſtiæ ſacramenrum, quia ſicut arcana ſemper myſteria, magnæ quoque res præſertim Chriſti actiones prænunciari ſolent, ita ſanctiſſimum Euchariſtiæ ſacramentũ legis naturalis, & veteris, prophetia, & figura, & Euangelij promiſſione pronuntiatum fuit, prophetia inquam ex Iudic. ex Hieremia, ex Geneſi. figura ex Melchiſedech, agno, manna cum reliquis, promiſſione Ioan. 6. (Panis meus verè eſt cibus) vt latius explicat d. c. accipite cap. quid ſit ſanguinis, c. reuera Archidiaconus. Bellamera, & Turrecrem. elegantius, Tho. 3. part. quæſt. 73. art. 6. & in 4. d. 8. quæſt. vnica vbi Soto art. 6. Victoria num. 54. Ruardus Taper. 2. part. art. 13. B. Ledeſm. in ſummario tir. de Euchatiſtia. Oſius in confeſſ. Polonica. c. 39. Caniſius in Catecheſi de Euchariſtia art. 7. Sonnius de Euchariſtia c 1 & 2. latiſſimè Alanus de Euchariſtia lib. 1. c. 7.

3. Quare propoſitio Catholica ſit nõ ſolum in generе omnia nouæ legis ſacramenta à Chriſto fuiſſe inſtituta vt definitum eſt in Trid. ſeſſ. 7. de ſacram. canone 1. vt diximus ſupra in principio de ſacramentis, ſed etiam in ſpecie admirabile Euchariſtiæ ſacramentum à Chriſto fuiſſe inſtitutum Hyeroſolimis in vltima cœna poſt agnum typicum, vt ſacra refert hiſtoria Math. 26. Marci 14. Lucæ 22. Deinde poſt aliquot annos Corinthis repetitur à Diuo Paulo, qui quamuis inſtitutionis tempore Eccleſiæ eſſet perſecutor poſtea ad Cælum raptus, & è cælo edoctus pronunciauit. (ego enim accepi à Domino, quod & tradidi vobis, quoniam Dominus Ieſus in qua nocte tradebatur &c.) 1. ad Corinth c. 11. & 2. Corinth. c. 12. Galat. 1. c. vbi corpus 35. c. liquido 54. de conſecr. d: 2. c. 1. §. vna de ſum. Trinit. cap. cum Marthæ in principio de celebrat. miſſarum. c. ad abolendam in principio de hæreticis. Clement. vnica, de reliquiis, & veneratione ſanctorũ. in Florent. & Trid. ſeſſ. 13. c. 1. & 2. Thom. vbi ſupra art. 5. Soto dicta qu. vnica art. 5. Catechiſmus de Euchariſtia in principio, Euangelia eleganter concordat Sonnius c. 3. Alanus. c. 8.

Cuius inſtitutionis plures aſſignant rationes quam breui poſſent comprehendi, ſed ita explicandæ ſunt ſi inquiramus quare fuerit inſtitutum, ratio eſt propter ſummum & infinitum Dei amorem Ioan. 13. (cum dilexiſſet ſuos, qui erant in mundo vſque ad finem dilexit eos) vbi eleganter deſcripſit diuina inſtitutionis exordia, de quibus agendum eſt infra de vſu ſacramenti. 4.

At ſi inquiramus quare Hieroſolymis in vltima cœna inſtitutũ fuerit, 5.

tres rationes aſſignat Diui Thom. dicto art. 5. explicat Soto quæſt. vnica art. 5. ſeptem cumulat Alanus c. 8. & 9. alias ſcribunt ſupra relati. Tertia tamen Diui Thomæ iure noſtro magis probatur, quod poſterioribus tabulis commendatur maioris eſt authoritatis vehemẽtiúſque animis imprimitur, & manet alta mente repoſitum, iccirco cum nihil pretioſius, nihilve excellentius vllis vnquam in ſacrificiis eſſe potuit, quam corpus, & ſanguis Chriſti c. nihil 8. de conſecr. d. 2. Trident. ſeſſ. 13. c. 3. C. Deceſſurus ex hoc mundo ad patrem, in qua nocte tradebatur excellentiſſimum inſtituit ſacramentum, & pronunciauit in vltima cœna poſt inſtitutionem. Hæc quotieſcunque feceritis in mei memoriam facietis.) vt conſtat ex eiſdem Matthæo, Marco, & Luca, & Paulo vbi ſupra dicto cap. quia corpus 35. & cap. nihilo 54. de conſecr. d. 2. textus in d. Clement. vnica & elegãtiſſim. Trid. d. ſeſſ. 13. c. 2. explicant Thomas, & alij ſupra elegantes conſiderat circunſtantias Alanus lib. 1. c. 9. Theſaur. ſacerd. 1. part. tit. de Euchariſtia. Nau. c. 22. à num. 10. Petrus Gregorius Syntagmatum. lib. 2. c. 5.

6. Ad ſecundum. Quid ſit conſtituo imprimis, quod licèt pluribus appelletur nominibus ſacramẽtum corporis, & ſanguinis, vel corporis, & calicis, communio, viaticum, Sinaxis, frequentius tamen Euchariſtia, ſancti enim homines, qui in principio naſcentis Eccleſiæ donum hoc ſumma animorum gratulatione acceperunt, eius actionem appellarunt Euchariſtiam, hoc eſt, bonam gratiam, vel gratiarum actionem. textus in c. Multi 85. verſ. ſunt autem ſacramenta 1. quæſt. 1. & in ſupra allegatis, ſed non explicant, quare nomen hoc huic ſacramento magis conueniat, ſuntque elegantiſſimæ rationes.

Prior in Euchariſtia omnium gratiarum, beneficiorúmque ſpiritualium maximum nobis impartiri vt infra probandum eſt. Secunda. illuſtrior eſt quam diuinæ maieſtatis clementia voluit hunc cibum carnis ſuæ non ſolum eſſe in paſtum populi, ſed etiam vt in eo conſtituatur memoria mirabilium ſuorum vt in d. Clement. vnica & ſeſſ. 13 c. 2. & ſacrificium laudis, quo adeo ſe honorari per prophetam prædixit & diuino ore pronunciauit in vltimo diſceſſu. (Hæc quotieſcunque feceritis in mei memoriam) ex Matth. Marc. & Luc. & Paul. vbi ſupra. Tertia, quia in diuinæ inſtitutionis exordio ipſum Chriſtum gratias Patri egiſſe ſacra teſtatur hiſtoria, ſecundum eoſdem, & refertur in canone miſſæ. §. qui pridie quam pateretur, quib. ita diſpoſitis à Theologis & Pontificiis ita definitur, quod Euchariſtia eſt ſacramentum quod ſub ſpecie panis, & vini, vel alterius eorum verum corpus, & ſanguinem Chriſti continet vt placuit Nauar. n. 10. & aliis ſupra. vel eſt ſacramentum corporis, & ſanguinis Chriſti, quo vita ſpiritualis nutritur, & reparatur, placuit Soto dicta quæſt vnica art. 1: in expoſitione articuli, & Alano lib. 1. c. 2. vtraque probatur in c. 1. cum quatuor ſequentibus de conſecr. d. 2. dicto c. 1. §. vna de ſumma Trinit. c. cum Marthę in principio de celebrat. miſſarum c. ad abolendam in principio de 7.

pio de hæreticis. textus in dicta Clement. vnica de reliquiis, & veneratione ſanctorum in Conc. Lateranẽſi ſub Innocentio 3. c. 21. in Florent. & Trid. ſeſſ. 7. canone 1. de ſacram. & ſeſſ. 13. c. 1. cum ſequentibus explicãt omnes ſupra relati.

8. Ex qua difinitione deducitur primo eſſe verum Eccleſiæ ſacramentum, & ita ſatis probatum & definitum eſt in proximis iuribus & Conciliis. Secundo inde deducitur ex eiſdem authoritatibus, & Conciliis eſſe vnum ſacramentum non plura ita docuit textus in d. §. vna, & in dicto. c. ad abolendam & in dicta Clemẽtina, & in dicto c. multi 85. verſiculo ſunt autem 1. quæſt. 1. ſed apertius definitur Trident. ſeſſ. 7. de ſacramentis canone 1. & ſeſſ. 13. in principio de ſanctiſſimo Euchariſtię ſacramento, & ita communis eſt apud Theologos, & Pontificios, quamuis Gabriel, & alij contrarium probare contendant, ex eo quod cum ſint duæ materiæ nẽpè panis & vinum, duæ conſecrationes forma vt conſtat ex canone miſſæ, & ſic duo ſigna duo erunt ſacramenta, & ita ſignificant textus in c. 1. cum ſequentibus in c. Comperimus 12. de conſecr. d. 2. & in oratione miſſæ dicimus (purificent nos Domine ſacramenta, quæ ſumpſimus) Sed reſpondendum eſt nõ obſtare, quia licèt materialiter duæ ſint materiæ, duæ formæ formaliter tamen vnum eſt ſacramentum, vnus perfectionis finis, & ita ſunt plura materialiter facientia vnum perfectum, quoniam tripliciter dicitur vnum ſecundum Ariſtot. Metaph. lib. 5. à c. 7. ad 12. vel tanquam indiuiduum vt Angelus, vel continuum vt linea, vel perfectum vt repræſentans vt domus, vel corpus, in quibus licet ſint plures materiæ, vel membra, vnum eſt corpus, vna domus, ita Euchariſtia vnum ſacramentum eſt, licet, non indiuiduitate, vel continuatione, ſed perfectione vel repręſentatione, quamuis enim materia ſit panis, materia vinum, vna eſt refectio ex pane, & vino confecta. Inde dixit Paulus 1. ad Corinth. 10. (vnus panis, vnum corpus multi ſumus omnes qui de vno pane, & vno calice participamus) & ita ab Eccleſia Catholica receptum eſt. d. c. 1. §. vna dicto c. cum Marthæ dicto c. ad abolendam, dicta Clement. vnica in Lateran. Florent. & Trident. ſeſſ. 7. de ſacram. canone 1. & ſeſſ. 13. de ſanctiſſimo Euchariſtiæ ſacramento. ita interpretandus eſt textus in c. 1. & cap. Comperimus vbi referuntur tamquã plura, quia ſunt plura facientia vnum perfectum, & inde in illa oratione miſſæ, poſtquam dixit (ſacramenta quæ ſumpſimus) elicit infra (hoc tuum ſacramentum non ſit nobis reatus ad pœnam) ſic Diu. Thom. 3. part. quæſt 73. art. 2. in 4. d. 8. vbi Soto quæſt. vnica art. 2. Victoria nu. 51. Taper. art. 13. B. Ledeſma 2. difficultate. Caniſius art. 1. Sonnius c. 4. Alanus lib. 1. de Euchariſtia c. 12. cõcludentes, quod ſicut ad vitam ſpiritualem oportuit eſſe baptiſmum, qui eſt ſpiritualis generatio, & confirmationem, quæ eſt ſpirituale augmẽtum, ita Euchariſtia quæ eſt ſpirituale alimentum.

Tertio ex eadem ratione deducitur Euchariſtiæ ſacramentum eſſe de neceſſitate ſalutis, quod duplicem ha- 9.

baptiſmus cum inchoatio ſit tanquã cauſa efficiens realiter impleri debet, Euchariſtia tanquam finis voto impletur ex dictis iuribus & communi.

14. Quinto ſi inquirimus quare baptiſmus ſtatim, Euchariſtia poſt diſcretionem ſuſcipiatur. Reſpondetur, in baptiſmo inſtare periculum, inde & mulier, & hæreticus miniſter eſt. poſt baptiſmum autem non eſt periculum vſque ad diſcretionem.

15. Sexto, Si inquiramus quare in confirmatione non ſpectetur tempus diſcretionis vt in Euchariſtia reſpondetur. venerationem & cultum ſanctiſſimæ Euchariſtiæ debitum diſcretione indigere vt latius proſequuntur ſupra relati.

16. Quarto ex dicta definitione controuerſum eſt, vt Euchariſtiæ ſacramentum in qua parte conſiſtat, quatuor enim deſiderantur partes. prior, ſpecies panis & vini. Secunda, corpus & ſanguis, Tertia conſecratio. Quarta perceptio. Treſq; ſunt ſpecies, prior conſiſtere in ſpeciebus. Secunda in corpore, & ſanguine. Tertia in vtroque ſimul, nempè in eo quod remanet poſt conſecrationem, cuius diſputatio reſoluenda eſt infra ad quartum. de forma ſacramenti.

17. Vltimo deducitur an ex eo, quod Euchariſtia ſacramentum eſt, & ſacrificium etiam ſit, ſacrificium autem dicitur, quaſi ſacrum facere, & ipſa res Deo dicata c. Multi, 85.1. quæſt.1. dicitúrque ſacrificium quaſi immolatio, à mola, id eſt, farre, quo victima aſpergebatur, inde Chriſtus dicitur immolatus cap. ſemel immolatus 52. de conſecr. d. 2. & in præfatione Paſchatis. Cum Paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus, & definitum eſt in cap. ſacrificium. 32. de conſecrat. d. 2.

Inde colligitur ſacrificium eſſe viſibile inuiſibilis ſacrificij ſacramentum, ideo eſt ſciendum ſacrificij nomen propriam, & impropriam habere ſignificationem, ſacrificium propriè fit per dedicationem vt confeſſionem rei ſenſibilis animatæ, vel inanimatæ in honorem Dei impropriè, per quancunque actionem vel virtutem, quæ ſuo fine, vel officio in Deum referri poteſt vt ſacrificium laudis, ſacrificium iuſtitiæ ſpiritus contribulatus, ac proinde cætera ſacramenta impropriè ſacrificia dici poſſunt, propriè autem non, quia ſacramenti propriũ eſt ſanctificare, & efficere, ſacrificij autem offerre, & immolare. 18.

Ex quibus Catholica, & certa propoſitio eſt ſacro ſanctum Euchariſtiæ myſterium, & ſacramentum pariter & ſacrificium eſſe, quia eſt imago paſſionem Chriſti repræſentans, & illius ad exemplum quotidie fit, & ſicut ille in cruce emeruit, & pro nobis ſatisfecit, ſic per hoc ſacrificiũ, quod ipſa paſſio applicatur merentur, & ſatisfaciunt, iccirco quamuis per baptiſmum, & alia ſacramenta eorumque gratiam participantes efficiamur paſſionis in Euchariſtia non ſolum ſuſcipientes gratia replẽtur ſed etiam offerentes, quatenus ſacrificium eſt merentur, & ſatisfaciunt ita ab Eccleſia receptum, iamque definitum eſt. dicto c. Multi. 1. quæſt. 1. c. didicimus 6. c. cum omne 7. c. nihil 8. c. relatum 11. c. ſemel immolatus 52. c. in Chriſto 53. de conſecr. d. 2. c. 1. §. vna de ſum. Trinitate c. Cum Marthæ de 19.

Digitized by Google

celebrat. Miſſarum. Trident. ſeſſ. 22. de ſacrificio miſſæ c. 1. cum ſequentibus. Diu. Thom. 3. part. quæſt. 83. art. 1. in 4. d. 13. vbi Soto art. 1. col. 2. B. Ledeſma 4. difficult. Caniſius articulo 7. de ſacrificio miſſæ, Alanus lib. 2. de ſacrificio c. 1. 2. & 3. probaturque authoritate & ratione. authoritate, quia in lege veteri non ſolum agni Paſchalis immolatio fiebat ſemel in anno in quarta Luna à multitudine filiorum Iſraël, Exodi 12. ſed etiam duo agniculi immaculati ſingulis diebus immolabantur, quotidie in holocauſtũ ſempiternum. Numerorũ 28. Ratione, quia communi omnium gentium quamuis barbaræ fuerint ferè conſenſu erga Deum cognita religio fuit, & religionis ſacrificium, ſacrificiiſque Pontifex vel ſacerdos ſacrificandique lex, mos, & vſus, ſed negantes ſacrificium Euchariſtiam ſanctiſſimam eſſe, nullum proprium Catholici relinquunt, ergo ſacrificium eſſe lege naturali vt fateatur neceſſe eſt, nã oblationes panis, & vini, ceræ, & ſimilium non ſunt propria ſacrificia noſtra, quia & gentibus communia, & laicis ſunt, qui propriè ſacerdotes nõ ſunt, vt latius probant ſupra relati, & inde reſpondent hæreticorum argumentis, quæ potius deliramenta ſunt, vt probant Taper. art. 14. Soto dicta q. 2. art. 1.

Vnde ſupereſt difficultas in qua
20. Euchariſtiæ parte ſacrificium conſiſtat, quod difficile eſt propter opinionum varietatem. Prior eſt conſiſtere in conſecratione, & oblatione verbali. ibi (offerrimus præclaræ maieſtati tuæ de tuis donis, & datis hoſtiam puram, hoſtiam ſanctam, hoſtiam immaculatam) textus in c. didicimus 6. c. Cum omne 7. c. nihil 8 de conſecr. d. 2. vbi ſacrificium ad oblationem refertur, probat Echius de ſacrificio miſſæ lib. 3. c. 9.

Secunda opinio eſt conſiſtere in conſecratione, oblatione, & fractione, & intentione hoſtiæ ad ſacrificiũ quia tunc repræſentatur immolatio corporis, & ſanguinis, textus in cap. frangitur 37. de conſecr. d. 2. defendit Cano. de locis Theologicis lib. 12. c. 12. Tertia opinio eſt potiſſimum conſiſtere in perceptione corporis, & ſanguinis tunc enim perficitur mortis repræſentatio, & illa ſanguinis effuſio textus in c. Relatum. 11. in principio, & ibi. (Nam quale erit ſacrificium vbi ſacerdos non percipit corpus, & ſanguinem.) de conſecr. d. 2. in hanc partem inclinat Diuus Thom. 2. 2. q. 85. art. 3. probat lariſsimè Soto in 4. d. 13. quæſt. 2. art. 1. inde plura deducens. Quarta opinio eſt in ſola conſecratione ſacrificium conſiſtere, quoniam ſacramenti ratio in conſecratione dumtaxat perficitur, ergo ſacrificij ratio in eadem conſiſtit. textus in c. ſemel immolatus. 52. de conſecr. d. 2. vbi ſemel immolatus eſt Chriſtus, & nos quotidie immolamus in ſacramento. Auguſtin. dixit, ſi itaque in ſacramento immolamus, & ſacramentum in conſecratione perficitur, conſequitur immolationem, & ſacrificium in conſecratione conſiſtere, ita Diuus Thom. 1. 2. queſt. 83. art. 4. Dioniſius, de Eccleſiaſtica Hierarchia c. 3. docuit, ſacrificium Symbolicum eſſe conſecrationem Taper. art. 16. Alanus lib. 2. de ſacrificio c. 15.

In qua difficultate ego huic vlti- 21.

Digitized by Google

mæ adhæreo ex prædictis rationibus, deinde, quia illud Chriſti dogma (hoc facite in meam commemorationem) ad conſecrationem refertur, & ita ex dictis iuribus conſtat & Trident. ſeſſ. 22. de ſacrificio miſſæ canone 2. & à ſacerdote ſtatim poſt conſecrationem profertur, ergo in conſecratione conſiſtit ſacrificium. Præterea in conſecratione tria conſiſtunt, panis conuertitur, Chriſtus exiſtit, idémque ſacramentaliter mactatur, ac proinde ſiue commemorationem, repræſentationem, & ſimilitudinem paſſionis Dominicæ, ſiue gratiarum actionem, ſiue ſacramentalem mactationem, ſiue rei ſacrificandæ in honorem Dei oblationem deſideremus, hæc omnia in vnica, atque tumenda conſecrationis actione, & dignitate perficiuntur, ergo in ea dumtaxat ſacrificij ſubſtantia conſiſtit, cuius excellentiam explicant ſupra allegati, & Oſius in confeſſione Polonica c.41.

22. Nec obſtant aliarum opinionum argumenta, licet enim omnes cæremoniæ, ac ſacrificales operationes non pertineant ad ſubſtantiam ſacrificij, ſicut neque ſacramentalia ad eſſentiam ſacramenti, tamen omnes ad externam eiuſdem rei, quæ in ſacrificio peragitur illuſtriorem repræſentationē clarioremque ſimilitudinem à Chriſto ab Apoſtolis à Pontificibus adiectæ ſunt. ita probatur ex ſupra relatis, & explicat optimè l. 47. titulo 4. partitâ 1. Vnde generaliter reſpondendum eſt omnes oblationes, preces, fractionem, & alias cæremonias non eſſe de ſubſtantia ſacrificij, ſed eſſe ſacrificales, & ipſius ſacrificij explicatiuas. Nec obſtant iura in dicto cap. Didicimus, & in dicto cap. cum omne, & in dicto cap. nihil vbi ſacrificium refertur ad oblationem quia reſpondeo oblationem eſſe ante conſecrationem cum offerimus panem, & calicem, & in ea actione ſacrificium non conſiſtere omnes agnoſcunt.

Quare vera interpretatio eſt oblationem in illis iuribus accipi pro ipſo ſacrificio non tamen pro oblatione verbali (offerimus præclaræ maieſtati tuæ, &c.) de qua diximus prima opinione, quia (offerre) frequentiſſimè accipitur pro (ſacrificare) & ita probatur Trid. ſeſſ. 22. de ſacrificio miſſæ c.1. cum ſequentibus capitulis, & canonibus, vnde in dictis iuribus accipitur pro ipſo ſacrificio cuius ſubſtantia conſiſtit in conſecratione vt diximus. Nec obſtat c. cum frangitur, quia illa fractio, & intinatio ſacrificalis erit, non tamen de ſubſtantia ſacrificij. Nec obſtat c. relatum, quia licet veriſſimum ſit huius ſacrificij ſubſtantiæ proximiorem eſſe communiorem, quam cætera ſacrificalia, ſuperior tamen reſolutio veriſſima eſt, & communionem eſſe ſacrificalem, non tamen de ſacrificij ſubſtantia iuxta ſuperiorem traditionem, & ita interpretanda ſunt illa verba (nam quale erit ſacrificium) vbi ſacerdos non percipit, quoniam non dixi non eſſe ſacrificium, ſed eſſe minus ſacrificium legitimum, cum deficiant ſacrificalia, & ita grauiſſimè peccaret ſacerdos non participans, peccarétque etiam poſt communionem ſi antiphonas vel orationes omitteret, quia ad ſacrificij ornamentum, & explorationem

ſecratur, & rectè fieri poſſe probat gloſ. Verbo frumentis in dicto cap. in ſacramento, Caiet. ad Thom. dicta q. 74. art. 3. Palud. & Durandus in dicta d. 9. q. 1. Gabriel in Canone lectione 25. plures relati à B. Ledeſma dicta difficult. 6. concluſione 2.

25. Secunda, opinio eſt panem triticium eſſe neceſſariam Euchariſtiæ materiam, quod ratione probatur, quoniam gens politica, & prudens triticum refectioni ſemper procurat, neque tritico aliud frumentũ prætulit, & ita à Conc. Florent. definitum eſt, & Eccleſia magis recepit ex D. Thom. & aliis infra allegandis in primo dogmate.

26. Nec obſtant in contrarium adducta, primum, quia frumentum ſtrictè etiam accipitur pro nobiliori, id eſt tritico, & ita conſuetudine iam receptum eſſe probat Alciatus, & latiſſimè Rebuf. in dicta l. frugem, & inde Rebuf. ſic interpretatur legem fin. ff. ad l. Iuliam de annona legem non debere, legem. Lucius ff. ad municipalem l. Decuriones ff. de adminiſtratione rerum ad Rempubl. per l. 1. l. 3. §. cura ff. de muneribus, & honoribus, & ita ſignificat textus in l. ſi quid frumenti C. de canone frumenti lib. 11. inde etiam ſoluitur. Secundum in dicto c. in ſacramento ibi (de frumentis) intelligitur enim triticus, eodem modo intelligenda eſt Ioan. authoritas quia granum frumenti de tritico intelligit ibi Diu. Auguſt. & tractatu 83. in Ioan. Neque obſtat quartum quia tritici ſpecies facilè reperitur, & idcirco reputatur materia conueniens vltra rationes ſupra explicatas. Nec obſtat Quintum quoniam panem ad conſecrationem ex ſelectis tritici granis fieri decens eſt, non tamen neceſſarium, quia quandiu ſpeciem non mutauerit materia apta eſt, & ſufficiens, at vero ſi ſpecies mutatur vel ſoluitur nõ erit conſecrabilis, mutatio autem, vel corruptio ex diſcontinuatione, ſapore & colore, & ex aliis accidentibus deprehẽditur, quare ſi triticum in aqua corrumpatur, vt fiat Almidon non erit materia conſecrabilis de quo latius infra. Nec obſtat ſextum quia ſi in aliquibus regionibus alio frumento conſecratio fit, admittitur in tritici defectum, Eccleſiæ diſpenſatione vt de aqua in baptiſmo de balſamo in confirmatione diximus.

Vnde relinquitur non conſecrari 27. vbi eſt copia tritici, in ſiligine, hoc eſt centeno in ordeo, id eſt ceuada, in auena, in ſpecta, id eſt ſcandia, in oriza, id eſt arroz, minuſque in pane ex faua, ex cicere, ex lente, longéque minus ex nucibus, caſtaneis, vel amigdalis.

Secunda, diſputatio eſt de materiæ 28. panis quantitate ad conſecrationem neceſſariam, in quo omnes Theologi, & Pontificij conueniunt ſacerdotis arbitrio, & prudentiæ relinquendum eſſe ita omnes in primo dogmate allegati.

Tertia, diſputatio eſt an conſecratio 29. legitimè fiat in tritici pane azimo, vel fermentato, & difficultas orta eſt, ex contrario Eccleſiæ Latinæ, & Grecæ vſu, vtrumque tamen probatur in Florẽt. in quo & Latini, & Græci prælati conueniunt, quamuis in c. litteras de celebrat. miſſarum grauiſſima imponatur pœna conſecranti in fer-

proximè allegati.

33. In Secundo de materia calicis firma propoſitio ſit, propriam calicis materiā eſſe vinum vitis primo quia in vino vitis ſanctiſſimæ Euchariſtiæ ſacramentum, ſacris conſtat teſtimoniis ex Matth. Luca & Marco vbi ſupra. Secundo quia ſtatim poſt conſecrationem dixit Dominus, Non bibā à modo degenimine vitis huius &c. Matth. 26. Tertio, quia ſicut frumenti grano ſe cōparauit Ioan. 12. ita & dixit (Ego ſum vitis vera) Ioan. 15. Quarto, quia panē triticium deſignauit materiā eſſe tanquam alimento corporali gētis politicæ conuenientem, & inde alimēto ſpirituali congruam, idcirco vinum genti politicæ pro potu conueniens ſpirituali potui, vt conueniat ratio poſtulat, itaque receptum eſt in c. 1. & 2. c. oportet 4. c. in ſacramento 5. c. quia paſſus 38. c. nos autem 41. c. ego 42. c. vt quid 47. c. panis 55. c. vtrū 72. c. omnia 74. c. corpus 79. c. in calicem 83. de conſecr. d. 2. c. 1. §. vna de Sum. Trinit. c. cum Marthæ c. in quadam de celebrat. miſſarum, Conc. Colonienſe de hoc ſacramento §. elemento in Flor. & Trid. ſeſſ. 13. de ſacro-ſancto Euchariſtiæ ſacramento canone 2. & ſeſſ. 22. de ſacrificio miſſæ c. 1. & 7. Thomas 3. part. q. 7. art. 5. & in 4. d. 9. vbi Soto q. vnica art. 5. M. Ledeſma q. 15. Taper. art. 14. B. Ledeſma 6, difficult. in fine Oſius, Caniſius, Sōnius, & Alanus vbi ſupra. Cucus à n. 23. Petrus Greg. dicto c. 6.

34. Contra quam plura vrgent. Primo aqua materia eſt baptiſmi, ſicut vinū Euchariſtiæ, ſed in quacunque aqua fit baptiſmus vt diximus in ſacramento baptiſmi, ergo, & in quocunque vino. Secundo acetum ſpecies eſt vini, & vite productum l. in venditionibus 9. ff. de contrahenda emptione l. ſi vina cum duabus ſequentibus, ff. de periculo & commodo rei venditæ ſed acetum non eſt conſecrabile ergo nec vinum. Tertio, vinum dulciſſimum, quod nectar, vel muſtum, vel aliter appellatur ex vite productum eſt, lege ſi quis vinum ff. de tritico vino, & oleo legato ſed non eſt conſecrabile, ergo non rectè proponitur ſupra. Quarto vua ex vite producitur, ſed non eſt conſecrabilis c. didicimus 6, de conſecr. d. 2. ergo contra propoſitionem. Quinto, quod ex vuis recentibus, exprimitur à vite deductum eſt ſed non eſt conſecrabile ergo non obtinet propoſitio. Sexto, vinum cum aqua ad legitimam conſecrationem commiſceri neceſſe eſt c. 1. & 2. c. non oportet 4 c. in ſacramento 5. cum aliis de conſecr. d. 2. c. cum Marthæ §. quæſiuiſti, & cap. in quadam de celebrat. ergo non in vino dumtaxat conſecratio fit inde gloſ. verbo calix in dicto c. 2. de conſecratione diſtinctione 2. Archidiac. Velamer. Turrecrem. ibi & Innocent. de miniſterio miſſæ lib. 4. c. 30. Gabriel. in canone miſſæ lectione 35. & ſupra relati in propoſitione latè diſputant de ipſius explicatione. Ex quibus obſeruandum eſt ſuperiorem propoſitionem & Catholicam eſſe & ſecurè tenendam. Nec obſtant in contrarium adducta.

Primum, quia concedo veriſſimum 35. eſſe in quacunque aqua, quæ aqua ſit, baptiſmum fieri vt de baptiſmo diximus, eadémque ratione in quocunque vino, quod vinum ſit conſecratio fieri, ac proinde in eo, quod expri-

mitur ex granatis vel ex moris non conſecratur, quia propriè vinum non eſt, ſed magis propriè liquor ex Diu. Thom. & aliis.

Non obſtat Secun um quia veriſſimum eſt materiam calicis eſſe vinum ex vite, non tamen omne quod ex vite productum eſt vinum dicitur, idcirco acetum vinum non eſt, quia iam mutauit ſpeciem, & naturam, & vinum non eſſe probat textus in l. ſi quis vinum 9. ff. de tritico vino, & oleo legato, & ita etiam probat textus ſi cum iudicio conſideretur, in dicta l. in venditionibus ff. de contrahenda emptione, in l. ſi vina cum duabus ſequentibus ff. de periculo, & commodo rei venditæ, textus in l. 2. in fine l. ſequi ff. de optione legata vt infra explicandum eſt, ac proinde in aceto non conſecrari profitentur omnes Theologi & Pontificij ſupra allegati reprobata gloſ. verbo calix in c. 2. de conſecr. diſtinctione 2. contrarium affirmante, quoniam veriſſimum eſt calicis materiam eſſe vinum genti politicæ conueniens, quod cum in aceto verificari non poſſit nec in eo conſecrari poſſe affirmandum eſt, ita etiam cauendum eſt ab Innocent. de celebratione miſſæ lib. 4. c. ſi quem excuſant aliqui ex ſuperſoribus, non intellexiſſe de aceto, ſed de vino acido, in quo eſt obſeruandum vinum accidum calicis materiam eſſe quamdiu vini ſpeciem retinet, ſi vero mutauerit, vel corrupta ſit non eſſe conſecrabilem omnes affirmant, in dubio autem conſecrans grauiter peccat propter irreuerentiam, deinde quia grandi periculo ſe exponit ſi corrupta ſit materia, tunc enim non erit conſecrabilis ex dictis iuribus, & Diu. Thom. vbi ſupra, quem cæteri receperunt.

Nec obſtat dicta lex in venditionibus, quia vt diximus non ignorauerunt Iuris-Conſulti acetum non eſſe vinum, imo quia illud pro conſtanti habuerunt reſpondent vendito vino comprehendi acetum licet vinum non ſit, quia tempore venditionis vinum erat, poſteaque ſine venditoris culpa acetum factum fuit. Reſpondet, Conſultus valere venditionem non ex ratione recti ſermonis, ſed ex mutuo partium conſenſu, & venditoris innocentia, nam ſi tempore venditionis acetum iam eſſet non valeret venditio, ita intelligendus eſt ille textus cum aliis, licet aliter explicent alij doctores ibi, & Forcatulus in pœna iuris c. 9. Cuiacius lib. 15. obſeruationum c. 27. Briſſonius de formulis lib. 6. folio 555. §. quoad venditionem.

Nec obſtat Tertium eadem ratione reſoluendum, diximus enim non omne quod ex vite producitur vinum eſſe, conſecrabileque eſſe, ſed dumtaxat vinum proprium. Vnde cum melle, ſaccaro, vel aliqua ſpecie, vel flore conditum, vel decoctum vini ſpeciem mutans non erit conſecrabile ex dictis iuribus & dicta gloſ. verbo calix Diu. Thom. & aliis ſupra. Neque obſtat vino vendito vt ſupra vel legato vt in dicta l. ſi quis vina 9. ff. de tritico vino, & oleo legato, plerúmque illa condita etiam comprehendit, quia non ſit iuxta rationem recti ſermonis, ſed ex præſumpta teſtatoris voluntate, vt rectè explicant dicta l. 2. in fin. l. ſequi ff. de optione legata, Forcatulus

Digitized by Google

ſupra Cuiacius lib. 1 1. c. 50. Briſſonius ſupra idem, Verrutius de verborum ſignificatione lib. 9. Verſiculo vino legato, in conſecratione autem tantum Eccleſiæ traditiones obſeruari neceſſe eſt, ex quibus materia conſecrabilis in vino ſolum conſiſtit, quinimo & gentiles vino puro in ſacrificiis vtebantur, reiiciebantque ſpurcũ, quo nomine appellabant aqua miſtum diſlutum, vel decoctum igne, vel antequam defecueſceret quo vti nefas erat vt probat eleganter Briſſon. de formulis lib. 1. fol. 31.

Nec obſtat Quartum, quia ex ſuperioribus apertè conſtat vuam non non eſſe conſecrabilem, quia non eſt potus, ſed cibus vt in dicto c. didicimus, quod interpretandum eſt ibi non dari populo vuas tanquam conſecratas, ſed tanquam benedictas ex communi ſupra relata.

Nec obſtat Quintum quia ex eadem reſolutione conſtat aggreſtam non eſſe conſecrabilem muſtum tamen conſecrabile eſſe quia vinum eſt potabile idcirco in vini perfecti defectum in muſto abſque peccato, & irreuerentia conſecrationem fieri communi placuit, & ita intelligẽdum eſſe textum in dicto c. vi omne crimen, quod longè diuerſum eſt à maſſa vel paſta, quam non eſſe conſecrabilem reſoluimus in materia panis, quia non eſt alimentum, muſtum tamen potus eſt, & vinum, quamuis non perfectũ, ſicut puer eſt homo, non tamen perfectus, inde aliquibus regionibus die transfigurationis conſecratio fit in muſto, ex authoritate Matthæi (non bibam à modo de genimine vitis huius, vſque quo bibam illud nouum in regno Patris mei) quia transfiguratio pertinet ad innouationem, quam fecit Chriſtus poſt reſurrectionem, & fideles facturi ſunt, vt explicat rationale diuinorum lib. 7. c. 22. Theſaurus ſacerdotalis à quo tranſcripſit in 1. part. §. de transfiguratione fol. 155.

Nec obſtat Sextum, quia veriſſimum eſt calicis materiam eſſe vinum. receptiſſimúmque eſt vinum cum modica aqua miſcendum eſſe ex c. 1. & 2. cum quinque ſequentibus c. in calicem 83. de conſe. d. 2. c. cum Marthæ c. in quadam c. pernicioſus de celebratione miſſarum in pluribus Cõciliis, & Florent. tres rationes aſſignãtur, & repetuntur à Trid. ſeſſ. 22. de ſacrificio miſſæ c. 7. ſeſſ. 13. de ſanctiſſimo Euchariſtiæ ſacramento c. 3. & 4. & canone 2. nec repugnat in vino dumtaxat conſecrandum eſſe, quia illam immiſtionem aquæ in vinum cõuerti traditum eſt nec aquam miſcendam eſſe de ſubſtantia ipſius ſacramẽti dicendum eſt, quoniam ſubſtantia in vino conſiſtit, ſed eſt de Eccleſiæ præcepto recepto propter dictas rationes in Trid. relatas authore Alexandro 1. & ita ſunt interpretanda, dicta iura ex D. Thom. 3. part. q. 74. art. 6. & in 4. d. 9. vbi Soto q. 1. art. 6. M. Ledeſma q. 15. art. 8. B. Ledeſma difficultate 8. Cucus n. 24. Oſius, Caniſius, Sonnius, & Alanus vbi ſupra.

Vnde primo deducitur conſecrantem in vino ſine aquæ immiſtione ſacramentum conficere grauiſſimè tamen peccare contra Eccleſiæ traditionem, niſi iuſta ratione excuſetur vt docuit Diu. Thom. & alij ſupra, & explicant Cucus & B. Ledeſma. 36

Digitized by Google

57. Secundo, deducitur intellectus ad textum in c. 2. de conſec. d. 2. ex quo argumentantur quatenus probat eſſe eundem defectum conſecrari in ſolo vino, & in ſola aqua, quia ex ſuperioribus interpretantur eſſe defectũ quoad peccatum, non autem quoad conſecrationem, quoniã in ſola aqua non conſecratur, imo nec in vino, quod propter multam aquam mutauit ſpeciem, cæterum in ſolo vino ſine aqua conſecratio perficitur, quamuis (vt diximus) cum graui peccato, quia vinũ eſt de ſubſtantia ſacramenti, aqua de præcepto Eccleſiæ. Tertio inde interpretandus eſt textus in eodem c. 2. ibi (incipit Chriſtus eſſe ſine Chriſto) ita enim hactenus ſcriptum erat, & inde cruciabantur omnes cum vinum ſignificet Chriſtum, aqua ſignificet plebem. Quare dicebat, quod ſi conſecratur in vino ſine aqua incipit Chriſtus eſſe ſine Chriſto, vnde gloſ. ibi plures intellectus refert explicántque Doctores, Communior tamen eſt ex immiſtione aquæ ſignificari plebis vnionem cum Chriſto, ſed omnia ceſſant iuxta Romanam emendationem ex qua legimus (incipit Chriſtus eſſe ſine nobis, & ibi annotatur, ita legi in Cypriani originali, & ita interpretandus eſt etiam textus in c. cum omne crimen 7. de conſecr. d. 2. quod veriſſimum eſt iuxta Conciliorum traditiones ſupra explicatas.

38. Quarto, deducitur aquam cum vino coniungendam debere in modica quantitate eſſe facilius in vino conuertitur in vinum, & excuſat periculum, quod ſi eſſet in magna quantitate, poſſet vtique vini ſpeciem mutare, quo caſu non conſecraretur, & inde laudabilis erat conſuetudo vt ante miſſæ introitum calix præpararetur cum vino, & ita, ita enim facillimè aqua conuertitur in vinum.

Vltimo deducitur aquam debere 39. eſſe naturalem non artificialem, quia nullam haberet ſignificationem, grauiterque peccaret ſacerdos, valeret tamen conſecratio ex ſuperioribus niſi vini ſpecies mutarentur & ita abſoluitur. Tertium de materia.

Ad quartum de forma ſanctiſſimi Euchariſtiæ ſacramenti, materiam eſſe panem & vinum ſatis conſtat, & inde ad quamlibet materiam ſuam formam applicare neceſſe eſt, inde prius de forma conſecrandi panem deinde vinum agendum erit.

Imprimis itaque eam formam (hoc 40. eſt enim corpus meum) & diuina inſtitutione, & Apoſtolorum traditione, ab exordio naſcentis Eccleſiæ ad noſtrum vſque tempus continuatã receptiſſimum ſacra probat Hiſtoria Matth. 26. Marci 14. Lucæ 22. Pauli ad Corinth. 1. c. 11. & c. quia corpus 35. Verſiculo nam inuiſibilis c. panis 39. cum ſequent. c. panis 55. c. corpus 60. c. Reuera 69. c. vtrum 72. c. quid 75. c. omnia 74. c. in calicem 83. c. accipite 88. de conſec. d. 2. c. 1. §. vna de Summa Trinit. c. cum Marthæ de celebrat. miſſar. Clementina vnica de reliquiis, & veneratione Sanctorum Concil. Colonienſe de Euchariſtia verſiculo verbum, Concilium Florent. de Euchariſtia verſiculo forma, latiſſimè in Tridentino ſeſſ. 13. de ſanctiſſ. Euchariſtiæ cap. 1. 5. & 4. ſeſſione 21. de communione ſub vtraque ſpecie, ſeſſione 22. de ſacrificio miſſæ Diuus Thoma 3. part. quæſtione 78. articul.

1. in 4. d. 11. vbi Soto quæſt. 1. art. 1. M. Ledeſma quæſt. 47. Taper. art. 16. folio 140. B. difficult. 9. Oſius in confeſſ. Polonica c. 40. Caniſius art. 4. Sonnius cap. 4. & 5. Alanus de ſacram. cap. 21. de Euchariſt. lib. 1. c. 16. cum ſequenti Cucus num. 58. Petrus Greg. Syntagmatum lib. 2. c. 6. nu. 4. Primo quia eadē forma Chriſtū inſtituiſſe Catholica propoſitio eſt ex dictis Authoribus & cap. & ita receptiſſimum eſt à ſupra relatis.

2. Secundo quia cum forma quod efficit ſignificare debeat, in hoc ſacramento ſignificat forma illam conuerſionem, & tranſubſtantiationem diuina maieſtate permiſſam vt docuit textus in dicto cap. 1. §. vna de ſum. Trinit. & in cap. Cum Marthæ, elegantiſſimè Trid. vbi ſupra vt latius explicandum eſt infra.

Tertio quia inde hæc forma ab aliis omnibus ſacramentorum formis diſcernitur. primo, quia aliæ in benedictione vel applicatione, hæc in conſecratione materiæ perficitur. ſecundo, aliæ vſum important, hæc ante vſum perficitur. tertio quia in aliis eadem materia eſt poſt benedictionem vel conſecrationem, in hac tranſmutatur in miraculoſa conuerſione vt peracta conſecratione non ſit ſubſtantia panis nec vini vt in dicto c. quia corpus dicto cap. panis dicto c. vtrum cum aliis de conſecr. d. 2. dicto c. 1. §. vna de ſum. Trinit. dicto c. cum Marthæ de celebratione miſſarum in Florent. & optimè in Trident. ſeſſ. 13. cap. 1. 3. & 4.

41. Vnde tria complectitur huiuſmodi forma, terminum à quo, terminum ad quem, & ipſam actionem: terminus à quo ſatis demonſtratur per verbum (Hoc) terminus ad quem per verbum (corpus meum) illa actio id eſt illa ſtupenda mutatio vel cōuerſio cum momentanea eſſe debuit non ſucceſſiua, ſiquidem ab omni potentia proficiſcitur, quæ ſtatim vt voluerit, vel dixerit factum conſtituit non vt in motu, vel in fieri ſed vt in facto demonſtratur per verbum ſubſtantiuum (eſt) & inde tranſmutatur, & tranſubſtantiatur pronunciata dicta forma vt docuit textus in dicto cap. quia corpus. Verſiculo nam inuiſibilis cum proximè allegatis, & infra allegandis iuxta quam interpretationem eam formam latiſſimè explicant ſupra allegati, & ſubtiliter Alanus lib. 1. c. 34. B. Ledeſma difficultate 10. Cathecīſmus. verſiculo Sequitur de forma, inde plures errores conuincunt Caſtro verſic. Euchariſtia hæreſi. 3. Oſius c. 4. Ruardus, Soto. & Ledeſma vbi ſupra, & quatuor propoſitionibus comprehendit omnes Alanus lib. 1. c. 14. & 16. inde etiam deducitur dictionem (enim) non eſſe de ſubſtantia conſecrationis ſed de authoritate, & continuatione.

Inde etiam, quamuis Thomas, & Scotus affirment eam formam non rectè dici formam ſacramenti ſed formam conſecrationis dicendum eſt eſſe quæſtionem de nomine & iuxta ſuperiora dici formam ſacramēti prout eſt in facto, & ita appellari à Concil. Florent. 42.

Ex quibus prior obſeruatio ſit formæ verbis à ſacerdote prolatis ex ipſa verborum vi, virtute tamen, & omnipotentia Chriſti panem in eius corpus, vinum in eius ſanguinem cōuerti & tranſmutari, & ibi cum ſanctiſſi- 43.

ma eius anima, & diuinitate ipſum corpus ex virgine natum pro nobis crucifixum & quod tertia die reſurrexit, & ad cælos aſcendit, & ad Patris dexteram reſidet iam non moriturum vere realiter, & tranſubſtantialiter exiſtere, quod licet vobis exprimere impoſſibile ſit, poſſibile tamen Deo eſſe intellectu per fidem illuſtrato aſſequi poſſumus, & conſtantiſſimè credere, & defendere debemus vt elegãter explicant textus in dicto cap. quia corpus 35. c. panis 39. 1. ante benedictionem 40. c. Nos autem 41. ca. ego Verangua 42. c. forte 43. c. panis 55 c. vtrum 72. c. quid eſt. 73. cap. omnia. 74. c. in calicem 83. c. accipite 88. de conſecr. d. 2. c. 1. §. vna de ſum. Trinit. c. cum Marthæ de celebr. miſſar. c. ad abolendam de hæreticis Clemẽtina vna de reliquiis, & venerat. ſanctorum Conc. Conſtantienſe. ſeſſ. 8. Colonienſe verſiculo verbum. Conc. Florent. verſic. forma. Trident. ſeſſ. 13. cap. 1. 2. & 3. & 4. Canone 1. & 4. ſeſſ. 21. de communione ſub vtraque ſpecie c. 1. & 3. canone 1. Vnde quia totius panis ſubſtantia per conſecrationem conuertitur, & tranſmutatur in verum corpus, & totius vini ſubſtantia in verum ſanguinem, rectè appellatur tranſubſtantiatio vt definitũ eſt in Lateranenſe, vt refertur in dicto c. 1. §. vna de ſum. Trinitate, & hodie in Trident, ſeſſ. 13. c. 3. & ita receptiſſimum eſt à ſupra relatis, & ſtatim referendis.

44. Secunda obſeruatio eſt quod licet panis conſecratione ex vi formæ fiat tranſubſtantiatio in corpus, & in conſecratione vini in ſanguinem, cæterũ ex reali nexione, & concomitantia in conſecratione panis exiſtit corpus & ſanguis cum ſanctiſſima anima, & diuinitate, & in conſecratione vini ſanguis, & corpus cum eadem anima, & diuinitate, ita probatur ex eiſdem iuribus & Conciliis referendis ſtatim.

Tertia, obſeruatio idem quod in qualibet ſpecie diximus, & in quacũque cuiuſque ſpeciei particula ſuam ſpeciem retinente repetendum eſt, quoniã in hoſtiæ particula panis ſpeciem retinente corpus cum anima, & diuinitate, & in particula vini ipſius ſpeciem retinente ſanguinem cum anima, & diuinitate iuxta præcedentem explicationem exiſtere fides eſt Catholica ex dictis iuribus & cap ſinguli 77. c. vbi pars 78. de conſecr. d. 2. ex dictis Conc. & Trident. ſeſſ. 13. canone 2. & 3. & c. 3. & ſeſſ. 21. de communione ſub vtraque ſpecie c. & canone 1. Diu. Thom. 3. part. quæſt 76. art. 1. in 4. d. 1. vbi Soto quæſt. 1. art. 1. & 2. Ruardus art. 10. latiſſimè Caſtro hæreſi. 3. & 5. Gabriel ſuper canone lectione 39. M. Ledeſma quæſt. 17. art. 2. B. Ledeſma difficult. 11. cum ſequentibus Caniſius art. 4. & de beata Virgine lib. 3. c. 17 in fine, Sonnius c. 4. & 5. Alanus de Euchariſtia lib. 1. c. 20. & 27 cum ſequentibus. Cuco nu. 34. Petrus Greg. lib. 2. c. 6. n. 4. inde plura deducentes. 45.

Quarta obſeruatio eſt prolatis à ſacerdote formæ verbis tranſubſtantiationem ita fieri vt panis & vini ſpecies, & accidentia duntaxat ibi remaneant ex eiſdem iuribus & interpretum authoritatibus & Conciliis, Cõſtant. ſeſſ. 8 Florent. & Trident. ſeſſ. 13. c. 4. & canone 2. & 3. ſeſſ. 21. c. & canone 1. de communione ſub vtraq; 46.

Digitized by Google

ſpecie, quod ſane interpretandum eſt in corpus, & ſanguinem ita transſubſtantiari quod deſinat panis, & vinum eſſe non ſimpliciter, ſed vt pro eo, & ſub eius accidentibus corpus exiſtat, atque vt per eadem accidentia reddatur comeſtibilis cibus, deſinere autem in ordine ad corpus, vel cedere corpori in ratione exiſtendi eſt propriè in ipſum conuerti, & per conſequens vera eſt panis in carnem tranſmutatio ex dictis iuribus, & Conciliis & traditionibus.

47. Vnde errant, qui panem in nihil euaneſcere dicunt, quod genus defectionis, nec naturam Nouiſſe, nec Deum vnquam exercuiſſe ſuperiores affirmant, inde & errant, qui eandem panis materiam ibi manere opinatur, quia definitū eſt accidentia manere ſine ſubiecto ex dictis iuribus & dicto. c. 1. §. vna de ſum. Trinit. & Contra Vuicleph. in Conſtantienſi ſeſſ. 8. in Florent. ſub Eugenio 4. in Trident. ſeſſ. 13. c. 3. & 4. & canone 2. & 3. quare autem voluerit Deus illa accidentia ibi immota manere poſt conſecrationem exprimit textus in c. fortè 43. cū antecedentibus & ſequentibus de cōſecr. d. 2 ibi gloſ. verbo, hoc dicerent, ibi communis quinque rationes eleganter explicat Alanus de Euchar. lib. 1. c. 37. Vnde conuincuntur plures errores eorum qui opinantur impoſſibile eſſe accidentia eſſe ſine ſubiecto putantes eſſe diffinitione, & quiditate accidentis eſſe ſine ſubiecto quod vtique falſum eſt, quia accidens ſuam quiditatem habet per ſe, verum tamen eſt, quod conuenit eſſentiæ accidentis ex ſua natura habere eſſe in ſubiecto. Cæterum in ſacramento nō datur accidentibus per ſuam naturam ſubſiſtere, ſed per diuinam virtutem illam ſubſtentantem tribuitur illis modus eſſendi ſubſtantiæ vt præter ſuperiores doctiſſimè explicat Vualdenſis de ſacram. c. 76. cum ſequentibus, quoniam ex illo diuino miraculo conſeruatur quantitas ſine ſubiecto in modo ſubſtantiæ. Vnde ſuppoſito illo primo miraculo quo quantitas conſeruatur ſine ſubiecto, ſicut antea in ſubiecto omnia accidentia præter quantitatem nempè albedo, frigus, & calor conſeruantur in ipſa quātitate abſque nouo miraculo, & ſpeciali Dei concurſu, & inde poſſunt frigeſcere, caleſcere, nutrire, lætificare, quia ſicut cæcus ex diuino miraculo illuminatus poteſt ſine nouo miraculo videre, ita illa accidentia abſq; nouo miraculo ex prioris ſuppoſitione conſeruantur in illa quantitate, non ex ſua natura, ſed ex Dei virtute ita tribuente in modo ſubſtantiæ.

Vnde etiam fit, quod ſicut ex diuina potentia conſeruantur ſine ſubiecto, ſicut antea in ſubiecto quantitas corrumpi poteſt, corruptáque quantitate, & ſpecies corrumpuntur, eadémque ratione ſi cremaretur hoſtia poſſet fieri puluis vel cinis, ſi corrumpitur poteſt fieri vermis vel vinum acetum quia quidquid generari poteſt ex materia panis vel vini, ſi ibi adeſſet totum poteſt generari ex illa quantitate per diuinam virtutem conſeruata gerente vicem materiæ in modo ſubſtantiæ, quia communis eſt omnium Theologorum ſententia, quod in vltimo inſtanti, quo corrumpuntur ſpecies, producitur materia in qua introducitur forma pulueris, vel vermis, 48.

nam ſicut in conſecratione deſinit eſſe panis in ordine ad corpus in ſpecierum corruptione deſinit eſſe quantitas, & ex vi defectionis incipit eſſe materia ſufficiens ad recipiẽdam formam pulueris, vel vermis, & ita non eſt creatio, quia non fit ex nihilo nec generatio, quia non fuit directè ex quantitate, ſed eſt congeneratio ad ſenſum poſitum cum Diuus Thom. 3. part. quæſt. 78. art. 5. & in 4. d. 10. vbi omnes ſupra Ruardus art. 16. doctè M. Ledeſma artic. 2. eleganter B. Ledeſma difficultate 17. concluſione 6. & 7.

49. De forma conſecrãdi vinũ iura inter ſe pugnant, quamuis enim in iuribus & Conc. ſupra allegatis deſcribitur vini conſecratio, & effectus vt ſæpe repetitum eſt. Cæterum Ambr. formam deſcripſit eſſe (Hic ex enim calix ſanguinis mei) c. panis 55. de conſecr. d. 2. ſed Innocent. Tertius pro forma tradit (Hic eſt enim calix ſanguinis mei noui, & æterni teſtamenti myſterium fidei, qui pro vobis & pro multis effudetur in remiſſionem peccatorum) c. cum Marthæ in principio de celebrat. miſſarum, & ibi rationem aſſignat, quod ſcilicet ab Euangeliſtis integra non referatur, Appoſtoli qui à Chriſto receperant ita tradiderunt, inde orta eſt diſputatio an integra forma ſit de eſſentia ſacramenti, in qua & Diu. Thom. obſcurè reſpondiſſe q. 78. omnes agnoſcunt, communis tamẽ Theologorum ſententia eſt, Ambroſij formam eſſe de conſecrationis eſſentia, Innoc. autem & totius Eccleſiæ adiectionem eſſe de ſubſtantia & integritate, ita omnes in 4. d. 11. vbi Soto. quæſt. 1. art. 3. poſt longam diſputationem ita reſoluit, & Ruardus art. 16. M. Ledeſma quæſt. 17. B. Ledeſma difficult. 10. Cucus de Euchariſtia num. 69. Cathecíſmus, & Oſius, Caniſius, Sonnius, & Alanus vbi ſupra.

Vnde deducitur primo ita interpretanda eſſe illa iura in dicto cap. panis, & in dicto capite cum Marthæ. 50.

Secundo ſacerdotem conſecrantem ex illis verbis duntaxat (Hic eſt calix ſanguinis mei.) conſecrare, alia tamẽ omittentem peccare grauiſſimè, quia omittit ſanctam Eccleſię traditionem non propter continuationem, vel authoritatem in ſacrificio receptam, ſed propter excellentem ſignificationem integritati conuenientem. 51.

Quatuor enim ſingularia beneficia ibi referri explicat B. Ledeſma difficult. 10. & Cucus dicto num. 69. in ſpecie autem per illa verba. (Noui teſtamenti) ſignificatur non eſſe figurã, vt in lege veteri, ſed realem & veram Chriſti exiſtentiam (æterni) ſignificat cœleſtis gloriæ nos participes fieri (Myſterium fidei) quia fidei exercitium eſt per ſpecies viſibiles credere ibi Chriſti corpus animam, & diuinitatem exiſtere dicto c. Cum Marthæ (qui pro vobis, & pro multis effundetur) eſt propria paſſionis memoria per ſanguinis effuſionem. (in remiſſionem peccatorum) quia ſacroſancto Euchariſtiæ ſacramento quotidie à peccatis mundamur, ſicut per Chriſti paſſionem liberati fuimus, vt latius relati explicant. 52.

Tertio inde deducitur in illa conſecratione accipi continens pro contento, quia cum ſit potus, in aliquo 53.

vaſe

vaſe poni debebat icciрco in calice vt omnes ſupra explicant.

54. Vltimo inde deducitur quomodo explicanda ſit difficultas in principio huius ſacramenti propoſita, in qua actionis parte ſacramentum conſiſtat, cum enim ſint ſpecies corpus & ſanguis conſecratio & communio plures ſunt opiniones, facile tamen reiiciuntur dicentes ſacramentum conſiſtere in conſecratione vel communione, aliæ tamen probabiles ſunt, & ſanctorũ authoritatibus probantur eſſe in ipſis ſpeciebus vel in corpore, & ſanguine, vel ſimul in vtriſque ad ſpecies refertur textus in c. Multi 85.1.qu.1. verſiculo ſunt autem ad corpus & ſanguinem, textus in c. hoc eſt 48. de conſecr. d. 2. c. cum Marthæ verſiculo diſtinguendum eſt de celebratione miſſarum Tridem. ſeſſ. 22. de ſacrificio miſſæ ca. 1. verior itaque eſt ſententia ſacramentum eſſe id quod remanet poſt conſecrationem. Vnde difficultas eſt cum ibi remaneant ſpecies cõſecratæ, & corpus & ſanguis à qua parte magis accipiat reſpondendum eſt in omni ſacramento duo conſiderari, ſignificationẽ, & efficatiam, ratio ſignificandi amplior & magis primaria exiſtit in ſpeciebus, quam in corpore, & ſanguine, quamuis corpus, & ſanguis verè ſacramenta ſunt, efficatia tamen beneficientia magis conſiſtit in corpore & ſanguine, ita interpretanda ſunt illa iura, & accipienda eſt communis cum Diuus Thom. 3. part. quæſt. 73. art. 2. & Magiſtro in 4. d. 8. vbi Soto q. vnica art. 1. Ruardo art. 13. M. Ledeſma quæſt. 54. Alano de Euchariſtia lib. 1. 4. & 5. B. Ledeſma difficult. 1. ita ſoluitur quartum de forma.

Conſecrare conſacratis dumtaxat conuenire poſtulat, inde Melchiſedech qui panem & vinum obtulit Dei altiſſimi ſacerdotem eſſe conſtat Geneſ. c. 14. & c. Accipite 88. de conſecr. d. 2. & ipſe Chriſtus ſummus ſacerdos appellatur c. ſacerdos 88. cap. quia corpus 35. cum aliis multis de cõſecr. d. 2. Vnde huius ſacramenti conſecrationem, & diſpenſationem ad ſacerdotes dũtaxat pertinere Catholica eſt propoſitio authoritate, & ratione probata, Appoſtolis enim, & eorũ in officio ſucceſſoribus qui ſunt ſacerdotes Dominus dixit (Hoc facite in meam commemorationem) Matthæi 26. Lucæ 22. Marci 14. quod receptum eſt à Diuo Paul. 1. ad Corinth. c. 11. ad Rom. c. 12. Diu. Petri 1. c. 2. in c. perlectis 25. d. c. intra Catholicam 78. 1. quæſt. 1. c. 2. de cõſecr. d. prima. ca. Didicimus 6. c. relatum 11. c. tribus. 23. c. peruenit 29. c. ſacerdotum. 30. c. quia corpus 35. c. hoc eſt. 48. c. panis 55. c. iteratur 71. c. vtrum 72. c. quid ſit 37. verſ. calix cũ ſequentibus de conſecr. d. 2. c. 1. §. vna de ſum. Trinit. c. omnis vtriuſque ſexus de pœnitent. & remiſſ. Conc. Colonienſe. §. fin. Florent. verſiculo forma Trident. ſeſſ. 13. c. 7. ſeſſ. 21. c. 1. & 2. ſeſſ. 22. c. 1. & canone 2. ſeſſ. 23. de ſacramento ordinis c. 1. ita canitur ab Eccleſia in Euchariſtiæ ſolẽnitate, (Cuius officium cõmitti voluit ſolis præſbiteris, quibus ſic cõgruit vt ſumant, & dent cæteris) Diu. Thom. 3. part. quæſt. 82. art. 1. & 3. idem poſt Magiſtrum in 4. d. 13. qu. 1. vbi Soto quæſt. 1. cum ſequentibus M. Ledeſma quæſt. 18. Ruardus art. 17. Caniſius quæſt. 6. Alanus de ſacra-

mentis in genere c. 50. cum ſequentibus. Cucus de Euchariſtia núm. 43. B. Ledeſma difficultate 31.

56. Ratione probatur. Primo quia ſi in lege veteri ad ſacerdotes propriè pertinebat ſacrificia offerre, & Sancta ſanctorum intrare vt diximus in principio huius ſacramenti, & proximè de Melchiſedech, & Abraham, ille panem & vinum, hic decimas obtulit Geneſ. 14. & conſtat Regem Saul regno à Deo priuatum eſſe quia ſacerdotis Samuel officium exercuit, à fortiori in lege gratiæ Euchariſtiæ ſacerdotes duntaxat miniſtros eſſe oportet.

Secundo quia Chriſtus conſecrauit, & conſecrationis officium Appoſtolis, & eorum ſucceſſoribus in ſacerdotio nominatim commiſit, vt ſupra probauimus.

Tertio quia Euchariſtiæ conſecratio in perſona Chriſti inſtituta fuit vt conſtat ex diuino Euangelio (Hoc facite &c.) & ibi (Hoc eſt corpus meum, hic eſt calix &c.) ſoli tamen ſacerdotes poteſtatem habent Chriſti perſonam agere, ergo ad eos duntaxat pertinet.

Quarto quia tanta eſt Euchariſtiæ excellentia vt tangi non poſſit niſi à re conſecrata, quale eſt corporale, qualis eſt calix, ſed ſacerdotum manus duntaxat conſecrantur. ergo ad eos ſolum pertinet.

Quinto quia ſacerdos eſt medius inter Deum & populum, & inde ſicut dona à populo oblata Deo offert dicto c. perlectis dicto c. 2. cum aliis ſupra ita ad eum pertinet conſecrare, & cōſecrata miniſtrare cum aliis latè explicatis per ſuperiores, & per Vualdenſem 2. tom. de ſacramentis c. 7. & 28. Oſio. c. 40. Caſtro verbo Euchariſtia ab hæreſi. 5.

Ex quibus tolluntur contraria argumenta, primum Euchariſtiæ ſacra- 57.
cramentum perfici in conſecratione materiæ vt diximus ad tertium, & quartum ſed alias materias conſecrare chriſma oleum ſanctum ad ſolum Epiſcopum pertinet vt diximus in confirmatione, ergo à fortiori idem erit in hoc ſacramento, ſicut enim excellentius eſt vt diximus in principio, ita & Epiſcopus excellentior eſt c. 2. de trāſlatione Epiſcopi Trid. de ſacram. ordinis ſeſſ. 23. c. 4. Sed reſpondeo ad Epiſcopum tamquam Eccleſiæ principem pertinere illas materias conſecrare, & ſacerdotibus tradere, quia ſolus Epiſcopus in perſona Chriſti habet poteſtatem ſuper myſticum Chriſti corpus, id eſt Eccleſiam, cuius gubernatio Epiſcopo commiſſa eſt vt conſtat ex c. 1. cum ſequentibus 10. q. 1. quam poteſtatem non habet ſacerdos bene tamen ex diuina inſtitutione conſecrare, & poteſt conſecrationem miniſtrare vt infra in quarta concluſione.

Nec obſtat ſecundum diaconum calicis miniſtrum eſſe vt conſtat ex 58.
Diu. Laurentij hiſtoria, qui celebrante Chriſto calicem miniſtrabat, & ita in Eccleſia primitiua in obſeruantia fuit, & Euchariſtiam ad infirmos deferre diaconus poteſt ex textu in cap. præſente 93. d. & hodie poſſe fieri communis interpretatio eſt, quia reſpondeo conſecrare numquam poſſe, miniſtrare calicem potuiſſe hodiéque in neceſſitate Euchariſtiam ad infirmos deferre poſſe, quia ſacerdotio

proximus eſt, & in neceſſitate miniſtrum eſſe ad deferendum conueniens fuit, vt probat vtraque ſchola iuxta inferiorem explicationem in ſecunda concluſione.

59. Nec obſtat tertium Euchariſtiæ conſecrationem conſiſtere ex vi verborum formæ, vt diximus de vtraque forma, ſed verba formæ à quocunque etiam non ſacerdote proferuntur, ergo & à quocunque poterit conſecrari, quia Reſpub. ex multis authoritatibus, & Conciliis ſuperius eſſe reſolutum prolatis formæ verbis exui verborum Dei virtute, & omnipotentia panem & vinum tranſubſtantiari in corpus & ſanguinem, cum ſanctiſſima anima, & diuinitate, & inde non ſolum conſiſtit in vi verborum, ſed in virtute, & omnipotentia Dei proferente qui illam tradidit immediatè Appoſtolis, & inde eorum ſucceſſoribus in ſacerdotio vt conſtat ex lege Euangelij ſuperioribúſq; authoritatibus, ergo non à quocunque miniſtro proferri ſufficit.

60. Nec obſtat, quartum omnes iuſtos etiam laicos ſacerdotes dici, & ita Chriſtianum iuſtum etiam laicum poſſe Euchariſtiæ miniſtrum eſſe, quia reſpõdeo duplex eſſe ſacerdotium, alterum ſpirituale, alterum ſacramentale. ſpirituale conuenit cuicunque etiam layco ad offerendas hoſtias in quocunque opere bono, quia in ſpecie interpretandus eſt Pſalmus 50. ibi (ſacrificium Deo ſpiritus contribulatus cor contritum, & humiliatum Deus non deſpicias) & Apocalypſis c. 5. (ibi nos Deo noſtrum regnum) & prima Petri c. 2. (gens electa, regale ſacerdotium) & Pauli 1. ad Corinth. 12. (exhibeatis corpora veſtra hoſtiam placẽtem Deo.) & Chryſoſtomi homilia 43. ſuper Matth. appellans laycos eſſe ſacerdotes. Alterum ſacerdotium eſt ſacramentale iuriſdictionis poteſtate conſiſtens, quod pertinet duntaxat ad eos, qui ſacerdotio initiantur pro dignitate, & officio, & ita Chriſti inſtitutione docemur, qui conſecrauit & ſacramentum conſtituit, & inſtitutionis miniſtros elegit, & ordinauit ipſos Appoſtolos eorumque in ſacerdotio ſucceſſores ibi (hoc facite in meam commemorationem) vt ex Matth. Marco, Luca, & Paulo ſancti Patres receperunt, Conciliáque definierunt vt ſupra, à qua inſtitutione excluduntur, & arcentur layci quantuncunque iuſtiſſimi quinimo & à loco vbi ſacerdotes celebrant & conficiunt, textus in c. peruenit 29. c. ſacerdotum 30. de cõſecr. d. 2. quorum authoritate non eſſe permittendos prope altare docent plures ex ſuperioribus vt aduertit. Cucus lib. 5. de Euchariſtia num. 43. indeque in Eccleſiis Cathedralibus non admittuntur in choro dum ſolemnia celebrantur.

Eadem ratione ſoluitur Quintum laycos per charitatem Chriſti vnitos eſſe, & inde poſſe eius perſonam gerere in conſecratione, quia reſpondeo vniri in ſpiritualibus ad offerẽdas hoſtias, & officia charitatis non tamen ad exercendam poteſtatem ſacramentalem à qua alieni ſunt qui ſacerdotes non fuerint. 61.

Nec obſtat vltimum baptiſmi miniſtrum eſſe laycum etiam fœminam, quia reſpondeo propter eminentẽ neceſſitatem baptiſmi miniſtros eſſe vt 62.

latè diximus de baptiſmo, Euchariſtię tamen miniſtros non eſſe, quia non eſt tantæ neceſſitatis vt diximus in principio de Euchariſtia, inde plures damnantur errores occaſione præcedentium argumẽtorum inuenti à nequiſſimis hominibus, quos conuincunt Thom. Vualdenſis dicto 2. tom. c. 7. & 18. Caſtro ab hæreſi 4. Soto. & B. Ledeſma, & Ruardus vbi ſupra.

63. Ex quibus prior ſit obſeruatio, conſecrare, & Euchariſtiam miniſtrare ſacerdotibus dũtaxat cõpetere vt ſupra.

Secũda Diaconis in Ecclęſia primi-
64. tiua calicem miniſtrare ex officio cõuenire ſubdiaconis vero nequaquam, & ita intelligi dictum c. tribus. cũ aliis hodie tamen non eſt in vſu niſi Pontifice maximo ſolemniter celebrante, vt ex Durando refert. B. Ledeſma.

65. Tertia Diaconis inſtante neceſſitate mandante Epiſcopo vel parocho permittitur Euchariſtiam ad infirmũ deferre c. præſente 93. d. ex magna autem neceſſitate etiam ſine Epiſcopi, vel parochi commiſſione ex communi ad illum textum explicatione ſecundum Cucum. & B. Ledeſma ille n. 44. hic difficultate 31.

66. Quarta propoſitio omnibus ſacerdotibus conſecrare, & celebrare ex ipſa Chriſti inſtitutione conuenit, miniſtrare tamen habẽtibus iuriſdictionem ordinariam duntaxat, vel delegatam ex Eccleſiæ traditione competit dicto c. omnis de pœnit, & remiſſ. clementina Dudum de ſepulturis Trid. ſeſſ. 14. de ſacram. pœnitentiæ c. 1. 5. & 6. & ſeſſ. 23. c. 15. quod ſatis difficilè eſt, latiſſimèque diſputandum in ſacramento pœnitentia cum de eius miſtro agamus.

Quinta ad ſacerdotem conſecrare 67. pertinet, quod ſacerdos criminoſus, nequiſſimus, depoſitus, irregularis, excommunicatus, degradatus, ſchiſmaticus, & hæreticus, cũ intentione faciendi quod facit Eccleſia ſi de facto conſecrauerit ſacramentum conficit, quamuis grauiſſimum ſacrilegiũ cõmittat, ita interpretãdi ſunt plures Canones probantes extra Eccleſiam non conſecrari, & ſacerdotem debere Catholicum eſſe ad conſecrandum c. aliter c. ipſi ſacerdotes, c. ſiquis 70. cum ſequentibus c. intra Catholicam 78. cum ſequentibus 1. q. 1. c. fin. verſiculo ad credendum 15. q. vltima c. ſchiſma 24 q. 1. c. vtrum 72. c quid ſit 73. verſiculo calix, ibi gloſ. verbo Catholicus de conſecr. d. 2. cum aliis Conc. Conſtantienſe ſeſſ. 8. Trid. ſeſſ. 23. de ſacramento ordinis c. 4. in principio docens errare opinantes poteſtatem ſacerdotis eſſe temporalem, & non perpetuam, quia cum caracter indelebilis ſit poteſtas perpetua eſt, & ita ab vtraque ſchola Theologa, & Pontificia receptiſſimum eſt contra veteres & nouos hęreſiarchas ex Diu. Tho. 3. part. dicta q 82. art. 7. & in 4. omnis d. 13. q 1. vbi Sot. art. 7. M. Ledeſ. q. 18. Ruardus at. 17. Alanus vbi ſupra B. Ledeſ. difficult. 32. & 33. Cucus num. 47.

Sexta inde ab omnibus deducitur 68. ſanctiſſimum miſſæ ſacrificiũ pariter celebrari à præfatis criminoſis, & impeditis, quoad fructum autẽ, & deuotionem maioris eſſe valoris dum conficitur à ſacerdote ſancto, & vita compoſito vt plurib. explicant ſupra relati, & inde curandũ eſt vt pro cõmoditate fideles quærant ſacerdotes pios, & iuſtos ad ſolemnia celebranda, ita abſol-

uitur quintum.

69. Euchariſtiæ vſus plures includit partes, ſacris inſtitutionibus, Sanctorum Patrum decretis, Conciliorúmque definitionibus, explicatas vt conſtat ex c. Tabernaculum cum ſequentibus de conſecr. d. 1. & c. nihil 8. cum ſequentibus vſque ad c. inſtitutio 31. c. ſemel cum ſequentibus 51. c. liquido cum ſequent. de conſecr. d. 2. de celebrat. miſſarum per totum de cuſtodia Euchariſtiæ, Clementina vnica de reliquiis & venerat. ſanctorum Conc. Colonienſe 5. de effectu Trident. ſeſſ. 13. c. 5. cum ſequentibus & canone 5. 7. & 8. cum ſequentibus ſeſſ. 21. de communione ſub vtraque ſpecie ſeſſ. 22. de ſacrificio miſſæ, Thomas, & alij infra allegandi.

70. Illud tamen in principio perſpicuum eſt, ad Euchariſtiæ ſacramentum non niſi lotis pedibus, & cum veſte nuptiali accedendum eſſe Ioan. 13. Matth. 22. alias iudicium ſibi manducat, & bibit 1. ad Corinth. 11. idcirco probare ſe ipſum hominem eſſe Chriſtianum neceſſe eſt vt ibi docuit Paulus, & explicant textus in c. qui diſcordat 65. c. & ſancta 66. c. ſicut Iudas 67. cum ſequentibus de conſecr. d. 2. c. de homine de celebratione miſſarum, & in Tridentino.

71. Ex quibus illud facilè deducitur eum qui indignè accedit ſacramentaliter, recipere quãuis nõ ſpiritualiter.

72. Ad cuius cognitionem, conſtituo, ſpiritualiter quatuor modis dici, prior eſt, ſpiritualiter per fidem conſiſtitque in credendo, ſic accipitur Ioan. 6. ego ſum panis viuus qui de cœlo deſcendi, qui manducat me viuet propter me. Secundus eſt quatenus diſtinguitur à reali ſumptione vt recipitur in voto, dicitur enim ſpiritualis, quia per actum mentis & deſiderij in modo meriti eſt cauſa gratiæ, quamuis non conferat gratiam ſacramentalem ex opere operato donec realiter ſuſcipiatur. Tertius eſt realiter, & ſpiritualiter quando iuſtus recipit. Quartus eſt per metaphoram, & allegoriam, vnde quartum modum Angelis conuenire probatur quia per claram viſionem Deum in propria viden. ſpecie, tres autem priores pertinent ad homines baptizatos quia non baptizatis ſacramenta non conferunt gratiam ex opere operato, inde colligunt nouiores vt probat infra B. Ledeſma Cathecumenos etiam in gratia exiſtẽtes vt ille Cornelius in actis Apoſtolorum per Euchariſtiam non recipere gratiam ſacramentalem, quamuis religiosè putarent ſe poſſe facere. Cæterum in virtute operantis gratiæ illa poſſet augeri propter reuerentiam quam ſacramento exhibent vt latius proſequuntur.

Ex quibus duos modos referri frequentius eſt, vnus quando ſacramentaliter, & ſpiritualiter recipitur, alius quando ſacramentaliter tantum eſt; primo modo recipiunt iuſti, & in gratia exiſtentes, quod in ſacerdotibus magis perſpicuum eſt, debent enim dignitate, virtute, & ſplendore excedere, & ab omni puros eſſe macula vt ad ſanctiſſimam accedant Euchariſtiam c. teſtamentum 6. d. c. & purgabit 16. 50. d. c. propheta 81. c. ſacerdotes 91. cum ſequentibus 1. q. 1. Secundo modo quando exiſtens in peccato celebrat vel recipit actualiter, tunc enim ſacramentum realiter ſumit, 73.

non tamen ſpiritualiter repugnante peccati obice, quod omnino cauendum eſt, ita docente vtraque lege, in veteri enim ſacerdotes coram populo clamabant, Sancta ſanctè, ſignificãtes Deo non ſatisfacere ſancta offerre, niſi ſpiritu caſto, & puro offerantur, inde Aaron, & filios ſacerdotes antequam ad ſanctuarium ingrederentur manus & pedes lauare conſtat etiam ex Exodi c.30. & 1. Regum c.21. ſacerdos non ante Dauid fugienti, & fame oppreſſo panes propoſitionis dedit, quam ipſe Dauid confeſſus fuit ſe, puerósque eius ab heri, & nudiustertius mundos eſſe, & ea in ſpecie docuit Ioan. (non niſi lotis pedibus) & Matth. (cum veſte nuptiali) & Paulus c. poſtquam (vnuſquiſque ſe ipſum probauerit) & ita intelligendus eſt textus in dicto c. qui diſcordat cap. & ſancta c. ſicut Iudas cum aliis, quia ante huiuſmodi probationem celebrans vel recipiens iudicium ſibi manducat, & bibit, quo autem modo probatio facienda ſit varia interpretes docuerunt, propter varios hominum defectus, & caſus, vt conſtat ex dicto c. teſtamentum cum aliis ſupra c. de his 28. d.

Deinde quia proprius defectus notorius publicam exigit probationem c. pro dilectione 95. c. ſenicis 96. de conſecr. d.2. c. placuit 12. iuncta gloſ. 13. q. 5. Vnde grandis eſt inter Doctores controuerſia ſuper illorum iurium interpretatione aliis expreſsè affirmantibus ſufficere contritionem, & ita Pauli probationem ad interiorem peccati dolorem referri, & ita contritum ritè, & rectè celebrare, & recipere. ita Caiet. ad Diu. Thom. 3. part. q. 8. art. 4. & ſupra 1. ad Corinthios, & in ſumma verbo communio, Ricardus in 4. d. 17. q. 3. art. 6. Palud. q. 2. Adrianus de confeſſione q. 3. Armila verbo communio. Abbas in dicto c. de homine aliis autem melius docentibus neceſſariam eſſe peccati mortalis vocalem confeſſionem, ſi confeſſoris copia ſit, & ita iure diuino inſtitutum eſſe Cyprianus lib. 3. epiſtola 16. cum duabus præcedentibus, gloſa finalis in dicto c. de homine. Diuus Thoma dicta q. 80. art. 4. & in 4. d. 16. & 17. Soto d. 12. q. 1. art. 1. 4. & 5. M. Ledeſma q. 18. Ruardus art. 15. Oſius c. 43. Alanus de Euchariſtia lib. 2. c. 25. cum ſequentibus, & c. 37. cum ſequentibus Nauar in Manu. c. 21. num. 49. Cucus à num. 96. lib. 5. de Euchariſtia hodie iam definitum eſt, & contra aliud affirmantes anathema imponitur in Trid. ſeſſ. 13. de ſanctiſſimo Euchariſtiæ ſacramento c. 7. & canone 11. cuius verba quoad copiam confeſſoris poſt Soto explicant Cucus vbi ſupra B. Ledeſma difficultate 21. & 22. & Lopez in inſtructorio conſcientiæ 1. parte c. 11. vbi prudenter illud relinquit prudentiæ, & iudicio.

Inde diſputant an venialia impediant, reſoluúntque præterita non impedire, præſentia tamen licet non impediant habitum gratiæ, & charitatis impediunt tamen actualem refectionem dulcedinis, & ſuauitatis vt de pœnitentia explicabimus, & ita in Trid. dicta ſeſſ. 13. c. 7. de mortali ſolum definitum eſt. 75.

Ex quibus primum dogma ſit, in præparatione ad vſum Euchariſtiæ peccatum mortale vocaliter confitendum eſſe ſi fuerit copia, quod ac- 76.

cipiendum eſt in peccato occulto, notorium enim iuditiale, vel ſimile quod celari non poteſt c. tua c. veſtra de cohabitati. clerico. & mulier. exigit etiam publicam pœnitentiam. Vnde à notorio hæretico, ſchiſmatico, excommunicato, vſurario, ſymoniaco vel fornicario etiam poſt confeſſionem ante publicam pœnitentiam celebrari non poſſe abſque peccato, vel à celebrante audire ex dictis iuribus reſoluunt Cucus num. 100. B. Ledeſma difficultate 22. vt latius dicemus de pœnitentia.

77. Secundum, dogma ſit Euchariſtiæ vſum diuina Chriſti inſtitutione ſacerdotes celebrantes ad vtriuſque ſpeciei conſecrationem, & ſumptionem obligare, probatur euidenter, quia ita Chriſtum inſtituiſſe & ita obſeruandum præcepiſſe Apoſtolis & eorum in ſacerdotio ſucceſſoribus cum celebrarent per illa verba (hoc facite in meam commemorationem) ex Matth. 26. Luca 22. Marc. 14. Paul. d. c. 11 ſatis conſtat, & ita ab Eccleſia receptum eſt c. 1. cum ſequentibus vſque ad c. Relatum de conſecr. d. 2. dicto c. cum Marthæ, & Trident. ſeſſ. 21. de communione ſub vtraque ſpecie ſeſſ. 22. de ſacrificio miſſæ c. 1. 2. & 3. ſeſſ. 23. de ſacramento ordinis c. 1.

78. Tertium, dogma ſit ſacerdotes non celebrantes, & alios quoſcunque laicos communicantes ad vtriuſque ſpeciei vſum non obligari euidenter probatur vtriuſque legis authoritate Melchiſedech vtramque ſpeciem offerens Dei altiſſimi ſacerdos erat Geneſ. 14. Agnus Paſchalis cum pane azimo à populo celebrabatur Exodi 12. panes propoſitionis populo illa tantum in ſpecie concedebantur, ſacrificium tamen ſanguinis ad ſacerdotes ſacrificantes ſolum pertinebat Leuitici 23. manna populo in illa tantum ſpecie datum fuit, poſtea in miraculo quinque panum, nulla vini aut potus mentio fit. Matth. 14. & in fractione panis diſcipulos Chriſtum agnouiſſe. Lucæ 24. ad Euchariſtiæ ſacramentum pertinere ſancti interpretes acceperunt, & actuum c. 2. dicitur quod erant perſeuerantes in communicatione fractionis panis, ex quibus, & aliis vtriuſque ſpeciei obligationem in ſacerdotibus dumtaxat conſecrantibus conſiſtere, in aliis autem communicantibus ſiue clericis ſiue laicis alterius ſpeciei obligationem eſſe ab Eccleſia receptum eſt, in ea enim integrum ſacramentum eſt integrum Chriſti corpus, & inde non defraudari gratia ad ſalutem neceſſaria & traditum & definitum eſt ex dictis iuribus, & authoritatibus & apertè Trid. ſeſſ. 21. de communione ſub vtraque ſpecie c. 1. cum ſequentibus canone 1. cum ſequentibus.

Inde Quartum dogma deducitur 79. clericos non conſecrantes, & laicos communicantes recipere corporis dumtaxat ſpeciem, non autem ſanguinis ex multis iuſtiſſimiſque cauſis, prima quia cum hoc ſacramentum pro infirmis ſemper obſeruandum ſit c. præſbyter 93. c. qui bene 94. de conſecr. d. 2. c. ſanè de celebrat. miſſar. c. 1. de cuſtodia Euchariſtiæ. Trident. ſeſſ. 13. c. 6. & canone 7. in ſpecie vini non poſſe ſeruari conſtat ex facili eius corruptione. Secunda propter eiuſdem effuſionis periculum, quia erga ſenes propter debilitatem, erga adoleſcen-

Digitized by Google

tes propter imprudentiam & facilitatem poſſet frequentiſſimè effundi, in veſtes, & in terram dilabi. Tertia quia non omnibus ſtomachis vinum conuenit. Quarta quia in pluribus prouinciis nec tanta vini copia foret. Quinta quia populi multitudini non poſſet congruè diſtribui abſque magno effuſionis periculo. Vltima propter fidei confirmationem plures enim hæretici negabant totum Chriſtum in vna ſpecie exiſtere, & inde iactarent vtranque populo dari propter neceſſitatem quaſi in vna Chriſtus non eſſet.

80. Ex quibus Eccleſiam rectè inſtituiſſe laicis & clericis panis tantum ſpeciem in communicationem diſtribui ſecurè affirmandum eſt, ac proinde antiquam conſuetudinem diſtribuendi vtramque ſpeciem illo tempore conuenientem propter fidelium paucitatem, & deuotionem hodie ex dictis cauſis incongruam ſanctiſſimè obrogatam eſſe, quas latè explicant Diu. Thom. 3. part. q. 80. art. 12. Soto in 4. d. 12. q. 1. art. 12. Ruardus art. 15. Rophenſis contra Luterum artic. 16. Vualdenſis 2. tom. c. 87. Oſius c. 41. Caniſius art. 7. & 8. Sonnius c. 10. Alanus de Euchariſtia lib. 1. c. 44. vſque ad finem illius libri B. Ledeſma difficultate 29. & 30. Cucus num. 81. omnes in ●Relatum, & in c. ſequi de conſecr. d. 2. inde conuincunt hæreticos eorumque argumentis ſatisfaciunt.

81. Ex quibus interpretandus eſt textus in c. Comperimus 12. de conſecr. d. 2. vbi docuit Gelaſius aut integra ſacramenta eſſe ſumenda, aut omnino à communione abſtinendum, & inde argumentantur vtramque ſpeciem ſumere etiam laicis neceſſarium eſſe ideo Theologi & Pontificij variè illum textum interpretantur, veteres intelligebant referri ad laicos ex antiqua conſuetudine ſub vtraque ſpecie communicantes, quæ iam ſublata eſt, alij interpretantur referri ad tempus Leonis, & Gelaſij illius textus Authores. Leonis enim tempore Manichæi affirmabant Chriſtum non eſſe mortuum, & inde ſanguinem à corpore ſeparandum non eſſe nec communicandum ſub illa ſpecie. Leoni ſucceſſit Gelaſius ad extirpandumque errorem illum præcepit ſub vtraque ſpecie communicari, ac proinde ceſſante illa hæreſi, ceſſare debet & diſpoſitio illius c. immo exiſtente contraria hæreſi Eccleſia iuſtiſſimè laicos ſub ſpecie dumtaxat panis communicare definiuit. Cæterum verior interpretatio eſt illum textum agere de ſacerdote conficiente & conſecrante, quem vtramque conſecrare, & ſumere neceſſe eſt vt ſupra diximus, & eleganter docuit textus in c. præcedenti. Relatum 11. ita gloſ. verbo, aut integra, in dicto c. Comperimus receptam ſecundum Contium in ſcholiis ad illum textum, ſic interpretatur D. Thom. 3. part. q. 80. art. 12. receptus ſecundum Ioan. Iaſon. de communione ſub vtraque ſpecie & Soto in 4. d. 12. q. 1. art 12. colum. penultima Alano. lib. 1. de Euchariſtia c. 47. B. Ledeſma difficultate, 30. & ita tenendum eſt.

Vltimum dogma plures caſus comprehendit, nam à ſacerdote celebrante vſus in ſacrificio per Eccleſiam inſtitutus, circa veſtes, ornamenta, lo- 82.

cum,

cum,& tempus magna cum attentione obſeruandus eſt iuxta Eccleſiæ traditiones relatas à c. 1. cum ſequentibus de conſecr. d. 1. & de celebrat. miſſarum,& Trident. ſeſſ. 13.& 22. de ſacrificio miſſæ , & in decreto de obſeruãdis,& vitandis in ipſo ſacrificio, maiori autem opus eſt conſideratione circa ritus , & cæremonias , & ipſa ſacrificij prolatione , maxima autem conſideratione indiget ipſa conſecratio ſtupendáque actio in proferendis formæ verbis , & in applicando intellectum charitatem & deuotionem in ipſa maieſtatis contemplatione, cuius myſterium ſupra de forma explicauimus.Illud tamen meminiſſe ſemper oportebit celebrantes maxima cum grauitate , & corporis compoſitione benedictiones, & eleuationes, & ſacramenti tactus facere debere , & intentionem cum charitate, & deuotione applicare , potiſſiméque ad id quod geritur intendere vel ſaltem ad id quod Eccleſia intendit , & ſemper animaduertere conſecrationem fieri iuxta intentionem , ita quod ſi intendit conſecrare dumtaxat certam hoſtiæ partem illam tantum conſecrat, intendátque ſemper conſecrare ſpecies ibi exiſtentes , nec ſe referat ad tres, vel quatuor , neque ad certum numerum , quoniam ſi intendit eſſe decem & reperit plures propter incertitudinem nullã conſecratam eſſe reſoluunt Palud. Sylueſt. & alij vt probat Cucus de Euchariſtia num. 67. & 68. omnes ornamentorum rituum , loci, & temporis , & ipſius ſacrificij partes explicant eleganter Rationale Diuinorum lib. 3. & 4. tractatu ſacerdot. 3. part. Cucus lib. 5. titulo 6. de miſſa. Alanus lib. 2. de Euchariſtia B. Ledeſma à difficult. 34. & 42. cumulat omnes defectus, qui in ſacrificio contingere poſſunt & ſoluitur ſextum.

De fructu , & effectu huius ſacroſancti ſacramenti obſeuandum eſt ſanctiſſimi fructus , & effectus huius ſacramenti , & ſacrificij excellentiæ conformes eſſe, nam quod ſuauis & pretioſus cibus vel potus in vita corporali, quod lignum vitæ in paradiſo,quod in deſerto manna populo deficienti , qui ſubcinericius panis Heliæ , quod panes propoſitionis eſurienti Dauid , quod vitæ aqua indicata Samarithanæ,quidquid hæc omnia in corpore roborando , viuificando ſubſtentando,confirmando,augendo, recreando , exhilarando , lætificando, idem & incomparabiliter maius in vita ſpirituali & gratia amplificanda Sacro-Sancta efficit Euchariſtia , ſiquidem quatenus ſacramentum eſt, omnium gratiarum fons eſt,omnium beneficiorum ſumma eſt collatio gratiæ, adeptio gloriæ,mortalium expiatio , venianilium abſterſio , pœnæ condonatio , à futuris præſeruatio , fomitem,& libidinem comprimit , & coercet , quatenúſque ſacrificium eſt omnibus prodeſſe poteſt , pro omnibus ſatisfacere poteſt viuis,& deffunctis ita ex c. quid eſt 46. c. dupliciter 47. c. nón iſte 56. c. Chriſtus 57. cap. qui manducat 58. c. credere 59. c. neceſſariè 80. c. inquit Apoſtolus 81. c. ſi autem 84. c. in illo 85. de conſecr. diſtinctione 2. c. 2. c. cum Marthæ de celebrat. miſſarum Clementina vnica de reliquiis & venerat. Concilium Florentin. & Colonienſe Tridentin.

Digitized by Google

ſeſſ.13.c.2.& 8. & canone 5. ſeſſ. 22. de ſacrificio miſſæ c. 6. colligunt omnes in dictis iuribus. Diu. Thom. 3. part. quæſtione 79. articulo 1. Soto in 4. diſtinctione 11. quæſtione 2. art. 1. Ruardus art. 11. Oſius c. 42. Caniſius art. 9. Alanus de ſacrament. in genere c. 32. de Euchariſtia lib. 1. c. 2. lib. 2. c. 4. B. Ledeſma difficult. 19. Cucus de Euchariſtia num. 133. cum ſequentibus.

Ex quibus illud meminiſſe oportebit quod licet ſi in voto recipiatur fructuum multitudo deſiderantem ſequatur gratiam tamen ſacramentalem non conſequitur niſi realiter ſuſcipiat.

Inde curandum eſt vt niſi periculum immineat adorare contentus ſit, qui communicat, ſed quod actualiter ſuſcipiat.

Secundo magis meminiſſe oportebit realiter ita ſuſcipientem non ſolum gratiæ, & beneficiorum, multitudine frui, dum in ore retinet, vel in gutture, ſed etiam in ſtomacho quandiu ſpecies non corrumpuntur, ac proinde, qui antea non erat contritus, ſi illo inſtanti fuerit plenum conſequitur effectum ita ſuperiorem traditionem piè interpretatur Caiet. ad Diu. Thom. dicta quæſt. 79. ſequitur Maior defendit Ruardus art. 11. & B. Ledeſma dicta difficultate 19. Cæterum Soto dicta diſtinctione 11. art. 1. quæſt. 2. contrarium conſtanter defendit & doctiſſimè, prior tamen tanquam magis piæ, & noſtræ fragilitati benignior tenenda eſt, ipſiúſque argumentis reſpondet eleganter Ledeſma dicta difficult. 19. ipſeque Ruardus, & Cucus ſingulos effectus ſupra relatos per partes explicant, quibus & abſoluitur Septimum & Euchariſtiæ interpretatio ad laudem & gloriam omnipotentis Dei.

SEQVITVR EXPLICATIO AD SACROSANCTVM POENITENTIÆ Sacramentum.

Summarium ex cap. 5. de Sacramento Pœnitentiæ.

1. *Hominum natura ita ad malum procliuis eſt, vt nemo ſine crimine viuat.*
2. *Sicut proprium eſt humanæ fragilitatis peccare, ita & pœnitere.*
3. *Pœnitentia Dea apud antiquos fuiſſe dicitur.*
4. *Pœnitentia eſt ſecunda poſt naufragium tabula.*
5. *Pœnitentia cognita fuit in omni lege.*

Digitized by Google

6. *Sacramentum pœnitentiæ à Chriſto fuit inſtitutum poſt reſurrectionem, quando inſufflauit in diſcipulos dicens, Accipite Spiritum ſanctum, &c.*

7. *Pœnitentiæ omnibus gentibus ſplendida fuit virtus, nobis tantum ſacramentum.*

8. *Pœnitentia ſacramentum fuit poſt Chriſti aduentum tantum baptizatis.*

9. *Sacramentum pœnitentiæ à Chriſto fuit inſtitutum, de quo in num. 6.*

10. *Pœnitentia quid ſit genericè dicitur.*

11. *Pœnitentia quatenus eſt virtus quid ſit.*

12. *Pœnitentia, quæ virtus ſit diſcutitur.*

13. *Pœnitentia virtus in quo conſiſtat.*

14. *Pœnitentia quatenus ſacramentum eſt quid ſit, & eius defectus traditur.*

15. *Materia huius ſacramenti quæ ſit, & de intellectu cap. 3. & canon. 4. ſacri Conc. Trident. ſeſſ. 14. agitur.*

16. *Huius ſacramenti formam non fuiſſe à Chriſto inſtitutam ſex mediis conatur probare.*

17. *Forma huius ſacramenti à lege diuina deprehenditur.*

18. *Forma ſubſtantialis huius ſacramenti ſunt illa verba (Ego te abſoluo) cæteras verò preces recipit pro ſolemnitate.*

19. *Declaratur mens Theſauri ſacerdotalis in 1. part. titulo de pœnitentia verſic. de forma.*

20. *Preces introductæ ab Eccleſia periculoſum eſt referre ad caſus ſingulares.*

21. *Reſpondetur ad argumenta de quibus in num. 16.*

22. *Miniſtrum huius ſacramenti non eſſe ſacerdotem ſolum, ſed quemlibet alium, etiamſi laicus ſit, probare conatur.*

23. *Miniſter huius ſacramenti ſolus eſt ſacerdos.*

24. *Reſpondetur argumentis de quibus in num. 22.*

25. *An omnis ſacerdos ſit miniſter huius ſacramenti, & eſſe intenditur probare.*

26. *Proprius ſacerdos debet eſſe miniſter huius ſacramenti.*

27. *Reſpondetur ad argumenta de quibus in num. 25.*

28. *Quicunque ſacerdos dicitur idoneus miniſter tempore mortis ad abſoluendum de omnibus peccatis etiam Pontifici maximo reſeruatis, & abſolutus ſatisfacit præcepto confeſſionis ſi proprio parocho denunciet.*

Digitized by Google

29. *Confeſsio facta ſacerdoti habenti priuillegium à Pontifice Maximo ſine parochi licentia valida eſt quod hodie ab habentibus priuillegium ab Epiſcopo tenet.*
30. *Parochus impeditus non poteſt committere vias ſuas, niſi alteri parocho vel ſacerdoti ab Epiſcopo expoſito.*
31. *Pœnitentia vtrum deleat omne peccatum.*
32. *Pœnitentiæ partes deſcribuntur.*
33. *Contritio quid eſt.*
34. *Quatuor proponuntur argumenta contra definitionem.*
35. *Pœnitentia licet ſplendida virtus fuit vbique terrarum, tamen eius partes ignorauerunt.*
36. *Sicut peccatum deſinit eſſe peccatum ſi non ſit voluntariè, ita & contritio.*
37. *Reſpondetur ad argumenta de quibus num. 34.*
38. *Contritioni maximus dolor debet eſſe, ita vt peccata odio habeamus.*
39. *Ad contritionem vtrum ſufficiat generalis peccatorum deteſtatio, an requiratur ſpecialis de quolibet peccato.*
40. *Contritio quotuplex eſt.*
41. *Contritionis & attritionis differentiæ enumerantur.*
42. *De effectu contritionis agitur.*
43. *Confeſsio à Chriſto Domino fuit inſtituta.*
44. *Confeſsio, quæ in voto includitur ſub legitima confeſsione plerumque remiſsionem peccatorum habet.*
45. *Confeſsio accedens contritioni gratiam auget, accedens verò attritioni confert.*
46. *Confeſsio legitima abſolutione liberat à culpa, & à pœna æterna & tēporali ex poteſtate clauium, & ex opere operato remittit peccatū.*
47. *Conuincitur error gloſſarum opinantium confeſsionis obligationem à iure poſitiuo fuiſſe inſtitutam.*
48. *Confeſsionis definitio traditur.*
49. *De neceſsitate confeſsionis eſt confiteri omnia peccata Mortalia cum circunſtantiis neceſſariis.*
50. *Peccata ita confitenda ſunt vt vera pro veris, certa pro certis, dubia pro dubiis proferantur.*
51. *Negare peccatum commiſſum, vel affirmare non commiſſum ſcienter, peccatum Mortale, & ſacrilegium eſt.*

52. *Negare, vel tacere peccatum quod credit eſſe mortale, mortale peccatum eſt.*

53. *Negatio peccati venialis qua in ſpecie redundet in mortale.*

54. *Ad integritatem confeſsionis requiritur, vt proprio ſacerdoti fiat confeſsio.*

55. *Peccata vt integra ſit confeſsio circa quantitatem, & qualitatem confitenda ſunt.*

56. *Quot gradus ſint circunſtantiarum dicitur.*

57. *Circunſtantiæ impertinentes non referri ad integritatem confeſsionis traditur.*

58. *Minuentium circunſtantiarum tres ſunt, & ſpecies & quales.*

59. *Augentium circunſtantiarum tres ſunt ſpecies, & quales.*

60. *Loci circunſtantia exprimenda eſt in confeſsione.*

61. *Circunſtantia an exprimi debeat etiam quando exprimitur per eam tertia perſona.*

62. *Circunſtantia proximæ occaſionis explicanda eſt.*

63. *Omiſsione peccati reſeruati an confeſsio nulla ſit diſputatur.*

64. *Peccata reſeruata oportet exprimere inferiori ſi principio pœnitens confiteatur illi.*

65. *Abſente ſuperiore ſi eius mora periculum fuerit infamiæ, vel ſcandali poteſt inferior à cæteris abſoluere pœnitentem, reſeruata ſuperiori reſeruans.*

66. *Aliquo ſubſtantiali requiſito deficiente ex parte miniſtri, pœnitentis, vel confeſsionis confeſsio reiteranda eſt.*

67. *Satisfactio quid ſit, & de eius diuerſitate.*

68. *Obiectum & ſubiectum ſatisfactionis quid ſit, & in quo conſiſtat ſatisfactio tractatur.*

69. *Si opus impeditum ſit quo quis ſatisfacere debet alio præcepto adimpleat, & an vno opere duplex præceptum adimpleat.*

70. *Exiſtens in peccato mortali an poſsit ſatisfactionem adimplere.*

71. *Pœnitentia à ſacerdote impoſita an acceptare neceſſe ſit.*

72. *Pœnitentia an ſemel acceptata commutari poſsit.*

73. *Satisfacere alter pro altero an poſsit.*

Digitized by Google

1. DE pœnitentia dicturus conſtituo miſerabilem hominum naturam ita ad malum pronam, & procliuem eſſe vt nemo ſine crimine viuat, & ab origine mundi Adam in obediẽtia, Chain homicidio: Deinde carnis corruptione ita omnes inuoluti fuerunt, vt Dominus pronunciauerit, Pœnitet me feciſſe hominẽ, Geneſ. a c. 3. ad 8. 1. regum. c 15. Inde 1. Ioan. c. 1. (ſi dicimus peccatum non habere ipſi nos ſeducimus, & veritas non eſt in nobis) conſtat ex. c. 1. cum ſequentibus vſque ad c. 37. de pœnitentia d. 1.

2. Cæterum ſicut humanæ fragilitatis peccare, ita ipſius rationis excellentiæ pœnitere proprium eſt, plerunque etiam ipſius fragilitatis ſymbolum eſt, illud deprehenditur ex pœnitentiæ virtute, inde mulieri magnam pecuniæ quantitatem vt libidini conſentiret petenti reſpondiſſe fertur Philoſophus ille, Meu poſtea pœnitere tantis non emo, Ciceroque, non ſemel ſuæ fortunæ quemque pœnitet, hoc probatur ab ipſo Cicerone, & à Poëta dicente, quid tam dextro pede concipis vt te conatus non pœniteat votique peracti.

Inde inter veteres pœnitentiæ Dea fuit occaſioniſque Deæ coniuncta ſordido, triſti, & lacerato habitu induta, appellabaturque Menathea ita deſcripta, Quæ tibi iuncta comes dicat ipſa, dic rogo quę ſis? Sum Dea cui nomen, nec Cicero ipſe dedit. Sum Dea, quæ facti, non factique exigo pœnas, Nẽpè vt pœniteat, ſic Menathea vocor. ita probatur ex c. non poteſt. 38. cum multis ſequentibus de pœnitentia d. 2.

Vnde poſt baptiſmum lapſis pœnitentia ſumma reparatio eſt, ſiquidem 4.
inimicus, & à gratia alienus Deo per pœnitentiam reconciliatur, idcirco ſecunda poſt naufragium tabula, à ſanctis patribus appellatur c. ſecunda in principio, cum præcedentibus, & ſequentibus de pœnitentia d. 1. Trid. ſeſſ. 6. de iuſtificatione c. 14. inde proditum eſt pœnitentiæ ſacramentum, de quo latiſſima diſputatio eſt in Decreto per ſeptem d. in Decretal. 6. Clementinis extrauagantibus tit. de pœnitentiis, & remiſſionibus, in multiſque Conciliis infra allegandis nos ſeptem articulis rem comprehendemus primo à quo, & quando fuerit inſtitutum. ſecundo quid ſit. tertio eius materia. quarto eius forma. quinto eius miniſter. ſexto eius effectus. ſeptimo eius partes quæ ſint.

Ad primum omni lege cognitam perſpicuámque pœnitentiam fuiſſe 5.
apertiſſimis probatur fundamentis, quoniam ſi in lege naturæ, & in lege veteri ſacrificia, ſacramentáque fuiſſe fatemur prout fateri neceſſe eſt vt diximus in principio de ſacramentis, & in baptiſmo, in lege naturæ & in lege veteri pœnitentiam magnos produxiſſe effectus receptiſſimum eſt ex Geneſi, ex Exodo, ex libris regum, ex libris Eſdræ, notiſſimáque eſt pœnitentia Dauid, Manaſſes, Niniuitarum Ionæ c. 3. Ioel. 2. Hyremiæ 8. Ezechielis 18. & 33. Iſaiæ 38. optimè Eccleſiaſtis 21. Apocalypſis 2. cum aliis multis, Pſalmo 50. cum aliis, idémque in lege gratiæ ante paſſionem, & poſt nam Ioan. Baptiſta pœnitentiam præ-

Digitized by Google

dicauit, & ipſe Chriſtus à pœnitentia inchoauit Matth. 3. 4. & 5. Marci 6. Lucæ 13. Matth. 18. Ioan. 20. Iacobi Epiſtola c. 5. confitemini alterutrum peccata veſtra, ſunt tamen qui defendant in toto Euangelij contextu pœnitentiæ ſacramentum inſtitutum reperiri.

6. Vnde propoſitio ſit Catholica piiſſimum pœnitentiæ ſacramentum ab ipſo Chriſto inſtitutũ eſſe, propriámque eius inſtitutionem fuiſſe poſt reſurrectionem quando inſufflauit in Diſcipulos dicens (Accipite ſpiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata &c.) ſic accipienda ſunt illa loca, Io. 20. Matth. 18. vt refertur in c. vt conſtitueretur 26. 50. d. c. quodcunque ligaueris. 24. quæſt. 1. c. pœnitentes 10. c. adhuc. 32. verſic. oportebat de pœnitentia d. 3. ſic accipiendus eſt textus in c. 1. §. vna de ſumma Trinit. c. ad abolendam de hæreticis. ita definitum eſt in Conc. Colonienſi. ſeſſ. 15. Capilonenſi c. 8. Florent. de pœnitentia Trident. ſeſſ. 6. de iuſtificatione c. 14. num. 29. ſeſſ. 14. c. 1. 5. & 6. de pœnitentia & canone 3. ita receptum eſt à Theologis, & Pontificiis Diu. Thom. 3. part. qu. 84. art. 7. & poſt Magiſtrum in 4. d. 14. quæſt. 1. vbi Soto art. 7. Victoria de pœnitentia num. 104. Cano. de pœnit. 1. part. M. Ledeſma quæſt. 25. art. 1. & 2. Ricardus art. 18. Oſius c. 45. Caniſius art. 2. Sonnius c. 4. Alanus de ſacramentis in genere c. 41. & 42. Velamera, Turrecremata, & Repoſitus in dicto. c. vt conſtitueretur, Velamera, & Turrecrem. in dicto cap pœnitentes Nauar. c. 22. num. 11. Cucus lib. 5. tit. 4. Petrus Gregorius Syntagmatum lib. 2. c. 8. latè reſpondentes argumentis contrariis multa inde deducunt.

Quibus omiſſis obſeruandum eſt. 7.
Primo pœnitentiam omnibus gentibus egregiámque fuiſſe virtutem, nobis autem duntaxat, & ſacramentum eſſe.

Secundo obſeruandum eſt ſacramentum nobis eſſe poſt Chriſti aduentum, neque quidem omnibus, ſed ſolum baptizatis, vt infra ad ſecundum. 8.

Tertio obſeruandum eſt eius inſtitutionem à Chriſto factam fuiſſe per illa verba. (quorum remiſeritis &c.) Vnde conſequitur inde illis authoritatibus Matth. 3. 4. & 5. Marci. 6. Lucæ 13. non fuiſſe inſtitutum pœnitentiæ ſacramentum, ſed pertinere ad pœnitentiam baptiſmi. vt egregiè explicat. B. Ledeſma de pœnitentia 10. vbi & difficultate 2. & 3. cæteras authoritates doctè expendit ita abſoluitur primum. 9

Ad ſecundum quid ſit pœnitentia. Verbũ (pœnitere) varias habet ſignificationes pertinétq; aduerſus actus, & conuerſiones, & quãuis interpretes dicant idem eſſe Latinis (pœnitentia) quod Græcis (Methanea) id eſt, diſplicentia, ac mentis mutatio valde fallũtur, vt ſtatim probabimus, quia dicũt denique pœnitentiam pertinere ad ea quæ noſtra authoritate, noſtrove conſilio facta ſunt, inde reprehendunt Ciceronem dicentem (id nunquam tam acerbè feret Marcus Celius vt cum pœniteat non deformem eſſe natum) cum. n. illud non ſit in poteſtate noſtra, non poſſe dicere illius pœnitere affirmant, ſed malè, quoniam igno-

rauerunt pœnitentiam ex proprij nominis etymologia eſſe pœnam tenere) vel pœnætentio, quod iuxta rationem recti ſermonis conuenit omnibus rebus ſiue noſtra voluntate, ſiue contra eam geſtis, idcirco optimè Cicero ea vſus eſt, ac ſi diceret (non moleſtè ferret eleganter formatum eſſe) quod nõ rectè percipit Aulus Gelius, noctium Atticarum lib. 17. c. 1. Ciceronem aliter defendens; à qua ſignificatione aliena eſt, methanea, ſed conuenit aliter, quam etiam comprehendit pœnitentia, nempè mentis mutationem, ſiue diſplicentiam, vulgo (Arripentimento) vtriſque ſæpe vſus fuit Cicero, vt refert Marcus Niſonius. verbo pœnitet, poſterior autem iure noſtro frequentior eſt inde dicimus in contrariis nominatis non eſſe locum pœnitentiæ, ſecus in inominatis, vel in delictis. lege ſi pecuniam. vbi gloſ. verbo. cum autem liceat ff. de conditione cauſa data l. ſicut C. de actionibus, & obligationibus c. quod ſemel 21. vbi gloſ. c. mutare 33. de regulis iuris in ſexto in qua ſignificatione accipitur in propoſita ſacramenti ſpecie, dicitur enim pœnitẽtia, præterita mala plãgere & plangenda iterum non committere, vt docuit Ambroſ. c. 1. & probatur in ſequentibus de pœnitentia d. 3. ſed illud non conuenit ſacramento ſed virtuti, diximus enim pœnitentiam eſſe virtutem, & ſacramentum, idcirco ſciẽdum eſt pœnitentia quatenus virtus eſt quid ſignificet. Secundo quæ virtus ſit. Tertio in quo cõſiſtat. Quarto quatenus ſacramentum quid ſit.

11\. Primo itaque pœnitentia quatenus virtus, eſt pœna, triſtitia, vel vindicta peccati præteriti, cum emendationis propoſito, vt ex Ambroſ. Auguſt. & Gregor. probatur in c. 1. in c. pœnitentia 4. c. pœnitentiam cum ſequentibus de pœnitentia d. 3. vbi Velamer. Turrecrem. & Diu. Thom. 3. part. quæſt. 85. art. 1. & in 4. d. 14. quæſt. 2. art 1. ibi omnes vt refert Soto quæſt. 2. art. 1. B. Ledeſma difficultate. 1.

Secundo quæ virtus ſit valde controuerſum eſt, multi affirmant eſſe virtutem non tamen ſpecialem, vt referunt Alexand. & D. Thom. dicta d. 14. Durandus eſſe virtutem iuſtitiæ, alij tentant eſſe virtutem latriæ, ſiue religionis, ſed ex eodem Thoma conuincuntur, quia latria, ſiue religio eſt virtus, qua Deo reuerentiam exhibemus, quia principium creationis, & gubernationis principium, ſic D. Thom. 2. 2. quæſt. 81. art. 3. pœnitentia tamen primum habet finem placandi Deum emendatione vitæ, & peccati ſatisfactione, docuit idem Thom. dicta d. 14. quæſtionem 1. articulo 1. 12.

Quare ad difficultatis cognitionem conſiderãdi ſunt quatuor caſus, prior eſt, dolere de peccatis vt conſcientiæ conſulamus leſæ, iuxta illud, Nil conſcire ſibi nulla palleſcere culpa, tunc virtus eſt non tamen ſpecialis, quia ſicut amor naturalis corpori infirmo medicinam, ita ſpiritualis, & charitas animo languido quietem quærit.

Secũdus eſt dolere de peccatis, quia contra rationem eſt, virtute fit non tamen ſpeciali, quia cum omnis virtus rectæ rationi conformis ſit, ipſa ſufficit ad dolendum cum contra eam facimus.

Tertius

Tertius dolere de peccatis quia Deum offendimus charitatis virtute fit, nec alia ſpeciali opus eſt, quia eadem ratione, ſit bona amicis procurare, & mala ab eis auertere, eadémque amicitia eſt, in tribus omnes conueniunt veteres, & nouiores, quamuis confusè vſque ad nouiſſimos.

Quartus eſt dolere de peccatis, vt Deo pro eis ſatisfaciamus cum emendationis propoſito, abſque ſpeciali virtute fieri non poteſt, ſecundum Diuum Thom. & commuuem contra alios plures, & communior verior eſt, quia proprium pœnitentiæ obiectum, docente Diuo Thom. dicta d. 14. eſt dolere peccatum, non hoc aut illud, ſed abſolutè peccatum emendabile per actum humanum, ipſius pœnitentiæ, quod propriè pertinet ad ſpecialem pœnitentiæ virtutem, apertiúſque probatur ea ratione nolle pœnitere, peccatum eſt ſingulare, quod alteri virtuti contrarium non eſt, quam virtuti pœnitentiæ, ergo ſpecialis eſt pœnitentiæ virtus, tanquam obiectum peccato nolendi pœnitere. Vnde affirmandum eſt pœnitentiam ſpecialem virtutẽ eſſe ipſiusmet pœnitentiæ cum Diu. Thom. 3. part. quæſt. 85. art. 2. & in 4. d. 14. qu. 2. art. 2. vbi dicit communem. Soto, & Palatios, eleganter B. Ledeſma. difficult. 3. Vnde deducitur erraſſe Durand. affirmantem eſſe puram iuſtitiæ virtutem quem improbant Soto. Ledeſma, & alij, quia inter Deum, & peccatorem non poteſt dari æqualitas ad iuſtitiam neceſſaria, & inde non eſſe virtutem iuſtitiæ, quamuis iuſtitiæ pars ſit docuit Tho. & receperunt ſupra allegati ſucceſſiuè art. 3. & ita obſeruandum eſt ſpecialem pœnitentiæ virtutem eſſe de peccatis dolere vt ſatisfaciamus per actum humanum cum emendationis propoſito.

Tertio in quo conſiſtat virtus tribus comprehenditur conſiderationibus, Prior eſt, conſiſtere in habitu, & inclinatione qua mouemur ad deteſtandum peccatum. Secunda eſt conſiſtere in ipſa deteſtatione, & diſplicentia peccati commiſſi cum interiori dolore, quam vocamus contritionem c. ſcindite 33. c. conuertimini 4. de pœnitentia d. 1. c. pœnitentia 1. cum ſequentibus de pœnitent. d. 3. in dictis Conciliis maximè Trident. ſeſſ. 14. de ſacram. pœnit. c. 4. cuius latiſſima erit diſputatio infra ad ſeptimum. Tertia eſt conſiſtere in fructu, & actibus pœnitentiæ prouenientibus ex ipſa cordis contritione, ex ea enim proueniunt lachrymæ, orationes, eleemoſynæ, ieiunia, & huius generis ſimilia de quibus. Matth. 3. c. agite fructus pœnitentiæ c. medicinam 76. c. medicamentum c. Deus c. fleat. c. tres cum ſequentibus de pœnitentia. d. 1. c. Conſideret de pœnit. d. 5. Trid. ſeſſ. 14. c. 3. & 8. & 9. de quibus latius infra ad ſeptimum. hactenus de pœnitentia quatenus eſt virtus. 13.

Quarto pœnitentia quatenus eſt ſacramentum variè à Theologis, & Pontificiis definitur, illud autem perſpicuum eſt, & Catholicum axioma contra hæreticos definitum, nouæ legis ſacramentum eſſe cap. 1. §. vna de ſum. Trinit. in fine c. ad abolendam in principio de hæreticis in Conc. Colonienſi ſeſſ. 15. Florent. & Tri- 14.

dent. ſeſſ. 6. de iuſtificatione cap. 14. & canone 29. ſeſſ. 7. de ſacramentis canone 1. ſeſſ. 14. de pœnit. c. 1. cum ſequentibus & canone 1. cum ſequentibus, in quo omnis Catholici conueniunt, inde variè definientes. Omnibus tamen omiſſis pœnitentia eſt ſacramentum legitimæ remiſſionis peccatorum, quæ poſt baptiſmum committuntur, ita probatur ex dictis iuribus, & Conciliis, & dicta ſeſſ. 14. c. 2. & 3. legitima remiſſio, ex debita materia, recta forma, idoneo miniſtro conſtat de ſingulis diſputandum eſt, & definitionis verba, latè explicant Diu. Thom. 3. part. quæſt. 84. art. 1. in 4. d. 14. quæſt. 1. artic. 1. ibi Soto, & Palacios, Victoria, & Ricardus vbi ſupra, Oſius c. 44. Caniſius quæſt. 2. Sonnius, & Alanus vbi ſupra. B. Ledeſma difficultate 6. Nauarrus, Cucus, & Petrus Gregor. in eiſdem numeris ita abſoluitur ſecundum.

15. Ad tertium de materia, primo ſic diſputo. abſolutio peccatum præponit, ergo peccatum abſolutionis materia eſt. Secundo pænitentiæ ſacramentum à Chriſto fuiſſe inſtitutum illis verbis (tibi dabo claues &c.) quodcunque ligaueris &c. Matth. 16. & 18. item (Accipite ſpiritum ſanctum &c.) Ioannis 20. cap. vt conſtitueretur 26. 50. d. cap. cum audiuimus, cap. quodcunque ligaueris 24. quæſt. 1. cap. pœnitentes 10. cap. adhuc 32. de pœnitent. d. 3. dicta ſeſſion. 14. cap. 1. 5. & 6. & canone 3. Sed illud ad peccata referri certiſſimum eſt ex eiſdem iuribus, ergo peccata ſunt pœnitentię materia.

Contrarium tamen ſic probatur, peccata non ſunt ad pœnitentiam conſequendam immediata, ergo non ſunt materia. Antecedens probatur, nihil refert peccata habere ad conſequendam gratiam ſacramentalem pœnitentiæ, nec mediante contritione, canfeſſione, & ſatisfactione cap. pœnitentia 1. cum ſequentibus de pœnitent. d. 3. cap. non poteſt 38. cum ſequentibus cap. medicinam 75. cum ſequentibus de pœnitentia d. 1. dicta ſeſſion. 14. cap. 1. cum ſequentibus cap. 4. 8. & 9. Canone 1. cum ſequentibus, ergo illi actus, & partes pœnitentiæ nempè contritio, confeſſio, & ſatisfactio accipiuntur pro pœnitentiæ materia.

In qua difficultate obſeruandum eſt, materiam conſiderari aut proximam, aut remotam. proxima materia ſunt actus, & partes pœnitentiæ, contritio confeſſio, & ſatisfactio, & ita definitum eſt in Florentin. & Tridentin. ſeſſ. 14. cap. 3. cum ſequentibus, canone 4. Remota autem eſt peccatum de quo dolemus, & conterimur, confitemur, & ſatisfacimus, ita Diu. Thom. 3. part. quæſt. 84. art. 2. in 4. d. 14. quæſt. 1. art. 2. ibi Soto & Pallatios, & omnes ſupra allegati B. Ledeſma difficultate 7. Nauar. Cucus, Petrus Greg. ſequentibus numeris, repugnat tamen ipſius Tridentin. littera dicto cap. 3. & canone 4. vbi dicit eſſe quaſi materiam, & ſic videtur contritionem, & cæteros actus nõ eſſe propriam materiam ſed impropriam, comprobatúrque illa explicatio authoritate Greg. in c. multi. verſic. ſunt autem 1. quæſt. 2. vbi docuit ad ſignificationem ſacramentalem ne-

Digitized by Google

ceſſarias eſſe materias corporales, & viſibiles nempe aquam in baptiſmo, panem, & vinu in Euchariſtia, chriſma, & oleum in confirmatione, & extrema vnctione, quod cum verificari non poſſit in pœnitentiæ ſacramento appellatur quaſi materia, ſed contrarium affirmandum eſt, ſitque propoſitio Catholica, quod id omne quod Deus aſſumit, vel ex re materiata, vel ex verbo, vel ex actu, vel ex motu externo quocunque ſufficiens materia eſt, & propriam ad ſignificationem ſacramentalem, iccirco actus pœnitentiæ propria huius ſacramenti materia eſt, & ita in matrimonio obſeruandum eſt, vt ſuo loco dicemus ita interpretandus eſt Gregor. in dicto c. Multi ſecundum communiorem, ſententiam Diu. Thom. & aliorum, & eleganter probat Alanus de ſacramentis in genere c. 16. Ex quibus verba Trid. dicto c. 3. & canone 4. non ſignificant improprietatem, nec ſimilitudinem, quia illa dictio (quaſi) iure noſtro ad materiam ſubiecti applicatur, plerumque ſignificat ſimilitudinem ſæpè etiam veritatis expreſſionem cap. Parrochianos, de decimis ibi, (quaſi debitum) cum allegatis à gloſa, & communi iuxta quam ſignificationem materia proxima, & propria pœnitentiæ eſt contritio confeſſio, & ſatisfactio vt reſolutum eſt quibus abſoluitur tertius articulus.

16. Ad quartum quæ ſit pœnitentiæ forma grauis eſt diſputatio, an forma per legem Pontificiam præſcripta à Chriſto fuerit inſtituta conueniensque ſit, primoque quod non fuerit ita probatur. Nullibi reperitur à Chriſto forma pœnitentiæ deſignata, ergo non fuit ab eo inſtituta. Antecedens probatur, nam pœnitentiæ ſacramentum à Chriſto inſtitutum fuiſſe per illa verba (tibi dabo claues &c. quodcunque ligaueris, &c.) Matth. 16. & 18. (quorum remiſeritis peccata) Ioannes 20. vt refertur in cap. in nouo 21. diſtinctione cap. vt conſtitueretur 50. diſtinctione cap. audiuimus cap. quodcunque 24. quæſtion. 1. pœnitentes 10. cap. adhuc 32. de pœnitent. diſtinctione 1. inſtitutum fuiſſe Catholicum dogma eſt, ibi tamen non deſignatur forma, alibi. (Tolle grabatum tuum, & ambula, vade in pace, & amplius noli peccare) alibi (dimittuntur tibi peccata tua) alibi (ſurge, & ambula) ergo forma Eccleſiæ non reperitur, expreſſa in Euangelio.

Secundo in pœnitentiæ ſacramento peccata remitti certiſſimum eſt, ex eiſdem locis & iuribus, ſed peccacata remittere ad ſolum Deum pertinet. c. verbum ſi de pœnitent. diſtinct. 1. ergo forma qua ſacerdos abſoluit impropria eſt.

Tertio Lazari ſuſcitatio pœnitentiæ forma eſt Auguſtinus & Gregorius ſed Lazarus primo fuit à Chriſto viuificatus, deinde Apoſtolis traditus vt eum ſoluerent Ioann. 11. cap. Conuertimini 34. de pœnitent. diſtinctione 1. ergo forma Eccleſiæ non eſt conueniens.

Quarto eadem poteſtas Appoſtolis data fuit ad ſanandum, & abſoluendum Matthæi 10. Lucæ 9. ſed non ſanabāt nomine ſuo, ſed nomine Chri

ſti, & in dicto cap. conuertimini, ergo ita abſoluere neceſſe eſt.

Quinto pœnitens, aut eſt in peccato aut in gratia, ſed neutro caſui conueniens eſt Eccleſiæ forma, ergo impropria. probatur Maior. quoniam ſi pœnitens ſufficienter de peccatis non contriſtatur in peccato eſt, ſi ſufficienter dolet, & conteritur in gratia eſt cap. Petrus, cap. lachrymæ. cum ſequentibus de pœnit. d. 1. Maior probatur apertè, quia ſi eſt in peccato non conſequitur gratiam, imo ſi accedit ad Euchariſtiam iudicium ſibi manducat, & bibit cap. qui diſcordat. 65. cap. & ſancta 66. cum ſequentibus de conſecr. d. 2. Tridentin. ſeſſion. 7. de ſacrament. Canone 6. ſi autem eſt in gratia non indiget abſolutione, ergo procedit conſequentia.

Sexto ſic argumentor, huius ſacramenti inſtitutio ſui natura materiam exigit peccatorum Matth. 18. (quodcunque ligaueris &c.) Ioan. 20. (quorum remiſeritis peccata) & in iuribus relatis ad primum argumentum ſed forma Eccleſiæ (ego te abſoluo) non habet materiam peccatorum, ergo non eſt conueniens.

Contrarium tamen, imo ſubſtantialem Eccleſiæ formam (ego te ab-
17. ſoluo) à lege diuina deprehendi ſatiſque eſſe congruam, authoritate, & ratione probatur, quia ſicut ex illis verbis (baptizantes eos &c.) Marci vltimo baptiſmi forma eſt, ego te baptizo vt diximus de baptiſmo ita apertiſſimè ex illis verbis (quodcunque ligaueris &c. quorum remiſeritis &c.) Matth. 18. Ioan. 20. rectè forma deprehenditur. (ego te abſoluo.) Deinde cum nouæ legis ſacramenta efficiant id, quod figurant dicta ſeſſ. 7. canone 1. cum ſequentibus, pœnitentiæque ſacramentum ſit remiſſionis peccatorum, quæ poſt baptiſmum comittuntur, rectè efficit ex illa forma (ego te abſoluo) poſt legitimam confeſſionem pronunciata, & ita probatur ex dicto cap. quodcunque dicto cap. audiuimus, dicto cap. pœnitentes, dicto cap. adhuc, cum allegatis in primo argumento.

Ex quibus propoſitio Catholica 18.
fit, formam pœnitentię ſubſtantialem eſſe, (ego te abſoluo) alias vero preces Eccleſia recipit pro authoritate, & ſolemnitate ſatis vtiles vt in Flor. & Tridentino definitum eſt ſeſſione 14. de pœnitentia c. 3.

Vnde mirandum eſt, qua ratio- 19.
ne Theſaurus ſacerdotalis 1. part. titulo de pœnitent. verſic. de forma folio 33. dixerit, non eſſe ab Eccleſia determinatam formam, niſi intellexerit de illis precibus quæ formæ adiunguntur, quæ frequentius ſunt huiuſmodi. (Miſereatur tui omnipotens Deus, & dimiſſis omnibus peccatis tuis perducat te ad vitam æternam) vel proprius Dominus noſter Ieſus Chriſtus te abſoluat ab omnibus peccatis tuis, & eius authoritate ego te abſoluo à peccatis tuis in nomine patris, & filij & ſpiritus ſancti.

Illud tamen aduertendum eſt peri- 20.
culoſum eſſe illas preces referri ad caſus ſingulares nempe (eius authoritate te abſoluo à peccatis, quæ confeſſus es, vel de quibus contritus ſis, quia primo caſu excluderet

peccata quæ oblitus fuit, vel cuius circunſtantiam tacere neceſſe fuit propter confeſſionis ſecretum, & tertij præiudicium vti infra latius. Secundo caſu excluderet peccata de quibus non habuit perfectum dolorem, habuit tamen imperfectum per attritionem, quæ ſacramenti virtute fit contritio, vt infra latius ac proinde cõſultius eſt generaliter pronunciare (Dominus noſter Ieſus Chriſtus te abſoluat, & eius virtute, & authoritate ego te abſoluo ab omnibus peccatis tuis in nomine Patris, & Filij & Spiritus ſancti) & ita accipienda eſt vtriuſque ſcholæ traditio ex prædictis authoritatibus & iuribus D. Thom. 3. part. quæſt. 84. art. 3. & in 4. d. 14. q. 1. art. 3. ibique Soto, & Palacios Victor. & M. Ledeſma, Rophenſis art. 11. & 12. B. Ledeſma difficult. 8. Oſius, Caniſius, & Sonnius articulis ſucceſſiuis, Alanus de ſacram. c. 18. Nau. Cucus, & Petrus Greg. vbi ſupra. Inde Soto, Palatios, Rophenſis, B. Ledeſma, Caſtro aduerſus hæreſes verbo abſolutio hæreſi 1. cum ſequentibus conuincunt hæreticos, & Catholicos contrarium affirmantes & defendentes.

11. Nec obſtant fundamenta in contrarium adducta primum quia ex ſuperioribus ſatis conſtat ex verbis Chriſti (quodcunque ligaueritis, & quorum remiſeritis peccata) vt in c. vt conſtitueretur cum aliis ſupra, rectè colligi ſubſtantialem Eccleſiæ formam (Ego te abſoluo) & cum in Florent. & Trident. dicta ſeſſione 14. cap. 3. & 6. iam definitum ſit, & ab Eccleſia receptiſſimum ab ea recedere impium eſſet.

Neque obſtat ſecundum quia B. Ledeſma reſpondet à metaphoriis locutionibus non eſſe efficax argumentum dicta difficultate 8. nec conſequitur ex eo, quod Chriſtus Lazarum ſuſcitauerit, & diſcipulis ſoluendum tradiderit, nunc pœnitentem prius à Chriſto liberari quam à ſacerdote abſolui poſſit, quinimo contrarium ex ea authoritate deprehenditur, quia cum Chriſtus in cœlo ſit poteſtatem in terris conceſſit legitimis miniſtris ad abſoluendum virtute diuina vt conſtat ex dictis locis.

Nec obſtat Tertium quia negandum eſt ſimilem poteſtatem Apoſtolis tradidiſſe ad ſanandum, & abſoluendum, imo ſatis diſſimilem, quia poteſtatem abſoluendi inſtrumentaliter conceſſit per poteſtatem clauium ibi (Tibi dabo claues &c.) (quodcunque ligaueris, quorum remiſeritis peccata.) Poteſtatem autem infirmos ſanandi conceſſit interpretatiuè, vt quoties peterent à Deo vt ſanitatem concederet, quatenus religioni conueniret impetrarent ita illa loca relata in c. conuertimini & alia explicant ſupra relati.

Nec obſtat quartum quia poteſtas remittendi peccata ad Deum dumtaxat pertinet principaliter, & per authoritatem, inſtrumentaliter tamen ex ipſa diuina virtute pertinet etiam ad legitimos miniſtros, ſi alia ſolemnia interuenerint, nẽpe pura cõfeſſio ſuas partes complectens. ita interpretandus eſt textus in dicto c. verbum & textus in Clement. 1. de priuilegiis & Clement. 1. de pœnit. & remiſſ. vbi reprehenduntur miniſtri abſoluentes à culpa, & pœna, non quia ad mini-

Digitized by Google

hibitum laico peccata dicere, imo laudabile eſſe ſi abſque tertij præiudicio fieri poteſt, & pœnitens, qui ita confitetur, humilitatis, & pudoris actu meretur, laicus tamen abſoluere non poteſt, quod ſi abſoluerit nulla eſt abſolutio grauiſſiméque peccat, & ſacrilegium committit, non tamen irregularis eſt iuxta probabiliorem opinionem, quanquam Palud. & alij irregularem eſſe affirment, hæc magis recepta ſunt ex Diuo Thoma in additionibus ad 3. part. quæſt. 8. art. 1. & in 4. diſtinctione 17. & 18. ibi Soto, & Palatios quæſt. 4. art. 1. Victor. nu. 141. Ricardus art. 18. Oſius c. 47. Caniſius art. 6. Sonnius c. 51. B. Ledeſma de confeſſ. difficult. 21. Abbas in dicto c. omnis vtriuſque. Nau. in dicto c. 1. de pœnitent. d. 6. in Manuali c. 4. Cucus lib. 5. de pœnit. num. 162. Petrus Gregorius lib. 2. c. 8. nn. 7. inde plura iura interpretantes de quibus commodior diſputatio eſt in ſequenti difficultate.

25. Secunda difficultas eſt an omnis ſacerdos pœnitentiæ miniſter ſit, ſic diſputatur, omnem ſacerdotem pœnitentiæ miniſtrum eſſe. probatur primo. pœnitenti datur electio confeſſoris magis periti, magiſque docti cap. quem pœnitet 87. de pœnitent d. 1. c. 1. pœnitent. d. 6. ergo inter omnes poteſt eligere nec proprio obligatur.

Secundo ſic argumentor ſacerdos ſicut eſt Euchariſtiæ miniſter, ita pœnitentiæ, nam ſicut dixit (hoc facite in meam commemorationem) Matt. 26. Lucæ 22. Marci 14. dixit (quorum remiſeritis peccata) Ioan. 20. ſed Euchariſtiæ miniſter eſt omnis ſacerdos vt ex illis authoritatibus diximus de Euchariſtia, ergo & pœnitentiæ omnis ſacerdos miniſter erit.

Tertio, præter proprium ſacerdotem, alij pœnitentiæ miniſtri ſunt, abſoluendique poteſtatem habent, ergo alij poſſunt miniſtri eſſe, antecedens probatur, quia in articulo mortis quilibet ſacerdos abſoluendi poteſtatem habent c. Paſtoralis §. præterea de officio ordinarij, & extra illum articulum religioſi mendicantes confeſſiones audire, & abſoluere permittuntur. Clement. dudum de ſepulturis. Præterea Epiſcopi, Archiepiſcopi Pōtifexque maximus proprium confeſſorem non habent, ad confeſſionémque, & ad ſacramentum obligantur vt in Lateran. in dicto c. omnis vtriuſque ſexus, ergo patet conſequens.

Contrarium imo proprium ſacerdotem pœnitentiæ miniſtrum eſſe dumtaxat probatur, primo quia confeſſiones audire, & à peccatis abſoluere ad iuriſdictionem pertinet Matth. 16. & 18. (tibi dabo claues &c. quodcunque ſolueris &c.) Ioan. 20. (quorum remiſeritis peccata &c.) & in iuribus vbi referuntur c. audiuimus c. quodcunque 24. q. 2. c. pœnitentes 10. c. adhuc 32. ſed iuriſdictionem non habet quilibet ſacerdos ſed ſolum proprius, ergo proprius ſolus miniſter erit. 26.

Secundo, ſic in Parrochia parrochus ſe habet ſicut in diœceſi Epiſcopus c. regenda 10. q. 1. c. placuit 2. c. adiicimus c. generali §. ecce ſufficienter 16. q. 1. c. licet de feriis ſed Epiſcopus proprius clericum ordinare, & iudicare poteſt c. nullus 9. q. 2. c. 1. c. ſignificaſti de foro compet. ergo proprius parrochus

chus parrochianum dumtaxat abſoluere poteſt.

Tertio proprium dumtaxat miniſtrum eſſe authoritate probatur. Vrbani 2. in c. placuit de pœnit. d. 6. in dicto c. omnis vtriuſque c. fin. de pœnit. & remiſſ. c. ſi Epiſcopus eodem in 6. Clement. 1. de priuileg. Clem. 2. de pœnit. & remiſſ. & Catholica & veriſſima eſt & ita in Flor. & Trident. definita dicta ſeſſ. 14. c. 1. 5. & 6. canone 3. 9. & 10. ſeſſ. 23. c. 15. probant latè Diu. Thom. & alij ſupra Alciatus in dicto c. omnis vtriuſque 1. & 2. lectura Theſaurus ſacerdotalis 1. parte 5. de miniſtro pœnitentiæ fol. 42. inſtructorium conſcientiæ 1. part. c. 26.

Ex quibus illud ſemper obſeruandum eſt neminem confeſſiones audire, & ſacramentaliter abſoluere poſſe niſi ex iuriſdictione ordinaria vel delegata vt infra explicandum eſt.

27. Nec obſtant contraria argumenta primum quia gloſ. verbo quærat in c. 1. de pœnit. d. 6. reſpondet illa iura intelligi vt inter proprios doctiorem eligat, facitque tredecim proprios reperiri ſecundum Hoſti. & Alciatum in dicto c. omnis 1. lectura num. 6. 2. num. 4. ſed communiter reiicitur.

Vnde Secundo intelligit illa iura referri ad confeſſionem voluntariam vt tunc eligat inter omnes doctiorem, ſed reiicitur, quia in neceſſaria, vel voluntaria ad abſoluendum neceſſaria eſt iuriſdictio.

Tertio, interpretatur proprios eſſe parrochum, Epiſcopum, & Pontificem Max. & inter eos debere doctiorem eligere, ſed ineptum eſſet præſumere Diu. Auguſt. qui illorum iurium Author eſt hoc docuiſſe.

Quare Quarto tria tempora diſtinguunt. Primum naſcentis Eccleſiæ ante prouinciarum Diœceſum, & parrochiarum diuiſionem, tunc Auguſt. pœnitenti dedit electionem. Secundum tempus facta iam diuiſione. Vrbanus ſecundus ſequens docuit proprium dumtaxat miniſtrum eſſe in dicto c. placuit, quod Tertio tempore reformauit Innocent. 3. in dicto c. omnis vtriuſque. Hæc interpretatio defendi non poteſt ex eo quod nemo poteſt præſumere Diu. Auguſt. ignoraſſe proprium dumtaxat miniſtrum eſſe. Rurſus, quia ante Auguſt. facta fuerat illa diuiſio Epiſcopatuum à Caliſto in c. 1. 9. q. 2. Parrochiarum à Dionyſio c. 1. 13. q. 1. cum gloſa ibi, & communi relata à Monte Regiano in tractatu de finibus regundis c. 4. 12 & 13.

Vnde aliis omiſſis verior interpretatio eſt, electionem ibi ab Auguſt. dari in caſibus à iure permiſſis, obſeruandum eſt à iure permitti quando à proprio licentia datur, proprius in hac ſpecie eſt parrochus, Epiſcopus, & Pontifex maximus vt ex dictis iuribus reſoluit D. Thom. cum aliis ſupra, & in dicto c. omnis eleganter Socinus num. 6. & 28. Abb. & Alciat. 1. & 2. lectura Nauarr. in c. placuit Cucus & Petrus Greg. vbi ſupra ſine qua licentia nec confeſſio nec abſolutio valeret.

Ad cuius cognitionem ſciendum eſt omnem Eccleſiæ iuriſdictionem ſui natura priuatiuam eſſe, quoniam poteſtas ſupernaturalis à Chriſto inſtituta, fuit duplex interior, & exterior. Matth. 16. & 18. (tibi dabo claues, Quodcũque ligaueris, &c.) Ioan. 1. &

tauerunt pœnitentiam ex proprij nominis etymologia eſſe pœnam tenere) vel pœnætentio, quod iuxta rationem recti ſermonis couuenit omnibus rebus ſiue noſtra voluntate, ſiue contra eam geſtis, idcirco optimè Cicero ea vſus eſt, ac ſi diceret(non moleſtè ferret eleganter formatum eſſe) quod nō rectè percipit Aulus Gelius, noctium Atticarum lib. 17 c. 1. Ciceronem aliter defendens, à qua ſignificatione aliena eſt, methanea, ſed conuenit aliter, quam etiam comprehendit pœnitentia, nempè mentis mutationem, ſiue diſplicentiam, vulgo.(Arripentimento) vtriſque ſæpe vſus fuit Cicero, vt refert Marcus Niſonius. verbo pœnitet, poſterior autem iure noſtro frequentior eſt inde dicimus in contrariis nominatis non eſſe locum pœnitentiæ, ſecus in inominatis, vel in delictis. lege ſi pecuniam. vbi gloſ. verbo. cum autem liceat ff. de conditione cauſa data l. ſicut C. de actionibus, & obligationibus c. quod ſemel 21. vbi gloſ. c. mutare 33. de regulis iuris in ſexto in qua ſignificatione accipitur in propoſita ſacramenti ſpecie, dicitur enim pœnitētia, præterita mala plāgere & plangenda iterum non committere, vt docuit Ambroſ. c. 1. & probatur in ſequentibus de pœnitentia d. 3. ſed illud non conuenit ſacramento ſed virtuti, diximus enim pœnitentiam eſſe virtutem, & ſacramentum, idcirco ſciēdum eſt pœnitentia quatenus virtus eſt quid ſignificet. Secundo quæ virtus ſit. Tertio in quo cōſiſtat. Quarto quatenus ſacramentum quid ſit.

11. Primo itaque pœnitentia quatenus virtus, eſt pœna, triſtitia, vel vindicta peccati præteriti, cum emendationis propoſito, vt ex Ambroſ. Auguſt. & Gregor. probatur in c. 1. in c. pœnitentia 4. c. pœnitentiam cum ſequentibus de pœnitentia d. 3. vbi Velamer. Turrectem. & Diu. Thom. 3. part. quæſt. 85. art. 1. & in 4. d. 14. quæſt. 2. art 1. ibi omnes vt refert Soto quæſt. 2. art. 1. B. Ledeſma difficultate. 1.

Secundo quæ virtus ſit valde controuerſum eſt, multi affirmant eſſe virtutem non tamen ſpecialem, vt referunt Alexand. & D. Thom. dicta d. 14. Durandus eſſe virtutem iuſtitiæ, alij tentant eſſe virtutem latriæ, ſiue religionis, ſed ex eodem Thoma conuincuntur, quia latria, ſiue religio eſt virtus, qua Deo reuerentiam exhibemus, quia principium creationis, & gubernationis principium, ſic D. Thom. 2. 2. quæſt. 81. art. 3. pœnitentia tamen primum habet finem placandi Deum emendatione vitæ, & peccati ſatisfactione, docuit idem Thom. dicta d. 14. quæſtionem 1. articulo 1. 12.

Quare ad difficultatis cognitionem conſiderādi ſunt quatuor caſus, prior eſt, dolere de peccatis vt conſcientiæ conſulamus leſæ, iuxta illud, Nil conſcire ſibi nulla palleſcere culpa, tunc virtus eſt non tamen ſpecialis, quia ſicut amor naturalis corpori infirmo medicinam, ita ſpiritualis, & charitas animo languido quietem quærit.

Secūdus eſt dolere de peccatis, quia contra rationem eſt, virtute ſit non tamen ſpeciali, quia cum omnis virtus rectæ rationi conformis ſit, ipſa ſufficit ad dolendum cum contra eam facimus.

Tertius

Digitized by Google

Tertius dolere de peccatis quia Deum offendimus charitatis virtute fit, nec alia ſpeciali opus eſt, quia eadem ratione, ſit bona amicis procurare, & mala ab eis auertere, eadémque amicitia eſt, in tribus omnes conueniunt veteres, & nouiores, quamuis confusè vſque ad nouiſſimos.

Quartus eſt dolere de peccatis, vt Deo pro eis ſatisfaciamus cum emendationis propoſito, abſque ſpeciali virtute fieri non poteſt, ſecundum Diuum Thom. & commuuem contra alios plures, & communior verior eſt, quia proprium pœnitentiæ obiectum, docente Diuo Thom. dicta d. 14. eſt dolere peccatum, non hoc aut illud, ſed abſolutè peccatum emendabile per actum humanum, ipſius pœnitentiæ, quod propriè pertinet ad ſpecialem pœnitentiæ virtutem, apertiúſque probatur ea ratione nolle pœnitere, peccatum eſt ſingulare, quod alteri virtuti contrarium non eſt, quam virtuti pœnitentiæ, ergo ſpecialis eſt pœnitentiæ virtus, tanquam obiectum peccato nolendi pœnitere. Vnde affirmandum eſt pœnitentiam ſpecialem virtutẽ eſſe ipſiusmet pœnitentiæ cum Diu. Thom. 3. part. quæſt. 85. art. 2. & in 4. d. 14. qu. 2. art. 2. vbi dicit communem. Soto, & Palatios, eleganter B. Ledeſma. difficult. 3. Vnde deducitur erraſſe Durand. affirmantem eſſe puram iuſtitiæ virtutem quem improbant Soto. Ledeſma, & alij, quia inter Deum, & peccatorem non poteſt dari æqualitas ad iuſtitiam neceſſaria, & inde non eſſe virtutem iuſtitiæ, quamuis iuſtitiæ pars ſit docuit Tho. & receperunt ſupra allegati ſucceſſiuè art. 3. & ita obſeruandum eſt ſpecialem pœnitentiæ virtutem eſſe de peccatis dolere vt ſatisfaciamus per actum humanum cum emendationis propoſito.

Tertio in quo conſiſtat virtus tri- 13.
bus comprehenditur conſiderationibus, Prior eſt, conſiſtere in habitu, & inclinatione qua mouemur ad deteſtandum peccatum. Secunda eſt conſiſtere in ipſa deteſtatione, & diſplicentia peccati commiſſi cum interiori dolore, quam vocamus contritionem c. ſcindite 33. c. conuertimini 4. de pœnitentia d. 1. c. pœnitentia 1. cum ſequentibus de pœnitent. d. 3. in dictis Conciliis maximè Trident. ſeſſ. 14. de ſacram. pœnit. c. 4. cuius latiſſima erit diſputatio infra ad ſeptimum. Tertia eſt conſiſtere in fructu, & actibus pœnitentiæ prouenientibus ex ipſa cordis contritione, ex ea enim proueniunt lachrymæ, orationes, eleemoſynæ, ieiunia, & huius generis ſimilia de quibus. Matth. 3. c. agite fructus pœnitentiæ c. medicinam 76. c. medicamentum c. Deus c. fleat. c. tres cum ſequentibus de pœnitentia. d. 1. c. Conſideret de pœnit. d. 5. Trid. ſeſſ. 14. c. 3. & 8. & 9. de quibus latius infra ad ſeptimum. hactenus de pœnitentia quatenus eſt virtus.

Quarto pœnitentia quatenus eſt 14.
ſacramentum variè à Theologis, & Pontificiis definitur, illud autem perſpicuum eſt, & Catholicum axioma contra hæreticos definitum, nouæ legis ſacramentum eſſe cap. 1. §. vna de ſum. Trinit. in fine c. ad abolendam in principio de hæreticis in Conc. Colonienſi ſeſſ. 15. Florent. & Tri-

Digitized by Google

dent. ſeſſ. 6. de iuſtificatione cap. 14. & canone 29. ſeſſ. 7. de ſacramentis canone 1. ſeſſ. 14. de pœnit. c. 1. cum ſequentibus & canone 1. cum ſequentibus, in quo omnis Catholici conueniunt, inde variè definientes. Omnibus tamen omiſſis pœnitentia eſt ſacramentum legitimæ remiſſionis peccatorum, quæ poſt baptiſmum committuntur, ita probatur ex dictis iuribus, & Conciliis, & dicta ſeſſ. 14. c. 2. & 3. legitima remiſſio, ex debita materia, recta forma, idoneo miniſtro conſtat de ſingulis diſputandum eſt, & definitionis verba, latè explicant Diu. Thom. 3. part. quæſt. 84. art. 1. in 4. d. 14. quæſt. 1. artic. 1. ibi Soto, & Palacios, Victoria, & Ricardus vbi ſupra, Oſius c. 44. Caniſius quæſt. 2. Sonnius, & Alanus vbi ſupra. B. Ledeſma difficultate 6. Nauarrus, Cucus, & Petrus Gregor. in eiſdem numeris ita abſoluitur ſecundum.

15. Ad tertium de materia, primo ſic diſputo. abſolutio peccatum præponit, ergo peccatum abſolutionis materia eſt. Secundo pœnitentiæ ſacramentum à Chriſto fuiſſe inſtitutum illis verbis (tibi dabo claues &c.) quodcunque ligaueris &c. Matth. 16. & 18. item (Accipite ſpiritum ſanctum &c.) Ioannis 20. cap. vt conſtitueretur 26. 50. d. cap. cum audiuimus, cap. quodcunque ligaueris 24. quæſt. 1. cap. pœnitentes 10. cap. adhuc 32. de pœnitent. d. 3. dicta ſeſſion. 14. cap. 1. 5. & 6. & canone 3. Sed illud ad peccata referri certiſſimum eſt ex eiſdem iuribus, ergo peccata ſunt pœnitentię materia.

Contrarium tamen ſic probatur, peccata non ſunt ad pœnitentiam conſequendam immediata, ergo non ſunt materia. Antecedens probatur, nihil refert peccata habere ad conſequendam gratiam ſacramentalem pœnitentiæ, nec mediante contritione, canfeſſione, & ſatisfactione cap. pœnitentia 1. cum ſequentibus de pœnitent. d. 3. cap. non poteſt 38. cum ſequentibus cap. medicinam 75. cum ſequentibus de pœnitentia d. 1. dicta ſeſſion. 14. cap. 1. cum ſequentibus cap. 4. 8. & 9. Canone 1. cum ſequentibus, ergo illi actus, & partes pœnitentiæ nempè contritio, confeſſio, & ſatisfactio accipiuntur pro pœnitentiæ materia.

In qua difficultate obſeruandum eſt, materiam conſiderari aut proximam, aut remotam. proxima materia ſunt actus, & partes pœnitentiæ, contritio confeſſio, & ſatisfactio, & ita definitum eſt in Florentin. & Tridentin. ſeſſ. 14. cap. 3. cum ſequentibus, canone 4. Remota autem eſt peccatum de quo dolemus, & conterimur, confitemur, & ſatisfacimus, ita Diu. Thom. 3. part. quæſt. 84. art. 2. in 4. d. 14. quæſt. 1. art. 2. ibi Soto & Pallatios, & omnes ſupra allegati B. Ledeſma difficultate 7. Nauar. Cucus, Petrus Greg. ſequentibus numeris, repugnat tamen ipſius Tridentin. littera dicto cap. 3. & canone 4. vbi dicit eſſe quaſi materiam, & ſic videtur contritionem, & cæteros actus nō eſſe propriam materiam ſed impropriam, comprobatúrque illa explicatio authoritate Greg. in c. multi. verſic. ſunt autem 1. quæſt. 2. vbi docuit ad ſignificationem ſacramentalem ne-

ceſſarias eſſe materias corporales, & viſibiles nempe aquam in baptiſmo, panem, & vinũ in Euchariſtia, chriſma, & oleum in confirmatione, & extrema vnctione, quod cum verificari non poſſit in pœnitentiæ ſacramento appellatur quaſi materia, ſed contrarium affirmandum eſt, ſitque propoſitio Catholica, quod id omne quod Deus aſſumit, vel ex re materiata, vel ex verbo, vel ex actu, vel ex motu externo quocunque ſufficiens materia eſt, & propriam ad ſignificationem ſacramentalem, iccirco actus pœnitentiæ propria huius ſacramenti materia eſt, & ita in matrimonio obſeruandum eſt, vt ſuo loco dicemus ita interpretandus eſt Gregor. in dicto c. Multi ſecundum communiorem, ſententiam Diu. Thom. & aliorum, & eleganter probat Alanus de ſacramentis in genere c. 16. Ex quibus verba Trid. dicto c. 3. & canone 4. non ſignificant improprietatem, nec ſimilitudinem, quia illa dictio (quaſi) iure noſtro ad materiam ſubiecti applicatur, plerumque ſignificat ſimilitudinem ſæpè etiam veritatis expreſſionem cap. Parrochianos, de decimis ibi, (quaſi debitum) cum allegatis à gloſa, & communi iuxta quam ſignificationem materia proxima, & propria pœnitentiæ eſt contritio confeſſio, & ſatisfactio vt reſolutum eſt quibus abſoluitur tertius articulus.

16. Ad quartum quæ ſit pœnitentiæ forma grauis eſt diſputatio, an forma per legem Pontificiam præſcripta à Chriſto fuerit inſtituta conueniensque ſit, primoque quod non fuerit ita probatur. Nullibi reperitur à Chriſto forma pœnitentiæ deſignata, ergo non fuit ab eo inſtituta. Antecedens probatur, nam pœnitentiæ ſacramentum à Chriſto inſtitutum fuiſſe per illa verba (tibi dabo claues &c. quodcunque ligaueris, &c.) Matth. 16. & 18. (quorum remiſeritis peccata) Ioannes 20. vt refertur in cap. in nouo 21. diſtinctione cap. vt conſtitueretur 50. diſtinctione cap. audiuimus cap. quodcunque 24. quæſtion. 1. pœnitentes 10. cap. adhuc 32. de pœnitent. diſtinctione 1. inſtitutum fuiſſe Catholicum dogma eſt, ibi tamen non deſignatur forma, alibi. (Tolle grabatum tuum, & ambula, vade in pace, & amplius noli peccare) alibi (dimittuntur tibi peccata tua) alibi (ſurge, & ambula) ergo forma Eccleſiæ non reperitur, expreſſa in Euangelio.

Secundo in pœnitentiæ ſacramento peccata remitti certiſſimum eſt, ex eiſdem locis & iuribus, ſed peccacata remittere ad ſolum Deum pertinet. c. verbum ſi de pœnitent. diſtinct. 1. ergo forma qua ſacerdos abſoluit impropria eſt.

Tertio Lazari ſuſcitatio pœnitentiæ forma eſt Auguſtinus & Gregorius ſed Lazarus primo fuit à Chriſto viuificatus, deinde Apoſtolis traditus vt eum ſoluerent Ioann. 11. cap. Conuertimini 34. de pœnitent. diſtinctione 1. ergo forma Eccleſiæ non eſt conueniens.

Quarto eadem poteſtas Appoſtolis data fuit ad ſanandum, & abſoluendum Matthæi 10. Lucæ 9. ſed non ſanabãt nomine ſuo, ſed nomine Chri

ſti, & in dicto cap. conuertimini, ergo ita abſoluere neceſſe eſt.

Quinto pœnitens, aut eſt in peccato aut in gratia, ſed neutro caſui conueniens eſt Eccleſiæ forma, ergo impropria. probatur Maior. quoniam ſi pœnitens ſufficienter de peccatis non contriſtatur in peccato eſt, ſi ſufficienter dolet, & conteritur in gratia eſt cap. Petrus, cap. lachrymæ. cum ſequentibus de pœnit. d. 1. Maior probatur apertè, quia ſi eſt in peccato non conſequitur gratiam, imo ſi accedit ad Euchariſtiam iudicium ſibi manducat, & bibit cap. qui diſcordat. 65. cap. & ſancta 66. cum ſequentibus de conſecr. d. 2. Tridentin. ſeſſion. 7. de ſacrament. Canone 6. ſi autem eſt in gratia non indiget abſolutione, ergo procedit conſequentia.

Sexto ſic argumentor, huius ſacramenti inſtitutio ſui natura materiam exigit peccatorum Matth. 18. (quodcunque ligaueris &c.) Ioan. 20. (quorum remiſeritis peccata) & in iuribus relatis ad primum argumentum ſed forma Eccleſiæ (ego te abſoluo) non habet materiam peccatorum, ergo non eſt conueniens.

Contrarium tamen, imo ſubſtantialem Eccleſiæ formam (ego te ab-
17. ſoluo) à lege diuina deprehendi ſatiſque eſſe congruam, authoritate, & ratione probatur, quia ſicut ex illis verbis (baptizantes eos &c.) Marci vltimo baptiſmi forma eſt, ego te baptizo vt diximus de baptiſmo ita apertiſſimè ex illis verbis (quodcunque ligaueris &c. quorum remiſeritis &c.) Matth. 18. Ioan. 20. rectè forma deprehenditur. (ego te abſoluo.) Deinde cùm nouæ legis ſacramenta efficiant id, quod figurant dicta ſeſſ. 7. canone 1. cum ſequentibus, pœnitentiæque ſacramentum ſit remiſſionis peccatorum, quæ poſt baptiſmum comittuntur, rectè efficit ex illa forma (ego te abſoluo) poſt legitimam confeſſionem pronunciata, & ita probatur ex dicto cap. quodcunque dicto cap. audiuimus, dicto cap. pœnitentes, dicto cap. adhuc, cum allegatis in primo argumento.

Ex quibus propoſitio Catholica 18.
ſit, formam pœnitentię ſubſtantialem eſſe, (ego te abſoluo) alias vero preces Eccleſia recipit pro authoritate, & ſolemnitate ſatis vtiles vt in Flor. & Tridentino definitum eſt ſeſſione 14. de pœnitentia c. 3.

Vnde mirandum eſt, qua ratio- 19.
ne Theſaurus ſacerdotalis 1. part. titulo de pœnitent. verſic. de forma folio 33. dixerit, non eſſe ab Eccleſia determinatam formam, niſi intellexerit de illis precibus quæ formæ adiunguntur, quæ frequentius ſunt huiuſmodi. (Miſereatur tui omnipotens Deus, & dimiſſis omnibus peccatis tuis perducat te ad vitam æternam) vel proprius Dominus noſter Ieſus Chriſtus te abſoluat ab omnibus peccatis tuis, & eius authoritate ego te abſoluo à peccatis tuis in nomine patris, & filij & ſpiritus ſancti.

Illud tamen aduertendum eſt peri- 20.
culoſum eſſe illas preces referri ad caſus ſingulares nempe (eius authoritate te abſoluo à peccatis, quæ confeſſus es, vel de quibus contritus ſis, quia primo caſu excluderet

peccata quæ oblitus fuit, vel cuius circunſtantiam tacere neceſſe fuit propter confeſſionis ſecretum, & tertij præiudicium vti infra latius. Secundo caſu excluderet peccata de quibus non habuit perfectum dolorem, habuit tamen imperfectum per attritionem, quæ ſacramenti virtute fit contritio, vt infra latius ac proinde cõſultius eſt generaliter pronunciare (Dominus noſter Ieſus Chriſtus te abſoluat, & eius virtute, & authoritate ego te abſoluo ab omnibus peccatis tuis in nomine Patris, & Filij & Spiritus ſancti) & ita accipienda eſt vtriuſque ſcholæ traditio ex prædictis authoritatibus & iuribus D. Thom. 3. part. quæſt. 84. art. 3. & in 4. d. 14. q. 1. art. 3. ibique Soto, & Palacios Victor. & M. Ledeſma, Rophenſis art. 11. & 12. B. Ledeſma difficult. 8. Oſius, Caniſius, & Sonnius articulis ſucceſſiuis, Alanus de ſacram. c. 18. Nau. Cucus, & Petrus Greg. vbi ſupra. Inde Soto, Palatios, Rophenſis, B. Ledeſma, Caſtro aduerſus hæreſes verbo abſolutio hæreſi 1. cum ſequentibus conuincunt hæreticos, & Catholicos contrarium affirmantes & defendentes.

11. Nec obſtant fundamenta in contrarium adducta primum quia ex ſuperioribus ſatis conſtat ex verbis Chriſti (quodcunque ligaueritis, & quorum remiſeritis peccata) vt in c. vt conſtitueretur cum aliis ſupra; rectè colligi ſubſtantialem Eccleſiæ formam (Ego te abſoluo) & cum in Florent. & Trident. dicta ſeſſione 14. cap. 3. & 6. iam definitum ſit, & ab Eccleſia receptiſſimum ab ea recedere impium eſſet.

Neque obſtat ſecundum quia B. Ledeſma reſpondet à metaphoriis locutionibus non eſſe efficax argumentum dicta difficultate 8. nec conſequitur ex eo, quod Chriſtus Lazarum ſuſcitauerit, & diſcipulis ſoluendum tradiderit, nunc pœnitentem prius à Chriſto liberari quam à ſacerdote abſolui poſſit, quinimo contrarium ex ea authoritate deprehenditur, quia cum Chriſtus in cœlo ſit poteſtatem in terris conceſſit legitimis miniſtris ad abſoluendum virtute diuina vt conſtat ex dictis locis.

Nec obſtat Tertium quia negandum eſt ſimilem poteſtatem Apoſtolis tradidiſſe ad ſanandum, & abſoluendum, imo ſatis diſſimilem, quia poteſtatem abſoluendi inſtrumentaliter conceſſit per poteſtatem clauium ibi (Tibi dabo claues &c.) (quodcunque ligaueris, quorum remiſeritis peccata.) Poteſtatem autem infirmos ſanandi conceſſit interpretatiuè, vt quoties peterent à Deo vt ſanitatem concederet, quatenus religioni conueniret impetrarent ita illa loca relata in c. conuertimini & alia explicant ſupra relati.

Nec obſtat quartum quia poteſtas remittendi peccata ad Deum dumtaxat pertinet principaliter, & per authoritatem, inſtrumentaliter tamen ex ipſa diuina virtute pertinet etiam ad legitimos miniſtros, ſi alia ſolemnia interuenerint, nẽpe pura cõfeſſio ſuas partes complectens. ita interpretandus eſt textus in dicto c. verbum & textus in Clement. 1. de priuilegiis & Clement. 1. de pœnit. & remiſſ. vbi reprehenduntur miniſtri abſoluentes à culpa, & pœna, non quia ad mini-

ſtros abſolutio non pertineat,ſed quia miniſtri minus legitimi poteſtate abutuntur quod non fuit aſſecutus Abulen. infra allegandus, qui non rectè illa iura interpretatur, quia vt ſtatim reſoluendum eſt ad quintum articulum, legitimus miniſter diuina virtute abſoluendi & remittendi poteſtatem habet, ex ipſa Euangelij lege conceſſam.

Nec obſtat quintum quia reſpondent ſupra allegati tres fuiſſe ſpecies, omneſque eſſe damnatas vt refert Soto, Rophenſis, Ricardus, Martinus, & B. Ledeſma, Magiſter enim ſententiarum formam ita explicabat (te abſolutu r declaro) nam putabat contritum non indigere abſolutione & Alex. Ricard. Maior putabant attritionem non ſufficere ad integram diſpoſitionem ſacrameti Abulenſis in 1. part. defenſorij c. 6. dicebat ſacerdotem non poſſe à culpa abſoluere ex dicta Clem. 1. de priuileg. Clem. 2 de pœnit. & remiſſ. ſed conuincuntur à Diu. Thom. & aliis ſupra relatis, quia Catholica eſt propoſitio, attritionem virtute ſacramenti pœnitentiæ fieri contritionem vt infra latius ad ſeptimum quia in ſpecie ſacerdotis abſolutionem valde neceſſariam eſſe fatendum eſt, contritum autem in gratia exiſtentem certum eſt eam habere in ordine, & in voto futuri ſacramenti ita quod ſi pro loco, & tempore ſacramentum omitteret, gratiam etiam omitteret. Vnde fit conſequens neceſſarium etiam contritio ſacerdotis abſolutionem conuenire, vt actualiter ſuſcipiat, quod in voto habebat, vt latius ad ſeptimum ergo omni caſu legitima eſt Eccleſiæ forma (Ego te abſoluo, & ita definitum eſt in Flor. & Trident. vbi ſupra.

Nec obſtat Sextum, qui licet Palud arguat Eccleſiæ formam de materię defectu apertè fallitur, quia iam reſolutum eſt materiam remotam eſſe peccata, materiam proximam partes pœnitentiæ nempe contritio, ſatisfactio, & confeſſio, quæ omnia cum iam præceſſerint ante ipſam formam rectè pronunciatur forma (Ego te abſoluo) vt ex dictis authoritatibus, & Cōciliis definitu eſt, & Pal. cōuincunt expreſsè Roph. & B. Ledeſma difficult. 8. Ex quibus omnibus ſatis apparet ſubſtātialem Eccleſię formam ſatis congruā eſſe preceſq. ſupra relatas eſſe ſanctas, & vtiles, indéque manuum impoſitionem ſuper pœnitentis caput neceſſariam nō eſſe vt D. Thom. & alij ſupra ſucceſſiuè reſoluūt, & ſoluitur quart⁹.

Ad Quintum de miniſtro duæ ſunt difficultates, altera an ſit ſolus ſacerdos, altera an ſit omnis ſacerdos, in 1. ſic diſputatur. 1. non ſolum ſacerdotem, ſed quencunque proximum etiā laicum miniſtrum eſſe probatur 1. ſicut baptiſmi ſacramentum pro peccato originali eſt neceſſarium ita pro actuali pœnitentiæ ſacramentum c. 71. de pœnit. d. 1. cum ſequentibus Trid. ſeſſ. 14. c. 2. cum ſequentibus, ſed baptiſmi propter neceſſitatem miniſter eſt laicus etiam hæreticus, vel infidelis etiam fœmina vt diximus de baptiſmo, ergo poterit etiam pœnitentiæ eſſe miniſter proximus etiam laicus.

Secundo ſic argumentor authoritate obligante ad confitendum non inducitur præceptum ad ſacerdotes relatum, ſed ad quoſcunque, ergo non

debet reſtringi ad ſolos ſacerdotes, probatur antecedens Iſaiæ 43. (dic iniquitates tuas vt iuſtificeris) refertur in c. ecce nunc tempus 39. de pœnitentia d. 1. Iacobi c. 5. (confitemini alter-vtrum peccata veſtra) maximè quia omnes iuſti dicuntur ſacerdotes quãuis laici ſint Apocalypſis, 5. (feciſti nos Deo noſtro regnum) Chryſoſt. homilia 43. dicit iuſtos ſacerdotes eſſe, ergo patet conſequens.

Tertio, quia in defectum ſacerdotis confitẽdum eſſe proximo docuit text. in c. quem pœnitet. 87. de pœnit. d. 1. c. 1. de pœnit. d 6. ergo & laicus pœnitentiæ miniſter eſt.

23. Contrarium autem imo ſolum ſacerdotem miniſtrum eſſe probatur. Primo quia pœnitentię ſacramentum inſtitutum eſſe ex illis verbis (tibi dabo claues) quodcunque ligaueris Matth. 16. & 18. (quorum remiſeritis peccata.) Ioan 20. Catholica propoſitio eſt vt refertur in iuribus, & cõciliis relatis ad 4. de forma, ſed illa verba referuntur ad Apoſtolos, & ad eorum in ſacerdotio ſucceſſores, ergo ſoli ſacerdotes pœnitentiæ miniſtri ſunt.

Secundo, quia pœnitentiæ ſacramentum ad iuriſdictionem pertinet vt conſtat ex illis verbis (tibi dabo claues) c. in nouo 21. d. in Flor. & Trid. dicta ſeſſ. 14. c. 1. 5. & 6. & canone 3. ſed iuriſdictio clauium ſolis ſacerdotibus conuenit ibi (tibi dabo) ergo ſoli miniſtri ſunt.

Tertio, quia authoritate Eccleſiæ Catholicæ ad ſolos ſacerdotes confeſſiones audire, & abſoluere à peccatis pertinet c. non poteſt cum ſequentibus c. verbum 51. c. ſufficit 61. cap. quem pœnitet 87. c. quamuis 88. de pœnit. d. 1. c. 1. de pœnit. d. 6. c. omnis vtriuſque de pœnit. & remiſſ. Clem. 1. de priuilegiis cum aliis, ergo ipſis duntaxat cõpetit, hæc veriſſima eſt, & de fide tenenda, vt definitum eſt in Trid. dicto c. 1. 5. 6. & canone 3. & 10. & ita conueniunt omnes Catholici ſecundum infra referendos.

Nec obſtant contraria argumenta. 24.
Primum quia ab Eccleſia inſtitutum eſt baptiſmi miniſtrum poſſe eſſe laicum, etiam hæreticum, & infidelem, pœnitentiæ tamen ſolum ſacerdotem, aperta omnis criminis ratione, baptiſmus enim eſt nouæ vitæ inchoatio ſine quo nemo ſaluari poteſt vt latè de baptiſmo diximus, ſine pœnitentia autem plures, ſiquidem ad pœnitentiæ ſacramentum ante annos diſcretionis nemo obligatur vt infra ad 7. & poſt diſcretionis tempus poſſint ſaluari abſque abſolutione per contritionem perfectam deficiente miniſtro vt latius ad Septimum.

Nec obſtat ſecunda quia authoritates ibi relatæ referuntur ad legitimum miniſtrum (dic iniquitates tuas ſcilicet ſacerdoti) nec obſtat laicos dici ſacerdotes, quia vt diximus de Euchariſtia omnes iuſtos appellabant ſacerdotes, quia Deo conſecrantur non tamen iuriſdictionem ſacerdotalem habent, quæ ad abſoluendum neceſſaria eſt, vt ſtatim probabimus in 2. difficultate.

Neque obſtat tertia quia illa iura in dicto c. quam pœnitet, & in dicto c. 1. non probant laicum eſſe miniſtrum, nec abſoluere poſſe, & ita obſeruandum eſt in defectum ſacerdotis ſi periculum immineat non eſſe pro-

hibitum laico peccata dicere, imo laudabile eſſe ſi abſque tertij præiudicio fieri poteſt, & pœnitens, qui ita confitetur, humilitatis, & pudoris actu meretur, laicus tamen abſoluere non poteſt, quod ſi abſoluerit nulla eſt abſolutio grauiſſiméque peccat, & ſacrilegium committit, non tamen irregularis eſt iuxta probabiliorem opinionem, quanquam Palud. & alij irregularem eſſe affirment, hæc magis recepta ſunt ex Diuo Thoma in additionibus ad 3. part. quæſt. 8. art. 1. & in 4. diſtinctione 17. & 18. ibi Soto, & Palatios quæſt. 4. art. 1. Victor. nu. 141. Ricardus art. 18. Oſius c. 47. Caniſius art. 6. Sonnius c. 51. B. Ledeſma de confeſſ. difficult. 22. Abbas in dicto c. omnis vtriuſque. Nau. in dicto c. 1. de pœnitent. d. 6. in Manuali c. 4. Cucus lib. 5. de pœnit. num. 162. Petrus Gregorius lib. 2. c. 8. nn. 7. inde plura iura interpretantes de quibus commodior diſputatio eſt in ſequenti difficultate.

25. Secunda difficultas eſt an omnis ſacerdos pœnitentiæ miniſter ſit, ſic diſputatur, omnem ſacerdotem pœnitentiæ miniſtrum eſſe. probatur primo. pœnitenti datur electio confeſſoris magis periti, magiſque docti cap. quem pœnitet 87. de pœnitent d. 1. c. 1. pœnitent. d. 6. ergo inter omnes poteſt eligere nec proprio obligatur.

Secundo ſic argumentor ſacerdos ſicut eſt Euchariſtiæ miniſter, ita pœnitentiæ, nam ſicut dixit (hoc facite in meam commemorationem) Matt. 26. Lucæ 22. Marci 14. dixit (quorum remiſeritis peccata) Ioan. 20. ſed Euchariſtiæ miniſter eſt omnis ſacerdos vt ex illis authoritatibus diximus de Euchariſtia, ergo & pœnitentiæ omnis ſacerdos miniſter erit.

Tertio, præter proprium ſacerdotem, alij pœnitentiæ miniſtri ſunt, abſoluendique poteſtatem habent, ergo alij poſſunt miniſtri eſſe, antecedens probatur, quia in articulo mortis quilibet ſacerdos abſoluendi poteſtatem habent c. Paſtoralis §. præterea de officio ordinarij, & extra illum articulum religioſi mendicantes confeſſiones audire, & abſoluere permittuntur. Clement. dudum de ſepulturis. Præterea Epiſcopi, Archiepiſcopi Pōtifexque maximus proprium confeſſorem non habent, ad confeſſionémque, & ad ſacramentum obligantur vt in Lateran. in dicto c. omnis vtriuſque ſexus, ergo patet conſequens.

Contrarium imo proprium ſacerdotem pœnitentiæ miniſtrum eſſe dumtaxat probatur, primo quia confeſſiones audire, & à peccatis abſoluere ad iuriſdictionem pertinet Matth. 16. & 18. (tibi dabo claues &c. quodcunque ſolueris &c.) Ioan. 20. (quorum remiſeritis peccata &c.) & in iuribus vbi referuntur c. audiuimus c. quodcunque 24. q. 2. c. pœnitentes 10. c. adhuc 32. ſed iuriſdictionem non habet quilibet ſacerdos ſed ſolum proprius, ergo proprius ſolus miniſter erit. 26.

Secundo, ſic in Parrochia parrochus ſe habet ſicut in diœceſi Epiſcopus c. regenda 10. q. 1. c. placuit 2. c. adiicimus c. generali §. ecce ſufficienter 16. q. 1. c. licet de feriis ſed Epiſcopus proprius clericum ordinare, & iudicare poteſt c. nullus 9. q. 2. c. 1. c. ſignificaſti de foro compet. ergo proprius parrochus

chus parrochianum dumtaxat abſoluere poteſt.

Tertio proprium dumtaxat miniſtrum eſſe authoritate probatur. Vrbani 21. in c. placuit de pœnit. d. 6. in dicto c. omnis vtriuſque c. fin. de pœnit. & remiſſ. c. ſi Epiſcopus eodem in 6. Clement. 1. de priuileg. Clem. 2. de pœnit. & remiſſ. & Catholica & veriſſima eſt & ita in Flor. & Trident. definita dicta ſeſſ. 14. c. 1. 5. & 6. canone 3. 9. & 10. ſeſſ. 23. c. 15. probant latè Diu. Thom. & alij ſupra Alciatus in dicto c. omnis vtriuſque 1. & 2. lectura Theſaurus ſacerdotalis 1. parte §. de miniſtro pœnitentiæ fol. 42. inſtructorium conſcientiæ 1. part. c. 26.

Ex quibus illud ſemper obſeruandum eſt neminem confeſſiones audire, & ſacramentaliter abſoluere poſſe niſi ex iuriſdictione ordinaria vel delegata vt infra explicandum eſt.

27. Nec obſtant contraria argumenta primum quia gloſ. verbo quærat in c. 1. de pœnit. d. 6. reſpondet illa iura intelligi vt inter proprios doctiorem eligat, facitque tredecim proprios reperiri ſecundum Hoſti. & Alciatum in dicto c. omnis 1. lectura num. 6. 2. num. 4. ſed communiter reiicitur.

Vnde Secundo intelligit illa iura referri ad confeſſionem voluntariam vt tunc eligat inter omnes doctiorem, ſed reiicitur, quia in neceſſaria, vel voluntaria ad abſoluendum neceſſaria eſt iuriſdictio.

Tertio, interpretatur proprios eſſe parrochum, Epiſcopum, & Pontificem Max. & inter eos debere doctiorem eligere, ſed ineptum eſſet præſumere Diu. Auguſt. qui illorum iurium Author eſt hoc docuiſſe.

Quare Quarto tria tempora diſtinguunt. Primum naſcentis Eccleſiæ ante prouinciarum Diœceſum, & parrochiarum diuiſionem, tunc Auguſt. pœnitenti dedit electionem. Secundum tempus facta iam diuiſione. Vrbanus ſecundus ſequens docuit proprium dumtaxat miniſtrum eſſe in dicto c. placuit, quod Tertio tempore reformauit Innocent. 3. in dicto c. omnis vtriuſque. Hæc interpretatio defendi non poteſt ex eo quod nemo poteſt præſumere Diu. Auguſt. ignoraſſe proprium dumtaxat miniſtrum eſſe. Rurſus, quia ante Auguſt. facta fuerat illa diuiſio Epiſcopatuum à Caliſto in c. 1. 9. q. 2. Parrochiarum à Dionyſio c. 1. 13. q. 1. cum gloſa ibi, & communi relata à Monte Regiano in tractatu de finibus regundis c. 4. 12 & 13.

Vnde aliis omiſſis verior interpretatio eſt, electionem ibi ab Auguſt. dari in caſibus à iure permiſſis, obſeruandum eſt à iure permitti quando à proprio licentia datur, proprius in hac ſpecie eſt parrochus, Epiſcopus, & Pontifex maximus vt ex dictis iuribus reſoluit D. Thom. cum aliis ſupra, & in dicto c. omnis eleganter Socinus num. 6. & 28. Abb. & Alciat. 1. & 2. lectura Nauarr. in c. placuit Cucus & Petrus Greg. vbi ſupra ſine qua licentia nec confeſſio nec abſolutio valeret.

Ad cuius cognitionem ſciendum eſt omnem Eccleſiæ iuriſdictionem ſui natura priuatiuam eſſe, quoniam poteſtas ſupernaturalis à Chriſto inſtituta, fuit duplex interior, & exterior. Matth. 16. & 18. (tibi dabo claues, Quodcũque ligaueris, &c.) Ioan. 1. &

20.(Paſce oues meas, Accipite Spiritũ Sanctum,&c.) Lucæ 22.(ecce duo gladij) hic & in iuribus, ſupra relatiſque Conciliis, atque vtraq. immediata data fuit Diu. Petro, & Apoſtolis, & inde fluxit in prælatos, & ſacerdotes, inferiores in vnumquenque pro ſua tantũ iuriſdictione. Vnde quãuis in iuriſdictione delegata omnes Apoſtoli fuiſſent æquales, in ordinaria tamẽ vnuſquiſque in ſua diœceſi, & Epiſcopatu adminiſtrabat, idcirco Epiſcopus ſuũ clericũ ordinare & iudicare poteſt c. nullus primas 9. q.2.c.1. c. ſignificaſti de foro competenti, ac proinde quamuis in foro ſeculari ciues Salmantini poſſint inuito prætore conſentire in iuriſdictionem prætoris Toletani l. ſi conuenerit ff. de iuriſdictione omniũ iudicum l.1.& 2. ff. d. iudiciis, clerici tamen non poſſunt coram alio Epiſcopo litigare ſine proprij licentia ex dicto c. nullus & dicto c.2. dicto. c. ſignificaſti euidenti ratione, quia iuriſdictio nunquam clericis data fuit, ſed prælatis vt ſupra diximus, & ita interpretandus eſt textus in c. ſi diligenti de foro competenti.

Ex quibus eadem ratio, idemque ius verſatur in iuriſdictione ſpirituali, quia abſque proprij ſacerdotis licentia, non poteſt parrochianus confeſſorem eligere, nec electus poteſtatem habet abſoluendi illum pœnitentem, inde maior ſuccedit difficultas, eſto enim pœnitentem proprij licentiam haberet poſſetque confeſſorem eligere vt frequenter ſit licentiam habere à parrocho vel à Pontifice in indulgentia, vel iubilæo, vel cruciatæ diplomate an poſſit quencunque ſacerdotem eligere ex dicto c. quem pœnitet. & dicto c.1. ſcientem ligare, ac ſoluere, vel neceſſe ſit quod habeat iuriſdictionem ordinariam vel delegatam, & ex ſuperioribus neceſſarium eſſe ſatis probatur, & ex natura prorogationis, quæ fieri debet ſub eadem forma ex dicta l. ſi conuenerit, ibi (Alius prætor) & in dicta l. 2. ibi (cuiuſuis iudicis) in quo conueniunt ius ciuile, & Pontificium, & ita obſeruat glos. verbo alieno in dicto c. omnis vtriuſque, Verbo, ſpecialis in Clem. 1. de priui. à multiſque probatur, ſed contraria opinio communior eſt ſecundum Pontificios, & Theologos, ſufficere quencunque ſacerdotem peritum ex dicto c. quem pœnitet, & dicto c.1.& c. fin. de pœnit. & remiſſ. Abb. num. 4. Socinus num. 30. Alciatus verbo, proprio, in dicto c. omnis Aufrerius ad capellam Toloſanam, 221. Nauar. in dicto c. placuit num. 49. & ſecundum relatos à Soto dicta d. 18. q. 4. art. 2. latius B. Ledeſma de confeſſ. difficult. 23. Cæterum hæc communior hodie ſublata eſt, priorque probatur ex Trident. dicta ſeſſ. 23. c. 15. vbi nec ſecularis, nec regularis ſacerdos abſoluendi poteſtatem habet niſi parrochiale beneficium habuerit vel ab Epiſcopo fuerit ad hoc munus approbatus, & deſignatus, id eſt ordinariam, vel delegatam iuriſdictionem habuerit.

Vnde vera deducitur interpretatio ad textum in dicto c. quem pœnitet & in dicto c.1. non ſolum neceſſariam eſſe proprij licentiam vt interpretatur glos. verbo proprio in dicto cap. omnis, & gloſſa fin. in cap. fin. ibidem, Soto dicto artic. 2. ſed etiam habita licentia eſſe neceſſarium eli-

Digitized by Google

gere ſacerdotem habentem iuriſdictionem ordinariam vel delatam, ſic ſoluitur primum.

Nec obſtat ſecundum, quia reſpondendum eſt, quod licet à Chriſto vtrunque ſacramentum in dictis locis inſtitutum fuerit non tamen ſub eadem materia nec ſub eadem forma & ita nec miniſtrum ſimilem vtrique deſignat, quinimo ex vtriuſque natura facilè deprehenditur ad conſecrandum ſufficere quemcunque ſacerdotem, ſed ad abſoluendum neceſſariam eſſe ſacerdotis iuriſdictionem ordinariam vel delegatam ex iuribus ſupra relatis ex nouiſſima Tridentin. definitione dicta ſeſſione 14. cap. 1. 5. & 6. & eleganter canone 3. 9. & 10. & apertiſſimè ſeſſ. 23. c. 15. in quo omnes conueniunt vt conſtat ex præcedenti argumento.

Nec obſtat tertium quia veriſſima eſt ſuperior propoſitio neminem in pœnitentiæ ſacramento miniſtrum eſſe, niſi ſacerdotem cum poteſtate ordinaria, vel delegata vt reſolutum eſt ad primum, ordinaria eſt quam habet parrochus Epiſcopus vel Pontifex, delegata quæ committitur ſacerdoti idoneo ab Epiſcopo vel Pontifice maximo vt quotidie fit in indulgentia vel in iubilæo, vel in cruciata, ab hac receptiſſima ſententia dependet alia ſuperius explicata abſque proprij licentia neminem poſſe confeſſorem eligere etiam doctiſſimum non ſolum in confeſſione neceſſaria, ſed etiam neque in voluntaria vt diximus ad primum.

28. Abs qua regula excipiuntur quinque caſus doctiſſimè explicati à Diu. Thom. Soto, M. & B. Ledeſma, & aliis ſupra, inter quos vnus eſt, quando inſtat mortis periculum, tunc enim quicunque ſacerdos licet non ſit parrochus, nec ab Epiſcopo expoſitus poteſtatem habet à iure conceſſam abſoluendi in illo articulo laborantem, à quibuſcunque peccatis etiam grauiſſimis Pontificique maximo reſeruatis, imo à quacunque excommunicatione, textus in dicto cap. Paſtoralis §. præterea de officio ordin. c. non eſt vobis de ſponſal. c. eos qui de ſententia excommunic. in 6. cum allegatis à Felino in dicto c. Paſtoralis num. 12. & ab allegandis, adeo quod etiam ſi ſacerdos ſit excommunicatus depoſitus vel irregularis eadem vtitur poteſtate, quin imo etiam hæreticus vt aduertit glos. verbo baptiſmum in dicto c. non eſt vobis Palud. Maior. in 4. diſtinctione 18. defenditque elegantiſſimè Canone de pœnit. parte 5. & defendi poſſe affirmat Couar. in c. alma mater 1. part. §. 6. n. 8 probabiliorémque eſſe B. Ledeſma de confeſſ. difficult. 23. quia Dei Clementia ſemper maiori neceſſitati conſuluit, inde baptiſmi in neceſſitate miniſter eſt hæreticus, & infidelis vt diximus de baptiſmo, ergo idem in pœnitentiæ ſacramento erit obſeruandum.

Contrarium tamen multis probant argumentis relati à Couar. Soto, Cano & Ledeſma, & inde contra illam glos. ita affirmant omnes in dicto cap. non eſt vobis dicentes communiter reprobari. Cæterum cum prior magis pia, & benigna ſit, eam ſequi ratio poſtulat vnde ſupereſt in mortis articulo quemcunque ſacerdotem poteſtatem habere abſoluendi

Digitized by Google

à peccatis etiam grauiſſimis, & reſeruatis, ita definitum eſt Tridentin. dicta ſeſſione 14. cap. 7. in fine & ita obſeruandum eſt cum conſideratione neceſſarium eſſe mortis periculum, iuxta iudicium, & rationem hominis prudentis, & ſucceſſus frequentes, quoniam non omne periculum ſufficit ſed illud ex quo magis frequenter mors ſuccedere poteſt vt in bello, vel tempeſtate maris, non tamen in mari tranquillo, nec in publicis agitationibus taurorum, & haſtiludij, & ſimilibus quamuis & mors ex illis plerunque contingat, illud tamen perſpicuum eſt eum qui in illo periculo abſolutus eſt ab excommunicatione extra iuriſdictionem abſque iudicis authoritate debere cum primum potuerit ad proprium iudicem accedere pro legitima abſolutione, alias ipſo iure in eadem inuoluitur, textus in dicto cap. eos qui ibi communis, & B. Ledeſma & alios ſupra. Vltimo qui in illo articulo à ſimplici ſacerdote à peccatis abſoluitur præcepto confeſſionis ſatisfecit, dum tamen proprio denunciet, ita conueniunt omnes.

29. Alius caſus eſt quando pœnitens ſine parochi licentia eligit confeſſorem habentem Pontificis priuillegium, fuit enim grandis diſputatio an confeſſio facta fratribus, vel religioſis priuillegium habentibus ſine parochi licentia eſſet legitima, & non eſſe Argumentum eſt textus in dicto cap. Omnis vtriuſque & ſuperior propoſitio, & Clement. 1. de priuilleg. Clement. 2. de pœnitent. gloſ. verb. (alieno) in dicto cap. omnis rationem aſſignat, quod illud priuillegium efficit confeſſorem eſſe doctum, & approbatum, hoc tamen non excuſat parochi licentiam ſicut hodie veriſſima eſt in expoſitis, vel approbatis ab Epiſcopo, & ita plures ſequuntur, contrarium tamen probatur, quia cum de Pontificis Poteſtate dubitari non poſſit vt hodie affirmandum eſt in habentibus cruciatam, & conſtat Pontificem in Eccleſiæ vtilitatem aliquibus religioſis conceſſiſſe. Clementina Dudum de ſepulturis, extrauagante, vices eorum, de tregua, & pace, extrauagante inter cunctas de priuillegiis, inter omnes conſequitur legitimam eſſe confeſſionem, & inde nec iterandam eſſe. Vnde obſeruandum eſt ſanctiſſimum, & vtiliſſimum fuiſſe aliquibus religioſis ita indulſiſſe pro Eccleſiæ, & pœnitentium vtilitate, & conſolatione, & parrochorum beneficio, & leuamine, & inde damnandam eſſe glos. illam. Vnde hodie ſi Epiſcopus expoſitis, & approbatis quibuſdam indulſiſſe poſſe pœnitentes audire ſine proprij licentia non eſſe neceſſaria parrochi, ergo à fortiori in Pontifice, & ita veriorem eſſe dicunt Soto, B. Ledeſma, Petrus Gregor. & alij ſupra, quare ita tenendum eſt quandiu contrarium non fuerit determinatum.

Vltimo aduertendum eſt, ex ſupe- 30.
rioribus parrochum impeditum non poſſe vices ſuas committere ſacerdoti, qui non fuerit parrochus, vel ab Epiſcopo expoſitus, quod iure communi probatur ex dicto cap. omnis cum aliis, hodie tamen apertè definitum eſt Tridentin. dicta ſeſſione 23. cap. 15. vbi nemo poteſt confeſſiones

Digitized by Google

audire niſi parrochus aut ab Epiſcopo expoſitus, & ita obſeruandum eſt, abſoluitúrque quintum.

31. Ad ſextum de effectu, & fructu huius ſacramenti diſputant, non omne peccatum pœnitentia deleri. Primo Machabæorum 2. c. 9. vbi Antiochus (lachrymis, & gemitibus peccatorum veniam impetrare non potuit.) Secundo, Pauli ad Hebræos 12. (Eſau non conuenit locum pœnitentiæ.) Tertio Ioannis 1. canonica cap. 5. (eſt peccatum ad mortem non dico vt quis oret pro eo.) Quarto, Matth. 12. ſcribitur (peccatum irremiſſibile.)

Contrarium verius eſt, & de fide tenendum, omne mortale peccatum poſſe pœnitentia deleri, & eius ſacramento veram peccatorem abſolutionem conſequi, Deo reconciliari gratiam recuperare, recuperatam augeri, pœnam æternam temporaria commutari, & temporariam minui, & tolli, liberúmque ſublatis impedimentis, ad cæli ianuam aſcenſum promereri, ita ex authoritatibus relatis in principio huius ſacramenti & cap. Reſuſcitatus 53. cap. ecce 39. cap. multiplex 49. cap. verbum 51. cap. quantuſlibet 35. cap. ſi agamus 66. de pœnitent. diſtinctione 1. cap. ſepties 23. cap. Totam. 24. cum ſequentibus de pœnitent. diſtinctione 3. in dicto cap. 1. §. vna cap. ad abolendam de hæretic. cap. omnis de pœnitent. Clementin. 1. de priuilleg. ibi omnes Diuus Thomas 3. part. quæſtione 66. articul. 1. cum ſequentibus, & in 4. diſtinctione 16. Soto diſtinctione 5. quæſtione 1. articulo 1. cum ſequentibus. M. Ledeſma quæſt. 25. Ricardus art. 18. B. Ledeſma de pœnitentia difficult. 13. cum ſequentibus. Oſius cap. 45. Caniſius art. 2. Cucus num. 225. & ita iam definitum eſt Tridēt. dicta. ſeſſ. 14. c. 3. & 2. vbi explicat eſſe ſecundam tabulam poſt naufragium.

Nec obſtant in contrarium adducta, primum quia omnes reſpondent Theologi, & Pontificij non eſſe defectum in pœnitentia, ſed in pœnitente, & ita Antiochus lachrymis, & gemitibus non petebat miſericordiã propter Deum offenſum cum ſatisfactionis propoſito, & emendationis liberalitate, ſed dolebat de præteritis propter imminentem corporis dolorem, iccirco veniam impetrare nòn meruit. ita omnes conueniunt.

Nec obſtat, ſecundum quoniam reſpondent omnes eadem ratione diſſolui, agnoſcunt enim Eſau non fuiſſe verè pœnitentem, imo vindictæ cupidum cum diceret, (veniet dies luctus Patris mei, & occidam Iacob. &c.) & inde non erat defectus in pœnitentia, quæ licet ante Chriſti paſſionem non fuerit verè ſacramentum, fuit tamẽ apud omnes gentes egregia virtus, & ad conſequendam veniam ſufficiens, & ſic ſufficeret eidem Eſau ſi verè pœniteret, ita placet omnibus ſupra.

Nec obſtat tertium licet enim difficillimum ſit, vt ex Diu. Thom. & aliis conſtat, nouemque interpretationes refert Sotus dicto art. 1. & ibi Palatios. M. & B. Ledeſma & Ricard. vbi ſupra Turrecrem. & Belarm in c. ſi ſacerdos de pœnitentia d. 1. illa verba Ioa. (eſt peccatum ad mortem, nõ dico vt quis oret pro eo) intelligunt

dolor eſt paſſio ſenſus, ergo contritio non benè definitur per dolorem.

Secundo dolor eſt de his quæ nobis dolentibus accidunt vt ex Auguſtin. & aliis probatur, ſed peccata de quibus dolemus ſunt voluntaria, ergo non rectè contritio explicatur per dolorem.

Tertio contritio cordis à Deo proficiſcitur Pſalm. (Cor mundum crea in me Deus.) Euãgelio, Nemo poteſt venire ad me, ni pater traxerit ipſum, ergo non rectè contritio ad nos refertur.

Quarto contritio effectum non habet abſque confeſſione, & ſatisfactione cap. non poteſt. 38. c. ecce 39. cum ſequentibus de pœnit. d. 1. c. 1. de pœnit. d. 6. c. omnis vtriuſque. de pœnit. & remiſſ. ergo inutilis eſt contritionis definitio. Quibus non obſtantibus ſuperior definitio rectè defenditur, & probatur ex authoritatibus relatis in principio huius ſacramenti ad primum & ſecundum, & ab omnibus relatis ſupra.

55. Nec obſtant in contrarium adducta, ad quorum explicationem aduertendum eſt & obſeruandum, primo quod licet pœnitentia ſplendida virtus fuerit apud omnes vbique nationes & in ipſa naturæ lege, veteres tamen illius pœnitentiæ partes ignorauerunt, nec contritionis vim, & virtutem integrè perceperunt, de qua ęgregiæ ſunt authoritates relatæ ad primum & ſecundum maximè Hieremiæ 6. Iſaiæ 61. Pſalm. 4. 12. & 50. Ioan. 5. & 8. Florent. de ſacram. pœnitentiæ, & Colonienſe de eodem. Trident. ſeſſ. 6. de iuſtificatione c. 14. & dicta ſeſſ. 14. c. 4. & canone 5. & dicto c. 1. cum 36. ſequentibus de pœnit. d. 1. & c. 1. cum ſequent. de pœnitentia d. 3.

Secundo obſeruandum eſt quod ſicut peccatum ſui natura voluntarium eſſe debet, & inde non eſt peccatum ſi non eſt voluntarium, vnde liberantur infantes, dormientes, furioſi, vel amentes ita contritio debet eſſe voluntaria, nec erit contritio niſi à voluntatis intellectione oriatur, & ita intelligenda ſunt omnia iura ſuperius allegata.

His ita conſtitutis vt ad argumenta reſpondeamus non obſtat primum quia eſt obſeruandum contritionem propriè, & eſſentialiter non eſſe dolorem, ſed peccatorum deteſtationem, quæ eſt in voluntate vt apertè deprehenditur ex iuribus ſupra allegatis, cæterum quia ex illa contritione, & deteſtatione ſemper naſcitur dolor, qui eſt paſſio ſenſus, quæ ſui natura non eſt virtus, ſed cum ex voluntatis electione prodita ſit virtus eſt. Dicitur contritio (dolor) quia cauſat dolorem, ſicut enim ex voluntate, amor eſt immediatè, & ex amore delectatio, quæ ad voluntatem refertur non tamen immediatè, ſed mediante amore, ita contritio eſt deteſtatio, & ex deteſtatione naſcitur dolor, & ita contritio mediante deteſtatione, & triſtitia cauſat dolorem, & doloris quantitate, & menſura melior eſt cõtritio. c. Medicina 75. cum ſequentibus c. iudicet 84. cap. menſura 85. de pœnit. d. 1. c. ſepties 23. c. totam 24. c. ille 25. c. illud 26. de pœnit. d. 3. & ita intelligunt illud pſalmi 12. (& dolorem in corde meo per diem, vt infra latius, & ea ratione beati dicuntur

Digitized by Google

hora ingemueret &c.) Hieremiæ 33. c. ponderit 15. 50. d. ſed in hora, vel breui temporis ſpatio tot habere deteſtationes, quot habuerit peccata quaſi impoſſibile foret, ergo vnicam ſufficere benignior ſententia eſt, eaque communior ſecūdum Maiorem. Ricard. & relatos à B. Ledeſm. & Palatio, Nau. c. 1. num. 25. Cuco de pœnit. num. 14. & Batthol. Medina 1. 2. quæſt. 113. art. 5. vbi latè diſputat & reſoluit.

Nec obſtant contrariæ partis fundamenta, quia ad confeſſionis ſacramentalis integritatem ſingula cū circunſtantiis neceſſe eſt. dicto c. conſideret cum aliis infra de confeſſione explicandis, ad contritionis tamen formam, & ſubſtantiam ſufficit omnia peccata propter Deum offenſum deteſtare, & de omnibus dolere, cum propoſito vitæ in melius mutandæ. Cæterum perfectior contritio erit ſi per tempus licuerit ſingula exquirere & deteſtari de ſinguliſque dolere, itaque de neceſſitate contritionis vnica ſufficiet, de perfectione tot deteſtationes meliores erunt. abſoluiturque primum.

40. Secundo quotuplex eſt ab omnibus receptum fuerat, hodiéque expreſsè definitum Trid. dicta ſeſſ. 14. c. 4. eſſe duplicem, perfectam, & imperfectam. Perfecta idem cōtritionis nomen retinet, imperfecta vocatur attritio, de vtriuſque ſignificatione latè diſputāt D. Tho. Soto, Palatios, Victoria, Ricardus, M. & B. Ledeſma, explicat Oſius Canitius & Sonnius vbi ſupra.

41. Diuerſas inde inter vtranque differentias conſtituunt, quas nouiores ad quinque redigunt maximè Soto, Palatios, B. Ledeſma difficult. 3. Cano. in relatione de pœnit. 3. part.

Prior eſt, Contritionem oriri ex ipſius Dei offenſa, & inde deteſtationem eſſe propter Dei offenſam Pſalmo 50. (tibi ſoli peccaui &c.) dicto c. totam. cum aliis ſupra, attritionem autem propter æternas vel temporales pœnas, vel turpitudinis cogitationem.

Secunda quod contritio naſcitur ex amore filiali, ſed attritio ex amore ſeruili vel potius timore.

Tertia inde contritio fit ex auxilio diuino ſupernaturali liberum arbitrium præueniente, & gratiam infundente. Attritio autem cum non ſit vltima diſpoſitio ad gratiam iuribus naturalibus creari poteſt vt placuit Soto, Cano. & aliis. Cæterum grandem includit difficultatem ſiquidem in Trident. dicta ſeſſ. 14. c. 4. definitum eſt, eſſe donum Dei, & Spiritus ſancti impulſum, quod qua ratione accipiendum ſit ſtatim explicabimus.

Quarta differentia eſt ex ſuperioribus contritionem abſque ſacramento actuali cum tamen in voto ſit hominem in gratia conſtituere, vt tertio probauimus, attritionem verò extra ſacramentum non conſtituere in gratia.

Quinta inde dependet, quod contritionis actus ſemper eſt, qui gratia & charitate formatus eſt, attritio verò poteſt eſſe actus informis. De omnibus differentiis latè diſputant ſuperius allegati, ad nos pertinet tertiam hic explicare, & quartam ſtatim. Vnde conſiderata illius tertiæ differentiæ difficultate attritionem, quæ eſt donum Dei, & Spiritus ſancti impul-

ſus peccandi voluntatem excludens, veniámque ſperans cum ſacramento in re ex Trid. ad iuſtificandum peccatorem ita arbitror neceſſarium, vt ſi aliqua ex parte deficiat non erit ſufficiens ad iuſtificandum quãuis ignoret pœnitens inuincibiliter diſpoſitionis inſufficientiam. Vnde cõſequitur neceſſarium eſſe Dei auxilium ſaltẽ mouens. Vnde attritio viribus naturalibus elicita de per ſe etiam cum ſacramento ſine Dei auxilio nõ ſufficiet ad iuſtificandum, ita nec Deum diligere abſque ſpeciali Dei auxilio non poſſumus, vt docet Medina 1.2. qu. 109. art.3. nec æternas pœnas timere cum propoſito fugiendi eas ſine ſpeciali Dei auxilio. B. Ledeſma de partibus pœnit. difficult.3.ſoluiturq; ſecundũ.

42. Ad tertium quem effectum habeat. Huius difficultatis reſolutio deprehẽditur ex 4.& 5.contritionis differentia proximè relata, nempè perfecta cõtritione hominẽ in gratia conſtitui abſq; reali ſacramento, ſufficit enim eſſe in voto, idémq; ex attritione cum actuali ſacramento, inde ſequuntur omnes effectus,& fructus relati ſupra ad ſextũ articulum, ſed pro contritionis effectu obſeruandum eſt 1. contritionem eſſe de culpa, id eſt de malo culpæ non de malo pœnę. Secundo contritionẽ non referri ad originale, ſed ad actuale peccatum. Tertio contritione deteſtanda eſſe omnia actualia, venialia, & mortalia. Quarto cum primũ peccator totũ, quod in ſe eſt, pro deteſtatione fecerit, gratiã recipit, quando autem totum, quod in ſe eſt feciſſe dicetur difficile eſt. Vnde Quinto perfectè contritum totum feciſſe clarum eſt. Sexto iuxta Trid. formam attritum idem feciſſe piè credendum eſt. Septimo an quod in ſe eſt feciſſe dicetur is cui dolet non perfectè pœnitere vel dolere difficile, eſt iuxta ſuperiorẽ diſputationẽ de attritione ad iuſtificandũ neceſſaria, ſed pro peccatorũ ſolatio elegãs eſt D. Tho.& aliorum ſententia communiter recepta ſecundũ Nau. dicto c.1.n.22.in Manu. eũ qui ita pœnituerit rectè ad ſacramẽtum accedere, gratiámq; cõſequi, ſed ne quod pro ſolatio docuerunt in animarũ periculum conuertatur ſciẽdum eſt B. Medina in inſtructione confeſſorum lib.2.c.10. in fine intel ligere obtinere cũ attritione formali, & aduertendũ eſſe pœnitentẽ non eſſe in ſufficienti diſpoſitione, ſed virtute ſacramenti attritionẽ ad gratiã ſufficere, & eodẽ modo interpretatur inſtructorium conſcientiæ 1.p.cap.14. Nau. referens & ita explicãs, quoniam ſi aliquis pœniteret nõ poſſe rectè pœnitere voluntate deliberata excludẽdi peccatũ inutilis eſſet ille dolor, & inſufficiens. Quare conſiderata Trid. definitione ſuperius explicata dixerim eum cui dolet non perfectè dolere cũ voluntate excludẽdi peccatum, & ſpe venię facere, quod in ſe eſt, & inde gratiã conſequi poſſe, quãuis dolor nõ ſit maximus. Hactenus de contritione de qua D. Tho.& alij ſupra relati latè diſputant, & nos diximus in principio de pœnitenti.

Sequitur de confeſſione de qua tria ſunt inquirenda. Primum quo iure confeſſio obliget, & quem habeat effectum Secũdo quæ de neceſſitate confeſsionis partes requirantur. Tertio quando confeſsio iterari debeat.

Ad primum de confeſsionis præcepto diſputatur à c. non poteſt 38. cum 43.

ſequētibus d.1.c.1.de pœnit.d.5.c.omnis vtriuſq; de pœnit. & remiſſ. Vnde gloſ.in ſumma de pœnit.d.5. quatuor refert opiniones, de quibus diſputant ibi Doctores,& infra allegādi,ſed omnes facilè improbātur,quia nec à lege naturæ,nec à B Iacob. nec ab Eccleſię traditione inſtituta fuit confeſsio ſacramentalis,ſed ab ipſo Chriſto,Ioan. 20. (Accipite Spiritu ſanctum,quorū remiſeritis peccata &c.)pœnit.10. ca. adhuc 37.de pœnit. d. 3. Flor. & Trid. dicta ſeſſ.14.c.5.& canone 3.&6.&à B. Iacobo promulgata c.5.ſuæ Epiſtolæ. (Confitemini alterutrum peccata veſtra)c.fi. de pœnit.d.1. licet enim Beatus Iacob.non eſſet totius orbis Epiſcopus, erat tamen in vniuerſo orbe à Chriſto delegatus vt Matth.28.& aliis probauimus ſupra,& ita Chriſti inſtitutionem vniuerſalē promulgauit, & obſeruata fuit Actuū Apoſt.c.19 & ita à Chriſto inſtitutā fuiſſe Catholica eſt propoſitio, & in dictis Conciliis definita,& explicata Diu.Tho.in additionibus ad 3.part.q.6. art.1. & 2.cum ſequentibus,& in 4.d.17. & 18. vbi Soto q.2 art.1.cum ſequētibus latiſsimè ibi Palat.Victor.n.110 M.Ledeſm.à q.35. Ricard.art.5.Oſius c.47.Caniſius art. 5.Sonn.c.7.B.Ledeſm. de confeſsione difficult.1. Nau.c.2. Cucus de pœnit. 16.Petrus Greg. lib.2.c.8.& inde omnes cōfiteri neceſſe eſt,neceſsitatis tamen maximo cu fructu vt ſatis explicatum eſt de contritione, & de pœnitentiæ effectu.

44. Ex quibus obſeruandū eſt,1.confeſſionem in voto,quæ includitur ſub legitima cōtritione plerunq; remiſsionē peccatorū eſſe, & gratiam habere.

45. Secundo accedente confeſsione in re & abſolutione cōtritis gratiam augere,& cōfirmare, attritis autem gratiam primam conferre.

Tertio confeſſionem cum legitima abſolutione à culpa liberare,& à pœna æterna & temporali, quia & poteſtate clauium illud operatur,& ex opere operato remittit partem pœnæ in purgatorio ſoluendæ, quod ſi paticularia fuerit, in totum tollit eam. 46.

Ex his etiam apertè conſtat,in quāto errore fuerāt gloſſæ, & communes Pontificiæ gloſ. 2. in c.1.gloſ.2 in c. agite 44.gloſ.1. in c.fin.de pœnit. d. 1. gloſ. in dicta ſumma de pœnit.d.5.cōmunis relata ab Abbat.in dicto c.omnis n. 18.Alciato 1.lectura in principio opinantes confeſsionis obligationem à iure poſitiuo inſtitutam fuiſſe, & in dicta ſumma dixerat eſſe de conſilio, vnde iure optimo improbatæ fuerant vt retulerat Nauar.c.2. n. 2. Couar. in c. alma mater 1. part. §. 1. à n.5. Soto & nouioribus ſupra hodie tamen abſque diſputatione definitū eſt eſſe ab ipſo Chriſto inſtitutam Trid. ſeſſ.7.de ſacram. canone 1. & ſeſſ. 14. dicto c.5. 6.&7. canone 3. & 6. ex illis etiā fuerant in alio errore Græcos ad confeſſionem nòn obligari de quibus meminit textus in dicto c. fin. de pœnit. d. 1.& gloſ. vt ſupra diximus in vtroque errauerat,quia licet multis abhinc annis nēpè à Nectario Epiſcopo Diui Chriſoſt. prædeceſſore,qui cōfeſsionē vocalē in illis partibus ſubſtulit vt refert Nicephor. hiſtoriæ Eccleſiaſticæ lib.12 c.28. in illo errore fuerat maior Gręcoru pars,nō tamē omnes vt affirmāt Ricard.&alij ſupra.Cęterum cu à Chriſto fuerit inſtituta Græcos cōprehēdi conſequēs eſt neceſſariū & ita ex 47.

Trident. definitione ſecurè tenendum eſt. hactenus de 1.

48. Secundo quæ ſint in confeſſione partes neceſſariæ à Diu. Thom. & aliis ſupra plures coniunguntur ad cõfeſſionis perfectionem in ſumma autem cõfeſſio eſt vera omnium peccatorum accuſatio proprio ſacerdoti facta, ad conſequendam ſacramentalem illorum abſolutionem, ita ex dicto. c. omnis vtriuſque, & alij ſupra, & optimè ex Trident. dicto c. 5. colligitur.

49. Ex qua traditione primo conſtituẽdum eſt ad confeſſionis neceſſitatem pertinere omnia peccata Mortalia cũ neceſſariis circunſtantiis ſigillatim confiteri, & ratione, & lege inſtitutum fuiſſe: itaque probatur per multas authoritates c. 1. ibi gloſ. & commun. in dicto c. 1. de pœnit. d 5. & à dicto cap. Non poteſt 38. vſque ad c. fin. de pœnit. d. 1. c. Deus qui c. omnis verſiculo. ſacerdos de pœnit. & remiſſ. Argumento textus in c. ſicut dignũ de homicidio & eleganter Trident. dicta, ſeſſ. 14. canone 7. & omnes relati, & referendi.

50. Ad cuius cognitionem imprimis ſciendum eſt ita omnia mortalia explicanda eſſe vt vera pro veris, certa pro certis, dubia pro dubiis proferantur, quia mendacium confeſſionis dignitati inimicum eſt, & animæ præiudiciale, interdum etiam in venialibus, iccirco trium propoſitionum meminiſſe iuuabit.

51. Prior eſt negare mortale, quod cõmiſerat, vel affirmare quod non commiſerat ſciẽter mortale peccatum eſſe, grauéque ſacrilegium, quia mentitur in re graui & in iudicio ſacramentali, negandóque accedit fictus, affirmando autem falſam materiam ſacramento abſolutionis præſtat.

Secũda negare vel tacere quod credidit eſſe mortale eadẽ ratione mortale erit, quia certa pro certis, dubia pro dubiis proferre neceſſe eſt, quod intelligere oportet de veriſimili credulitate, non de leui ſuſpicione iuxta elegãs textus reſponſum in c. inquiſitioni de ſententia excommunicationis. 52.

Tertia negare peccatum veniale, licet à principio illud confiteri intendiſſet ſui natura non eſt mortale, poſſet tamen mortale fieri duplici in ſpecie. Altera eſt quando eſſet ſola abſolutionis materia, altera quando ex veniali negato poſſet directè intelligi, pœnitẽtis ſtatus ex illa negatione cõfunditur, vel inuoluitur iuxta probabiliores nouiſſimorum traditiones. 53.

Secundo conſtituo ad confeſſionis ſacramentalis integritatem pertinere peccata cõfiteri proprio ſacerdoti, alias nulla eſſet confeſſio, & abſolutio ex iuriſdictionis defectu vt conſtat ex receptiſſima omnium traditione, & Trident. dicta ſeſſ. 14. c. 1. 5. & 6. quis autem proprius dicatur, & quibus in caſibus iam latè diſputatum eſt ſupra ad quintum de miniſtro pœnitent. 54.

Tertio conſtituo ad confeſsionis integritatem ſpectare omnia mortalia iuxta veram quantitatem proferre ratio ex eiſdem iuribus apertè deprehenditur, quia pœnitentia, & ſatisfactio à ſacerdote iuxta quantitatis, & qualitatis criminum conſideratione vt imponatur ius eſt. eaq; ratione pœnitẽtias arbitrarias eſſe receptũ iã eſt, ergo vt prudẽter, & doctè ſacerdos arbitrari poſſit pœnitẽtẽ crimina quãtitate, & qualitate exprimere oportet, 55.

Digitized by Google

eã qualitatẽ, circunſtãtiam vocamus, & ita obtinet textus in dicto cap. conſideret 1. de pœnit. d. 1. c. omnis dicto c. dignum de homicidio cap. eleganter Trid. dicta ſeſſ. 14. c. 5. & canone 7.

56. Vnde longior de circunſtantiis diſputatio orta eſt, nouiſſiméque pluribus concluſionibus eam confundunt, vnde magis congruè circunſtantiæ diuiduntur in tres gradus, Prior eſt de impertinentibus. Secundus de minuentibus. Tertius de augentibus.

57. In priori facilis eſt reſolutio impertinentes non referri ad integritatem nec in eis obtineri Trident. definitionem nec congruè in illis verificari.

58. In Secundo de minuentibus tres ſpecies, minuentes omnino, vel in partem, vel excuſantes minuentes omnino de neceſſitate exprimendas eſſe in confeſſione apertè probatur ex eiſdem iuribus, quia vt diximus proximè in obſeruatione de mendacio, mortali eſſe in confeſſione affirmare mortale, quod non commiſimus, quia in Quadrageſima carnes comedere mortale, ſi ex neceſſitate & iuris forma non eſt mortale, ergo circunſtantiam exprimere neceſſe eſt, alioquin mendacium eſſet mortale, & ita illa iura, & Trident. intelligi neceſſe eſt. Tertio circunſtantia nec pro toto nec pro parte minuens, ſed excuſans, nempe adulteros in fraganti delicto occidere ſemper mortale eſt, ſed iuſto dolore, quo lex præſumit non potuiſſe ſe abſtinere maritum in l. Græcus C. ad C. Iuliam de adulteriis excuſatur aliquo modo ita etiam mulier, quæ libidini conſentit neceſſitate mortis, vel paupertatis oppreſſa mortaliter peccabit, ſed neceſſitatis excuſationem habet, inde diſputatur an circunſtantia ita excuſans in confeſſione exprimi debeat, & opiniones Doctiſſimi, & nouiſſimi diuiduntur vt conſtat ex Nauar. Soto, B. Ledeſma &c. Inſtructorio ſupra relatis probabiliſque vtraque eſt. Mihi autem probabilior vt peccatum in quantitate, & qualitate exprimatur iuxta ſuperiorem rationem, & ita cum circunſtantia excuſante vt certa pro certis, & dubia pro dubiis ſacerdos arbitretur, hactenus de minuentibus.

Tertio, vltimus gradus eſt de augentibus, tres etiam ſpecies comprehendens, & prior eſt de circunſtantiis, quæ nouam actionem conſtituunt, actumque ſui natura laudabilẽ mortalem efficiunt vt Eleemoſynam dare propter malum finem vt in caſu cap. Non omnis 5. quæſt. 5. gloſ. in c. duæ ſunt 45. d. vel in acceſſu matrimoniali ſui natura licito, propter locum ſacrum illicito eamque in confeſſione exprimendam eſſe receptum eſt à Victor. Soto, Cano. & aliis ſupra in quo nulla diſputatio imo nec dubitatio, quia illa appellari non poteſt circunſtantia ſed ipſummet peccatum, quia Eleemoſynam dare charitas eſt, & virtus, tantum abeſt vt ſit peccatum, circunſtantia eſt accidens illius actus, ergo eſt ipſe actus peccatum commiſſum in malo fine. 59.

Secunda eſt quæ auget in infinitum ſecundum Theol. vel mutat ſpeciem ſecundum noſtros nempe quando circunſtantia ſpeciali repugnat præcepto, vt in homicidio, quod mortale eſt contra quintum præceptum, ſed in

parente, vel prælato repugnat. Quarto præcepto ita in fornicatione, quia de ſe mortalis eſt, ſed cum coniugata adulterium, cum coniuncta inceſtus, ita de aliis huiuſmodi circunſtantiis exprimere in confeſſione neceſſe eſt ex dictis iuribus. & Trident. eiuſque omiſſionem minuere, irritareque cõfeſſionem omnes affirmant niſi in aliquot caſibus ſtatim exprimendis.

Tertia, ſpecies eſt quando circunſtantia auget peccatum ſed non in infinitum quia non mutat ſpeciem, ſed intra eandem nobiliter auget vt furtum in magna quantitate vel temporis perſeuerantia in peccato, & non eſſe confitendam eam circunſtantiam probatur ex eo, quod non mutat ſpeciem, ita Thom. in 4. d 16. & 32. communiter receptus ſecundum Nauar. & Ioan. Medinam de confeſſione q. 9. probatúrque Trident. dicta ſeſſ. 14. c. 5. & can. 7. vbi mutantem dumtaxat ſpeciem exprimere neceſſe eſt. Contrarium tamen probatur ex dicto c. 1. de pœnit. d. 5. vbi etiam grauantes confitendas eſſe probatur, placuitque pluribus, imo hodie maiori Theologorum parti Victor. Soto, Cano M. & B. Ledeſma de confeſſione difficult. 10. vbi ſex rationibus hoc affirmat Inſtructorium 1. part. c 29. vbi dicunt D. Thomam ſi tertiæ parti vltimam manum impoſuiſſet à priori opinione receſſiſſe. Nec obſtat Trid. argumentum, quia non conſequitur. in Trident. non præcipitur, ergo non eſt neceſſarium ſiquidem ibi definitum eſt quod magis pertinet ad arcendas opiniones hæreticas, & ſcandaloſas, multa vero diſpoſitioni iuris relinquuntur, & dicto c. 5. can. 7. mutantes ſpeciem omnino confiteri docemur, non tamen grauantes notabiliter tacendas eſſe diſponitur, idcirco eas in confeſſione exprimere ſecurius, & probabilius eſt iuxta nouiſſimam ſententiam.

Ex quibus omnibus. Primo deducitur circunſtantiam loci exprimendam eſſe ex d. c. 1. quia & notabiliter grauatur, & in ſacrilegij ſpeciem conuertitur, quinimo peccatum principale eſt omnino confitendum nempe in effuſione ſeminis in Eccleſia facta non ſolum in actu fornicario, ſed in matrimoniali etiam confitenda eſt, vt colligitur ex glos. verbo oportuno in c. quoniam 32. d. & verbo ſemine in c. 1. de conſecr. Eccleſiæ, vel altaris lib. 6. magis receptum eſt reprobata gloſſa contrarium firmante verbo, ſemine in c. in Eccleſiis primo de conſecr. d. 1. ſecundum relatos à Couar. in 4. 2. part. c. 7. §. 2. num. 3. à B. Ledeſma & Inſtructorio, ſed in matrimoniali non erat peccatum, & loci ratione peccatum eſt, & ita omnino confitendum, ita diſtinguendæ ſunt circunſtantiæ à peccatis. 60.

Secundo deducitur circunſtantiam exprimendam eſſe etiamſi exprimatur. Tertia perſona cum aliquo ipſius periculo ex dicto c. 1. de pœnit. d. 5. vbi omnis peccati varietas exprimenda eſt. Secundo quia animæ ſuæ conſulere debet potius, quam alterius honori vel periculo. Tertio quia ſecretum etiam eſſe, qui magis prodeſſe vel obeſſe reuelari, argumento c. hoc videtur 22. quæſt. 5. vbi glos. verbo prodeſſe explicat quando reuelatur ſacerdoti ex his, & aliis docuit D. Thom. & communis ſecundum Nau. 61.

Digitized by Google

in c. 1. nu. 96 de pœnit. d. 5. Manual. c. 7. in principio & Abbas num. 2. Alciatus 1. lectura num. 3. Socinus num. 5. in dicto c. omnis vtriuſque ſexus.

Contrarium tamen multis probatur argumentis, quia ex eodem c. omnis ſua peccata confiteri neceſſe eſt non aliena. Vnde ſi tertiam perſonam explicando ipſi præiudicium irrogaret veriſimile ſecurius erit illam circunſtantiam vel peccatum pro opportunitate differre, quam proximum lædere vt latè probat Sotus d. 18. q. 2. art. 5. in ſolutione 4. dicens D. Thomam non probare priorem, & ſecundam veram eſſe probat B. Ledeſma de confeſſione difficult. 15. & ita tenendum eſt quando periculum eſt conſiderabile, & inde docuit Caiet. ab eiſdem receptus obtinere etiam ad ſuſcipiendum Euchariſtiæ ſacramentum, poterit enim alia peccata confiteri, & illud remittere pro opportunitate confeſſoris, in quo periculum ceſſet.

62. Tertio, ex eiſdem deducitur circunſtantiam occaſionis proximæ explicandam eſſe cum propoſito eam euitandi argumento c. negotium de pœnit. d. 5. vbi omnes laborant quæ dicatur proxima, quæ autem remota, quod difficile eſſe teſtatur Nau. in Man. c. 3. num. 5. Vnde nouiores plures conſtituunt propoſitiones, ſed verior eſt, quando in occaſione aliquis probauerit in mortale peccatum rui, nec poſſe ab illo abſtinere eſſe occaſionem proximam de neceſſitate exprimendam, & deteſtandam cum propoſito non exponendi ſeipſum illi periculo, inde Nau. plura deducit corolaria, de ſingulis tamen latiſſimè diſputat Inſtructorium 1. part. à c. 19. cum ſequentibus vbi vtiliſſimas conſtituit propoſitiones. Vnde cauendum eſt ab huiuſmodi occaſionibus, ex quibus cum de per ſe non ſint mortales facilè omnes decipimur.

Vltimo ex ſuperioribus deducitur maxima diſputatio de peccatis reſeruatis an eorum omiſſione confeſſio nulla ſit, peccatorũ enim reſeruationem nemo ex Catholicis negauit nec negare potuit c. ſi quis ſuadente 17. q. 4. c. 1. cum ſequentibus 26. quæſt. 6. c. latorem 32. quæſt. 2. c. ita quorundam de iudiciis c. conqueſti de ſententia excom. non ſolum in cenſura, ſed etiam in culpa, & abſolutione c. ſi Epiſcopus de pœnit. & remiſſ. lib. 6. Trident. dicta ſeſſ. 14. c. 7. & canone 11. Vnde prior diſputatio eſt quando pœnitens ſuperiorem adierit propter reſeruata an illa dumtaxat an & inferiora illi debeat confiteri, & ex dicto c. 1. dicto c. omnis vt integra ſit confeſſio omnia exprimenda eſſe magis probant Durandus, Adrianus, & Cano. 63.

Contrarium autem placuit Palud. Caiet. & Soto eſſe vtranque probabilem & quemlibet poſſe vtrique adhærere reſoluit B. Ledeſma de confeſſione difficult. 16. diſputat Inſtructorium 1. part. c. 32. mihi verior eſt prima opinio niſi prælatus eminentiſſimam haberet occupationem ſenectutis, infirmitatis, vel impedimenti ardui qua in ſpecie loquitur Soto.

Secunda diſputatio eſt ſi principio pœnitens confitetur inferiori an illi etiam reſeruata exprimere debeat, omneſque conueniunt etiam reſeruata illi exprimere oportere. 64

65. Inde ſuccedit Tertia, ſi ſuperior eſt abſens vel periculum fuerit in mora ſcandali vel infamiæ an poſſit à cæteris abſolui, & illa reſeruari ſuperiori pro temporis opportunitate, pro quo contra Durand. communior eſt, & probabilior ſententia poſſe à cæteris abſolui, & Euchariſtiam recipere relictis reſeruatis ſuperiori pro opportunitate confitendis, ita ſupra allegati in reſolutione conueniunt.

66. Tertio, quando iteranda confeſſio ſit ex ſuperioribus ſatis reſolutum eſt, ſi ex his quæ ad confeſſionis ſubſtantiam requiri diximus aliquid deficit, vel ex parte miniſtri, id eſt cõfeſſoris, vel ex parte pœnitentis, vel ex parte ipſius confeſſionis, confeſſionem nullam eſſe, & neceſſario iterandam, & repetendam vt omnes ſuprà allegati latiſſimè docuerunt.

67. Tertia, pœnitentiæ pars ſatisfactio eſt, de qua ſciendum eſt. Primo quid ſatisfactio, & in quibus rebus conſiſtat. Secundo an ab vno impoſita ab alio poſſit mutari. Tertio quis ſatisfacere poſſit & quando.

Primo repetendum eſt neque contritionem, nec formalem attritionem abſque Dono Dei, & Spiritus ſancti impulſu homines habere poſſe, vt ſupra diximus de contritione prima pœnitentiæ parte, inde homo ſecluſa Dei gratia per ſe Deo ſatisfacere non poſſet, etiam ſi peccatum non committeret, ſed in gratia reſpectu paſſionis Chriſti ſatisfactio ab illa paſſione vim accipiens, & pœnitentis merita Chriſti meritis commiſcens in ſacramento pœnitentiæ à ſacerdote coniuncta poteſt ſatisfacere pro peccatis, hoc eſt, pro pœna pro peccatis debita, nam vt elegantiſſimè docuit D. Thom. 3. part. quæſt. 86. art. 4. infra receptus remiſſionem culpæ, & pœnæ æternæ per gratiam operantem fieri, pœnæ autem temporalis per gratiam cooperantem, inde fit ſatisfactionem ſpontaneam, & voluntariam, id eſt, à ſacerdote non iniunctam, ſed ſponte ſuſceptam non eſſe de qua agimus, tertiam pœnitentiæ partem, ſed eſſe fructum virtutis pœnitentiæ de qua egimus in principio huius ſacramenti in eius definitione, quia in præſenti agimus de iniuncta à ſacerdote in ipſa abſolutione ſacramentali quatenus eſt ſpecies virtutis, iuſtitiæ, in qua ſignificatione variè definitur, & plures dicunt, quod eſt compenſatio iniuriæ Deo illatæ ad quandam æqualitatem iuſtitiæ cum propoſito cauendi in futurum, aliis placuit, quod ſatisfactio eſt peccatorum cauſas excidere, & eorum ſuggeſtionibus aditum non præbere ex c. 1. c. perfecta 40. cum multis ſequentibus de pœnit. diſtinctione 1. c. ſatisfactio c. perfecta 8. de pœnit. d. 3. c. omnis de pœnit. & remiſſ. Trident. dicta ſeſſ. 14. c. 8. & canone 12. & 15. Diu. Thom. in additionibus tertiæ partis quæſt. 12. cum ſequentibus, & in 4. vbi Soto diſtinctione 19. quæſt. 1. art. 3. cum ſequentibus Victor. num. 198. Oſio c. 48. Caniſio art. 7. Sonnio cap. 10. B. Ledeſma de ſatisfactione difficult. 2. B. Medin. in 3. partem quæſt. 1. articulo 2. omnes in dicto c. ſatisfactio & in c. omnis Nau. in Manu. c. 3. num. 1. & c. 26. num. 20. Cucus de pœnit. num. 213. Petrus Greg. lib. 2. cap. 8. num. 14.

Huius autem ſatisfactionis obie- 68.
ctum

Digitized by Google

ctum eſt peccatum,& eius pœnæ,ſubiectum eſt opus pœnale quatenus eſt priuatio boni vtilis vel delectabilis conſiſtitque potiſſimum in tribus,Ieiunio quo includitur omne opus afflictiuum corporis: Eleemoſyna qua includitur, quod tendit in proximi delectionem & charitatem: Oratione, qua includitur omne opus latriæ ideſt dilectionis, & reuerentiæ in Deum, quibus etiam comprehenditur opus interius contemplationis vel orationis mentalis,exteriores perſecutiones, & infirmitates, ita ex c. pro obeuntibus 21. c. animæ defunctorum c. tempus 13. quæſt. 2. c. 1. cum ſequentibus de pœnit. d. 1. & 3. probant ſupra relati,inde deducentes, quod licet aliqua pœnalia ſingulis peccatis propriè conueniant, vt auaris Eleemoſyna, incontinentibus Ieiunium, indeuotis Oratio,tamen poteſt ſacerdos pro vnius impedimento vel alia ex cauſa in aliud conuertere argumento c.1. & 2. c. ex multa cum ſequentibus,de voto c. ſicut dignum, de homicidio, & quocunque impletur ſatisfactio.

69. Vnde diſputant an ſi opus impeditum ſit alio præcepto impleatur eius ſatisfactio, & vno opere impleat duplex præceptum.plures ſunt opiniones, Prior eſt quod nõ.Secunda quod ſi præceptum eſſet diuinum vel naturale, quod impediret pœnitentiæ ſatisfactionem,ſi autem eſſet poſitiuum non impediret. Tertia quod opus liberum eſt ſatisfactorium de iuſtitia, ſed præcepto impeditum non eſt de iuſtitia ſed de miſericordia, & clementia Dei. Verior, & communior eſt ſacerdotem qui ſatisfactionem iniungit in dubio, non videri cogitaſſe de opere per aliud præceptum impedito, nec debere, ſi autem iniungat poſſe pœnitentem vno opere duobus præceptis ſatisfacere,& ita tenendum eſt vt ipſi reſoluunt, Soto & Ledeſma difficultate 8.

Vltimo inde deducunt an exiſtens 70. in peccato mortali poſſit ſatisfactionem adimplere & authoritate Pauli 1. ad Corinth. 13. videtur quod non, & poſt longam diſputationem eſt communior reſolutio. Primo ſatisfactionem ſpontaneam ideſt à ſacerdote non iniunctam in peccato mortali non ſatisfacere, ſacramentalem autem ſacerdotis præcepto ſatisfacere non tamen pœnam pro peccatis debitam exſoluere. Secundo ſi poſtea ad gratiam redierit, ſatisfactio ſi fuit ſpontanea non reuiuiſcit,ſi vero fuit ſacramentalis reuiuiſcit, licet non in eodem gradu,& quantitate,vt placuit Caiet. Cano, B. Ledeſma, difficult. 6.& 7. contra Sotum, & alios tenentes non conualeſcere,ſed prior verior, & benignior eſt de his operibus ſatisfactoriis, Trident. dicta ſeſſ. 14.c.9.& canone 11. & finali.

Ad Secundum an pœnitentia poſ- 71. ſit commutari, ſciendum varias fuiſſe opiniones an pœnitentiam à ſacerdote impoſitam acceptare neceſſe ſit;relictiſque Soti, Caietani, & aliorum negatiuis, verior eſt rationabilem acceptandam eſſe ſub pœna peccati mortalis nec aliter abſoluendum eſſe cum Diu. Thom. in 4. d. 20. q. 2. art. 2. ibidémque eleganter Soto, B. Ledeſma difficult. 10. contrariis reſpondente quidquid teneant Armila, & Nau. c. 26. n. 20.

72. Inde deſcendit an ſemel acceptata poſſit commutari. Reſolutio ſit ex rationabili cauſa poſſe commutari ab eodem ſacerdote vel eius defectu ab alio legitimo etiam ſi illi non exprimat peccatum pro quo fuerat impoſita, ſed exprimat pœnitentiam, & cauſam commutationis, quæ ſi non fuerit vrgens, debet induci pœnitens & hortari ad illius implementum vt latè explicant ſupra allegati & B. Ledeſma difficult. 12.

73. Ad Tertium diſputatur an ſatisfacere alter pro altero poſſit quia pugnant rationes, quia (anima quæ peccauerit ipſa morietur) & pœna ſuos debet tenere authores l. ſancimus C. de pœnis c. vt famæ de ſent. excomm. & è contra regula eſt, poteſt quis per alium quod poteſt per ſe ipſum, at in noſtra ſpecie ſatisfactio medicina eſt futuri peccati, & præteriti compenſatio vt diximus in definitione ſatisfactionis, & probatur in c. medicina c. medicamentum 75. & 76. de pœnit. d. 1. & inde quo ad futura alterum pro altero non ſatisfacit, ſicut alterius flagitio alterius corpus non coinquinatur, ſed quoad præterita quatenus eſt ſolutio pœnæ debitæ poteſt alter pro altero ſatisfacere ſi ille infirmus, vel mortuus fuerit, quod ita interpretandum eſt ſi vnus ſatisfaceret pro alio etiam viuo quia eſt in via merendi, & ſatisfaciendi, ſatisfactio eſt de iuſtitia, pro mortuo autem non eſt de iuſtitia quia ille iam eſt extra viam merendi, & ſatisfaciendi, ſed in modum ſuffragij ſi Deo placuerit vt acceptet ita D. Tho. in additionibus ad 3. partem quæſt. 13. art. 2. & in 4. cum omnibus ſupra relatis ad definitionem ſatisfactionis, B. Ledeſma difficult. 4. qui cum Soto, Cano, Pallatios, Ricardo eleganter explicat vulgi errorem, quatenus opinatur hæredum dillatione in ſoluendo defunctorum animas in purgatorio detineri, nam apertè illum conuincunt, quando defunctus fecerit quod in ſe eſt, ex dillatione enim non impediri verius eſt, impediri tamen ex dillatione ſuffragiorum, quæ ad purgationem pœnæ neceſſaria ſunt, & ita executores teſtamentorum admonendos eſſe vt illa cum primum poſſint adimpleant, ſoluitúrque Septimum, & totum Pœnitentiæ ſacramentum.

SEQVITVR EXPLICANDVM SACROSANCTVM EXTREMÆ VNCTIONIS Sacramentum.

Summarium ex cap. 6. de Sacramento extremæ Vnctionis.

1. *Sacramentum extremæ Vnctionis inſtitutum fuit vt virtus cœleſtis ap-*

plicaretur infirmis egredientibus de Eccleſia militanti ad triumphantem.

2. *Hoc ſacramentum à quo fuerit inſtitutum & promulgatum.*
3. *Extrema unctio quid eſt.*
4. *Non repugnat unum ſacramentum dici, & plures unctiones eſſe.*
5. *Materia huius ſacramenti quæ ſit.*
6. *Qua ratione oleum materia huius ſacramenti deſignet.*
7. *Sicut appellatione panis intelligitur triticus, & vini vitis ita appellatione olei, intelligitur de oliua.*
8. *Oleum in hoc ſacramento debet eſſe balſami commiſtione.*
9. *Oportet oleum ad hoc ſacramentum conſecrari ab Epiſcopo.*
10. *Oleum an ſit de neceſsitate ſacramenti conſecrandum.*
11. *Forma huius ſacramenti quæ ſit diſputatur.*
12. *Quare magis partibus deſignatis hoc ſacramentum applicatur quam cæteris.*
13. *An ſit de ſubſtantia huius ſacramenti unctionem applicare omnibus partibus.*
14. *Quis ſit miniſter huius ſacramenti.*
15. *Sacerdos taliter eſt miniſter huius ſacramenti ut ſi ab alio miniſtretur non eſt ſacramentum.*
16. *Simplex ſacerdos ex licentia anteriori, vel poſteriori proprij ſacerdotis poteſt eſſe miniſter huius ſacramenti.*
17. *Traditur intellectus cap. presbyteros 95. d. iuxta ſeriem Concilij Tridentini.*
18. *Vſus huius ſacramenti unde deſumatur.*
19. *Hoc ſacramentum infirmis morti proximis cum deuotione dandum eſt.*
20. *Amentibus, & furioſis à natiuitate non datur hoc ſacramentum nec pueris.*
21. *Adultis ab illo tempore, quo Euchariſtiam recipiunt poteſt conferri hoc ſacramentum.*
22. *Amittere hoc ſacramentum ex contemptu mortale peccatum eſt, ex negligentia verò non.*
23. *Hoc ſacramentum iterari poteſt, & an in eadem infirmitate.*
24. *Mirabilis eſt huius ſacramenti effectus, nam per eam ſanatur infirmus, & ſi in peccatis eſt ei remittuntur.*
25. *In quolibet peccato ſunt veſtigia peccati præteriti.*

Digitized by Google

26. *Sicut peccatum originale tollitur baptiſmo, ita mortale pœnitentia.*

27. *Sicut pœnitentia præſupponit baptiſmum, ita extrema unctio pœnitentiam.*

28. *Extremæ unctionis effectus non dirigitur principaliter ad tollendum mortale, nec originale peccatum.*

29. *Extrema unctione tolluntur principaliter peccati reliquiæ.*

30. *Extrema unctio gratiam habitam auget, nouamque confert.*

31. *Extrema unctio ſanitatem infirmo imperatur.*

De quinto extremę Vnctionis ſacramento dicturus conſtituo. Primo à quo fuerit inſtitutum. Secundo quid ſit. Tertio quam habeat materiam. Quarto, quam formam. Quinto quem miniſtrum. Sexto quis ſit eius vſus. Septimo quis eius effectus.

1. Ad Primum extremæ Vnctionis ſacramentum inſtitutum fuit vt virtus cœleſtis ex diuina inſtitutione applicetur infirmis terreſtribus in vtilitatem animæ, & corporis. Vnde ſicut ingredientium in Eccleſiam baptiſmus ſacramentum eſt, militantium confirmatio, indigentium pabulo ſpirituali Euchariſtia, vulneratorum ex peccatis pœnitentia, ita egredientium de Eccleſia hac militanti ad triumphantem extrema Vnctio ſacramentum eſt, & ita de fide definitur infra.

2. Vnde quæritur à quo fuerit inſtitutum, imprimiſque conſtat antiquiſſimam eſſe eius originem, quia, & Saul vnctum fuiſſe, & Dauid trinam habuiſſe vnctionem, primo Regum 16. 2. Regum 2. & 5 3. Regum 19. de aliis conſtat, & Iſaiæ 61. Spiritus Domini vnxit me, & Pſalmo 44. vnxit te Deus oleo lætitiæ. Secundo ex Euangelij lege proditum fuiſſe, conſtat Chriſtum oleo ex arboribus deſudante vnctum fuiſſe in capite, pedibus, & toto corpore in ſepulturæ præuentionem. Matth. 26. Lucæ 7. Marci 14. Ioan. 12. ſed cum ibi non conſtet à Chriſto inſtitutum fuiſſe. Tertio contendunt à Diuo Iacobo inſtitui epiſtola Canonica c. 5. Si quis in vobis infirmatus fuerit inducat Eccleſiæ præſbyteros, vt orent ſuper eum, vngentes eum oleo in nomine Domini, & oratio fidei ſanabit ægrotum, & alleuiabit eum Dominus, & ſi in peccatis eſt remittentur ei c. Præsbyteros 2. c. illud 3. 95. d. ita placuit magiſtro ſententiarum d. 23. & probat Hugo cum aliis.

Quibus omiſſis propoſitio Catholica eſt à Chriſto fuiſſe inſtitutum. Marci 6. vbi dicitur conuocaſſe Apoſtolos & binos miſiſſe, & vngebant multos ægrotos & ſanabantur, ita receptum eſt c. vnico de ſacra vnctione c. ad abolendam in principio de hæreticis, definitúmque eſt in Florent. ſeſſ. 15. Trid. ſeſſ. 14. de hoc ſacram. c. & canone 1. cum aliis ſeſſ. 7. de ſacram canone 1.

Nec obſtant priores authoritates, Quia Regum vnctiones diuerſæ erāt, vt docet textus in c. vnico de ſacra

vnctione §. 1. quamuis tres regis Da-
uid vnctiones ad ſignificationem ba-
ptiſmi cõfirmationis & extremæ vn-
ctionis eleganter applicet. Oſius dicto
c. 49. Iſaiámque loqui de Chriſti vn-
ctione per Spiritum ſanctum facta, ip-
ſe, & alij infra docuerunt.

Vnde de fide definitum eſt extremæ
vnctionis ſacramẽtum à Chriſto fuiſſe
inſtitutum à Diuo Iacobo promulga-
tum Trid. dicta ſeſſ. 14. D. Thom. in
additionibus tertiæ partis quæſt. 29.
art. 3. & in 4. d. 23. vbi Soto quæſt. 1.
art. 3. Victoria num. 212. Oſius c. 49.
Caniſius art 1. & 3. Sonnius c. 1. cùm
ſequentibus de extrema vnctione, B.
Ledeſma de extrema vnctione diffi-
cultate 2. omnes in dicto c. præſbite-
ros, & in dicto c. vnico Nau. c. 22. nu.
12. Cucus lib. 5. tit. 9. Petrus Gregor.
lib. 2. c. 9. Theſaurus ſacerdotalis 1.
part. de extrema vnctione folio 111. in-
de pluribus rationibus antiquos, &
nouos conuincunt hæreſiarchas, ſol-
uitúrque primum.

3. Ad ſecundum quid ſit extrema vn-
ctio in principio eſſe vnum de ſeptem
Eccleſiæ ſacramentis ſatis conſtat ex
dicto c. præſbiteros c. illud 95. d. c. v-
nico de ſacra vnctione c. ad abolendã
de hæret. & definitum eſt in Florent.
& Cõſtantienſi ſeſſ. 15. Cabilonenſi c.
48. apertè Trident. ſeſſ. 7. de ſacram.
canone 1. & ſeſſ. 14. de ſacramento ex-
tremæ vnction. per capita, & canones
& ita conueniũt proximè relati. Vnde
definitur, quod eſt ſacramentum quo
præſbiter vngit certas corporis partes
ægroti probabiliter pericliſtantis oleo
ſacro cùm certa verborum forma, &
intentione; ita ex dictis iuribus, & Cõ-
ciliis deprehenditur & probant relati,
conſtabítque ex reſolutione materiæ,
formæ, & miniſtri, & probatur à pro-
ximè allegatis.

Vnde deducitur repugnare vnum 4.
ſacramentum dici, & plures vnctio-
nes eſſe ad diuerſas corporis partes ap-
plicandas vt explicandum eſt ad quar-
tum de forma, ſed obſeruandum eſt v-
num ſacramentum eſſe, nec vnitati
repugnare diuerſas vnctiones, ſẽſibus,
& organis diuerſis applicatas quia sũt
plures ad vnum tendentes, vnumque
perfectione conficientes vt latè dixi-
mus de Euchariſtia in eius definitio-
ne, & ita conueniunt Diu. Thom. &
alij ſupra eiſdem quæſtionibus art. 1.
ita omnes relati à Cuco tit. 9. n. 2. & 3.
à B. Ledeſma difficult. 1. Soto, & aliis
plura inferẽtibus, ſoluitúrq; ſecundũ.

Ad tertiũ de materia vtraque ſcho-
la Theologa, & Pontificia conuenit 5.
ſacramenti extremę Vnctionis mate-
riam eſſe oleum dicto Pſalm. 44. Ia-
cobi 5. (Vngentes eum oleo) c. præſbi-
teros c. illud 95. d. apertè in dicto c. v-
nico de ſacra vnctione in Flor. & Trid.
ſeſſ. 14. c. 1. & allegati omnes, ſupra.

Primo tamen obſeruandum eſt au- 6.
thoritate, & ratione oleum eſſe mate-
riam, quia ſui natura ad leniendos
vulnerum dolores confert, quia etiam
ſuauis eſt, & penetratiua iccirco vul-
neribus applicatur Lucæ c. 10. iccirco
huius ſacramenti cõueniens deſigna-
tur materia ad mitigandos animæ,
& corporis dolores.

Secundo obſeruandum eſt oleum 7.
intelligi de oliua, & quoties in ſcrip-
tura mentio ſit panis intelligitur triti-
cei, & vini, de vite, olei de oliua, ita
placuit ita omnibus.

Tertio obſeruandum eſt debere eſſe 8.

Digitized by Google

oleum ſine balſami commiſtione, requiritur enim vt latè diximus de materia confirmationis in illo ſacramẽto, quia propter odorem refertur ad bonam famam, qua non indiget moriturus, ſed potius bona conſcientia cuius nitorem ſignificat oleum, ita in Florent. ab omnibuſque recipitur.

9\. Quarto obſeruandum eſt oleum ab Epiſcopo conſecratum eſſe oportere ex dicto c. vnico & Florent. quia materia in omnibus ſacramentis inſtrumentum eſt ad conferendam ſanctificationem, differentúrque, quia materia qua Chriſtus vſus fuit non indiget alia ſanctificatione, quam illa quam Chriſtus illi contulit vt aqua ad baptiſmum, panis, & vinum ad Euchariſtiam, vnde cum materia confirmationis, & extremæ vnctionis Chriſtus vſus non fuerit, eam ab Epiſcopo conſecrari neceſſe eſt, ita intelligitur, & in dicto cap. vnico, & Florent. ita accipiunt omnes.

10\. Vnde magna diſputatio eſt, an ſit de neceſſitate præcepti, in quo omnes conueniunt, an de neceſſitate ſacramenti, in quo diſſentiunt, & non eſſe defendit Caiet. ad 3. part. qu. 72. art. 3. defendit Victor. num. 217. Theſaurus ſacerdot. 1. p. fol. 112. contrarium eſſe de neceſſitate ſacramenti, docuit D. Thom. in 4. d. 23 quæſt. 1. art. 3. cõmuniter receptus ſecundum Soto ibi, & B. Ledeſm. difficult. 3. pro Caietan. eſt textus in c. 1. de ſacram. non iterandis, vbi confirmatio facta oleo, & non propria chariſmatis materia valet, ſiquidem non iteratur, ſed cautè applicandum eſt chriſma quod defecerat, ergo non eſt de neceſſitate ſacramenti, ſed præcepti, cui textui reſpondet Soto dicta d. 23. quæſt. 1. art. 3. ad finem, quod licet difficilis ſit, loquitur tamen in alia ſpecie, & in alio ſacramento, & ibi oleum pro catechumenis ab Epiſcopo conſecratum, iccirco nimirum ſi admittatur in chriſmatis defectum, non tamen conſecratum non admitteretur ex ſuperiori Ratione materiam qua Chriſtus vſus fuit indigere ſantificatione, ita D. Th. vbi ſupra & in additionibus ad tertiã part. q. 29. art. 6. Ex quibus verius eſt, de ſubſtantia ſacramenti oleum ab Epiſcopo conſecrari debere, vel ſaltem à preſbitero ex Põtificis Max. delegatione, ex cõmuni reſoluta in Sacram. cõfirmationis, quam veriorem in hoc ſacramento putat Soto d. 23 q. 1. art. 3. in fine Ledeſma de extrema vnctione difficult. 3. abſoluitúrque tertium.

Ad quartum de forma veteres contendebãt non eſſe præſcriptam extremæ vnctionis ſacramẽti formam, primo quia in lege diuina Marci 6. cum aliis ſupra non reperitur expreſſa. Secundo quia ſi ex lege diuina præſcriberetur forma apud omnes eadem eſſet, ſed non eſt, quia eſt apud Græcos, & alios diuerſa, ergo non diuinitus præſcribitur. Tertio quia forma debet ſignificare intentionem miniſtri, materiam, & effectum ſacramenti, vt in baptiſmo, confirmatione, & aliis, ſed in hoc ſacramento forma Eccleſiæ non ſignificat, ergo non eſt forma. 11.

Contrarium tamen ab Eccleſia recipitur, & ab ipſa lege diuina, & ratione inſtituitur, diximus enim ad primum & ſecundum, extremæ vnctionis ſacramentum à Chriſto inſtitutum fuiſſe Marci 6. & à Diuo Iacobo pro-

Digitized by Google

mulgatum Canonicæ epiſtolæ c. 5. (Si quis in vobis infirmatur &c.) c. præſbiteros 3. c. illud 4. 95. d. ibi deprehenditur forma quam Catholica obſeruat Eccleſia, nempè Per iſtám Sanctam Vnctionem, & ſuám piiſſimam miſericordiam indulgeat tibi Deus quidquid peccaſti per viſum, ita vnguntur oculi, eadem verba repetuntur in auribus per auditum, per odoratum in naribus, per guſtum, & locutionem in ore, per tactum in manibus, per inceſſum in pedibus, per delectatione in renibus. ita probatur in Florentino, & communiter recipitur ex multis rationibus, quia in illo mortis periculo infirmus viribus deſtitutus orationum auxilio indiget, & à vita diſceſſurus Dei Clemētiæ committitur, & forma ſignificat miniſtri intentionem deprecatoriam, & ſacramenti virtutem quam ſperat. ſic in Florent. & communi approbatur in c. præſbiteros, & in cap. vnde de ſacra Vnctione D. Thom. in additionibus ad 3. p. quæſtionem 29. art. 7. & in 4. d. 23. quæſtione 1. art. 4. ibi Soto, & Pallacios, omnes ſupra allegati, B. Ledeſma difficult. 4. Cucus numero 6.

Nec obſtant contraria argumenta, quia ad primum ſatisfactum eſt, ſiquidem ex ipſa Diui Iacobi promulgatione ſatis deprehenditur forma ſupra relata, inde ſoluitur ſecundum prædictam formā ab Eccleſia Catholica obſeruare ab eaque recedentes errare vt probant Soto, Oſius, Caniſius, & Sonnius ſupra. Ledeſma difficult. 4 Theſaur. ſacerd. 1. part. fol. 112. ſoluitúrque tertium intentionem miniſtri, materiam, & effectum ſacramenti ſatis ſignificari ex illa forma. (Per iſtam ſanctam Vnctionem &c.)

Vnde diſputant. Primo quare magis his partibus, quam aliis applicatur, obtinuitque D. Tho. ratio, quod ſicut medicina corporalis non toto corpori applicatur, ſed illi potiſſimum parti in qua infirmitatis radix cōſiſtit, ita hæc ſpiritualis applicatur ſenſibus in quibus conſideratur peccati radix quæ in nobis triplex eſt, potentia cognoſcitiua, vnde naſcitur appetitiua, ex qua venit executatiua, hæ conſiſtunt in ſenſibus, idcirco ſenſus vnguntur, vnde deducunt omnes de ſubſtantia huius ſacramenti Vnctionem faciendam eſſe in quinque ſenſibus, ſed Eccleſiæ more, & vſu fieri etiam in pedibus, & in renibus ac proinde Florent. de his ſeptem meminit, non tamē de fide conſtituit, ideoque religioſos, & fœminas in renibus non vngi refert Soto, Ledeſma cum aliis pluribus in locis. 12.

Inde ſecundo maior ratio diſputationis eſt, an ad huius ſacramenti effectum debeat vnctio omnibus partibus applicari de ſubſtantia ſacramēti, in qua difficultate alia includitur, an aliqua defficiente ſacramentum nullum ſit, meminiſſeque oportet ſupra reſolutum eſſe ad ſecundum in definitione huius ſacramēti, quod licet plures ſint Vnctiones non tamē ſacramētum eſt, & inde cōmunior eſt ſententia eſſe partes integrales, & in vltima gratiam conferri, quare ſi in prioribus nō eſſet diſpoſitus infirmus, in vltima autem diſponeretur conſequeretur vtique gratiam, vnde ſi miniſter deficeret, neceſſe foret vt alter perficeret. 13.

Digitized by Google

Vnde conſequitur, quod ſi ante completas vnctiones infirmus moreretur, vel miniſter, aliaſque non perficeretur non eſt ſacramentum, ita D. Thom. Soto, & alij ſupra, attamen B. Ledeſma difficult. 4. impreſſione anni 85. quatuor rationibus probat benigniorem eſſe opinionem, quod ſi ante completas vnctiones moritur in vltima gratiam recepit, communémque D. Thomæ opinionem accipiendam putat, quando non complentur ex negligentia, non tamen ex impoſſibilitate, prior tamen communis eſt, & abſoluitur quartum.

14. Ad quintum de miniſtro diuerſis argumentis diſputatur, primo quia Epiſcopis videtur proprium confirmare, & vngere vt diximus in ſacramento confirmationis, preſbiteris autem ex gratia, & commiſſione permiſſum, propter Epiſcoporum occupationem c. præſbiteros c. illud 95. d. Secundo quia huius ſacramenti formam deprecatoriam eſſe diximus, proximè de materia, & etiam videbatur, contrarium autem veriſſimum eſt, & Catholicum dogma ſacramenti extremæ vnctionis miniſtrum eſſe non alium quam proprium ſacerdotem, ne Epiſcopum neceſſarium eſſe, ex dicto c. præſbiteros c. illud c. c. quæſiuit 14. de verborum ſignif. in Flor. & Trid. ſeſſ. 14. de extrema vnctione per capita, & canones. Diu. Thom. in additionibus ad 3. partem quæſt. 31. art. 1. in 4. d. 23. quæſt. 2. art. 1. vbi communis ex Soto, Victoria & aliis ſupra, B. Ledeſma difficult. 6. Cucus num. 18. Petrus Gregorius num. 6.

15. Ex quibus primo obſeruandum eſt ita ſacerdotes miniſtros eſſe quod ab aliis ſi miniſtretur eſt nullum, quia, & propriè illis conuenit, & ſacramenti ſubſtantia vt docuit Diu. Thom. ab aliis receptus, explicántque Oſius, Caniſius, & Sonnius eleganter.

Secundo obſeruandum eſt in neceſſitate poſſe ſimplicem ſacerdotem ex licẽtia anteriori vel poſteriori proprij ſacerdotis miniſtrum eſſe, quinimo etiam religioſum abſque excommunicationis periculo, dictáſque Clementinas non habere locũ in neceſſitate docuit eleganter Caiet. quem ſequuntur Soto, B. Ledeſma, & alij ſupra. 16.

Tertio inde interpretatur dictum c. præſbiteros, quatenus dicit clericis permitti quia non refertur ad gratiam vel concluſionem, ſed ad iuris doctrinam, nec illa verba ſunt illius textus, ſed Gratiani Ex quibus iam in Trid. condemnati ſunt qui contendebant Diuũ Iacobum de præſbiteris Eccleſiæ loquentem referri ad laycos, & ſeniores, & iuſtos, quia propriè loquitur de ſacerdotibus, ideo ab aliis etiam ſanctis non conficiebatur ſacramentum in vnctione, & ſoluitur quintum. 17.

Ad ſextum quis ſit vſus, primo obſeruandum eſt extremæ vnctionis vſum ex illa Diui Iacobi authoritate deprehendi, iuxta ea quæ diximus de materia, forma, & miniſtro, quia vnctiones debent continuari ex forma iam relata, cæterum ſi ordo in ſenſibus confunderetur, quia poſterior prius vngeretur non inde ſacramentum nullum eſſet, ſecundum proximè relatos, & Mayolum de irregularitate lib. 4. c. 36. num. 4. 18.

Secundo probandum eſt conferendum 19.

dum

dum eſſe infirmis morti proximis cũ deuotione petentibus expreſſa, vel præſumpta, ita Iacobi authoritatem interpretatur vtraq; ſchola inde alias laborantibus in bello, vel naufragio, vel ſupplicio non datur.

20. Tertio amentibus, & furioſis ex natiuitate eadem ratione negatur niſi habuerint interualla ſanæ mentis, & tunc peterent, inde neque pueris datur.

21. Quarto adultis ab illo tempore quo Euchariſtiam recipiunt conferri poteſt, etiamſi poſt baptiſmum peccatũ non commiſiſſent, quia ſperatur pugna cum hoſte, & ex prioribus peccatis manet debilitas mentis, quem Vnctione ſacra adiuuari neceſſitas eſt, ita D. Tho. in additionibus ad 3. part. quæſt. 29. & 30. & in 4. d. 23. quæſt. 1. ar. 2. vbi Soto, & alij ſupra, B. Ledeſma difficult. 7. Theſaurus 1. part. folio 12.

22. Quinto inde hoc ſacramentum amittere ex contemptu mortale eſt, ex negligentia non eſt mortale, ita ex Florent. & Trid. ſeſſ. 14. de extrema Tnctione c. 3. Ledeſma & alij difficult. 8.

23. Sexto hoc ſacramẽtum iterari poſſe omnes affirmant, quoties in diuerſis infirmitatibus morti proximis fuerit, quinimo, & in eadem infirmitate, ſi poſt conualeſcentiam iterum periculo mortis conſtituitur, vt ex D. Thom. & aliis reſoluit Ledeſma num. 10. Petrus Gregor. & alij ſupra. ſoluitúrque ſextum.

24. Ad ſeptimum de effectu huius ſacramenti ſatis deprehenditur ex Diui Iacobi authoritate mirabilem eſſe, extremæ Vnctionis effectum, ibi (Oratio fidei ſanabit infirmum, & Dominus alleuiabit eum, & ſi in peccatis eſt remittentur ei,) vt refertur, & explicatur in dicto cap. preſbiteros vbi communis à Diu. Thoma in additionibus ad 3. part. quæſt. 37. art. 1. cum ſequentibus in 4. d. 23. quæſt. 1. art. 2. & 3. vbi Soto, Oſius, Caniſius & Sonnius vbi ſupra. Ledeſma difficult. 5. Theſaur. fol. 12. cum ſequentibus. Cucus, & Petrus Greg. vbi ſuprà hodie definitum in Tridentino ſeſſ. 14. c. 2. & canone 2. de extrema Vnctione, vbi eſt ſanatio mentis, & in quantum expedit etiam corporis.

Ad cuius cognitionem repetendum 25. eſt peccatum aut originale eſſe, aut mortale, aut veniale. Rurſus in quolibet peccato eſſe maculam culpæ, reatum pœnæ, reliquias aut veſtigia peccati præteriti, hoc eſt non fomitẽ, ſed fomitis actus, quibus impedimur ex illa mentis debilitate à bono opere.

Secundo repetendum eſt, quod ſi- 26. cut originale tollitur baptiſmo, ita actuale id eſt mortale vel veniale tollitur pœnitentia.

Rurſus ſicut pœnitentia ſupponit 27. baptiſmum, ita extrema Vnctio pœnitentiam.

His ita compoſitis obſeruandum 28. eſt primo Vnctionis extremę effectum non dirigi principaliter ad tollendum mortale, nec originale, quia baptiſmi, & pœnitentiæ officium eſt idem quod de venialibus iudicium eſt, quia pœnitentia tollitur, licet aliqui dubitauerint.

Secundo obſeruandum eſt, extrema 29. Vnctione tolli principaliter peccati reliquias, & veſtigia, quibus impedi-

mur ad vacandum Deo, & reſiſtendum tentationibus, quæ in mortis articulo cum fortiores ſint hoc ſacramento tolluntur, & alleuiatur mens, cum magna Dei confidentia vt docuit Diu. Iacobus & Eccleſia recepit.

30. Tertio gratia iam habita augetur, nouáque confertur, vnde quia gratia non compatitur peccatum ex conſequenti ſi eſt peccatum mortale, veniale tollitur infirmo diſpoſito ſaltem per attritionem licet, enim principaliter non inſtituatur ad hoc, per conſequẽtiam hunc habet effectum vt docuit Diu. Thom. & alij ſupra receperunt.

31. Vltimo inde minus principaliter infirmo ſanitatem impartitur, vt docuit Diuus Iacobus, & ab Eccleſia recipitur in quantum expedit ex Trid. & aliis, quia cauſas naturales adiuuat, & medicamentis virtutem confert, quod ſi infirmitas adeo inualuit, vt nõ ſufficiat illud eſt certiſſimum, eum qui extremæ Vnctionis ſacramento roboratur facilius & ſanitatem impetrare, quam non recipientem, ita omnibus commune placitum eſt, abſoluiturque ſeptimum &, extremæ Vnctionis ſacramentum, ad Dei laudem, & Virginis Mariæ honorem.

SEQVITVR EXPLICANDVM SACROSANCTVM ORDINIS SAcramentum.

Summarium ex cap. 6. de Ordine.

1. *Naturalem erga Deum debet eſſe religio.*
2. *Religio, & ſacerdotium apud omnes gentes inuenitur.*
3. *Sacerdotium à quo fuerit inſtitutum.*
4. *Traditur definitio huius ſacramenti.*
5. *Hoc ſacramentum eſt oſtium per quod intrant legitimi diſpenſatores myſteriorum Dei.*
6. *Traditur concordia in Doctores Theologos, & Pontificios circa definitionem ſacramenti.*
7. *Ordo quotuplex ſit diſputatur.*
8. *Quibus in ordinibus ſacramentum conſiſtat.*
9. *Hæreticum eſt dicere in ſacerdotio non eſſe ſacramentum.*
10. *Erroneum eſt dicere in diaconatu, & ſubdiaconatu non eſſe ſacramentum.*
11. *In minoribus ordinibus vtrum conſiſtat ſacramentum.*

12. *Character an imprimatur in quolibet ordine.*
13. *Promotus per ſaltum an recipiat characterem in ordine ſuperiori demiſſo inferiori.*
14. *In quo ordinationis actu character imprimatur, dicitur.*
15. *Materia cuiuſlibet ordinis quæ ſit.*
16. *Materia tactus in ordine an ſit de ſubſtantia ſacramenti.*
17. *In hoc ſacramento ſicut in aliis forma conſiſtit de neceſſitate ſacramenti.*
18. *Forma in ſacerdotio quibus in verbis conſiſtit.*
19. *Poteſtas offerendi ſacrificium maxima eſt.*
20. *In poteſtate ſacrificij, non eſt maior Epiſcopus ſacerdote, quamuis in diſponendo populum ad ſacramentum in dignitate, & officio excellentior ſit.*
21. *In poteſtate offerendi ſacrificium æqualis eſt Pontifex, Epiſcopus, & ſacerdos.*
22. *Miniſter huius ſacramenti quis ſit.*
23. *Epiſcopus hæreticus, vel ſciſmaticus, aut apoſtata an ſit miniſter huius ſacramenti.*
24. *Recipiens ordines ab Epiſcopo ſimoniaco vtrum verè dicatur ordinatus.*
25. *Intentio ordinandi eſt de ſubſtantia huius ſacramenti.*
26. *Fictio in hoc ſacramento duplex eſt propria, & impropria, & quid vnaquæque.*
27. *Coactus ad ordines preciſè non recipit ordinem nec characterem, & quid de conſentiente per metum.*
28. *Epiſcopus eſt miniſter huius ſacramenti obſeruata Eccleſiæ forma, temporis, & loci.*
29. *Agitur de effectu huius ſacramenti.*

IN huius ſacramenti explicatione ſciendum eſt. Primo à quo fuerit inſtitutũ, & quando. Secundo quid ſit. Tertio quotuplex. Quarto quam habeat materiam. Quinto quam formam. Sexto quem miniſtrũ. Septimo quẽ effectũ.
Ad primum Pſalmo 4. ibi (ſignatũ
1. eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine, docemur mentibus noſtris naturalem in eſſe rationem cognoſcendi diuinam maieſtatem, ſacrũmq; cultum ei adhibendum vt diximus de ſacramẽtis in genere in principio, inde iuris naturalis eſt erga Deũ religio. l. vel vt ff. de iuſtitia & iure cum aliis. Cicero. 2. de natura Deorum, & ſecundo de legibus.
Quare nulla gens, nulla natio quan- 2.
tumcunque immanſueta, fera vel barbara reperitur, quæ lege, ſacerdotio,

& ſacrificio caruerit vt conſtat ex toto tit.ff. de religioſis,& ſumptibus funerum, & aliis vt diximus de Euchariſtiæ ſacramento in ſacrificij explicatione.

3. Quare gentem Catholicam, & orthodoxam omnibus ab orbe condito nationibus præſtantior cum ſit in ſacerdotio, & eius ordine excellere ratio poſtulat, itaque in inſtitutione & inſtitutionis loco,tempore, & miniſterio præſtare certiſſimum eſt,à Chriſto enim ſacerdotium probatū fuiſſe, & inſtitutum,ordiniſque electos miniſtros fuiſſe de fide definitum eſt,vt diximus de Euchariſtiæ ſacramēto ad primum,& cōſtat Matth. 16. 18. & 26. Marci vltimo, Lucæ 22.Ioan.20. cum enim poteſtatem Apoſtolis dediſſet in vltimaq; cœna ſāctiſſimū Euchariſtiæ ſacramētum inſtituiſſet, etiam ordinē cōſtituit, Apoſtoloſque ordinauit,ibi, hoc facite in meam commemorationem,vt ibi diximus, & per partes refertur in c. Cleros in c.in nouo 11.d.c. præſbiter.c.Diaconus c. ſubdiaconus cum ſequentibus 23. d. c. perlectis 25. d.c. audiuimus c. quodcunque c. loquitur 24. q. 1. cum multis infra allegandis,definitum eſt ita Flor. & Trid. ſeſſ. 7.de ſacram. canone 1.D. Tho.in additionibus ad 3. part. à q. 34. in 4. d. 24.q.1. art.3. & 4. cum ſequentibus, vbi Soto, Victoria num.225.B. Ledeſma de ſacram. ordinis difficult. 2. Oſius c. 50. Caniſius q.2 Sonnius tractatu 6. c.1. Nau. c.1. Nau. c. 22. num. 7. Cucus lib. 5. tit. 8. Alanus de Euchariſtia lib.1.c.9.& 10.Petrus Greg. lib.16. c.1. & 8. probaturque ratione, quia omnia ſacramenta, vt rite rectè conficiantur ab Ordinis ſacramēto dependent, vt in Baptiſmo, Cōfirmatione, Euchariſtia, extrema Vnctioneq; diximus, & in Matrimonio dicemus,ac proinde cum cætera à Chriſto inſtituta fuiſſe dixerimus,conſtátque ſeſſ. 7. de ſacramētis canone 1. & Ordinis ſacramentum ab eodem Chriſto inſtitui ratio poſtulat. Vnde cum in ſacerdotio certiſſimum ſit an in inferioribus ordinibus idem ſtatuatur,lōgior quæſtio eſt diſputanda ſtatim ad tertium quotuplex ſit:interim vt principia cognoſcamus ad ſecundum deuenire oportet.

De ſecundo quid ſit,Theologi, & Pontificij varias aſſignant definitiones. Theologi dicunt, quod eſt ſignaculum quoddam in quo vel per quod ſpiritualis poteſtas, & officium traditur ordinatis,ſic omnes in 4.d.24.& alij ſupra.Pontificij dicunt,quod eſt ſacramētum per quod imprimitur character, aut ſignum ſub certis verbis & inſtrumentis, in quo conceditur poteſtas conſecrandi, aut adiuuandi cōſecrantes ſacramētum altaris. ita colligitur ex dicto cap.perlectis cum aliis ſupra allegatis c.ſi quis eorum c. erubeſcant cap. nemo 32. d. c. in ſingulis 77. d.c.à multis c. cum contingat de ætate,& qualitate, cum aliis & apertè ex Florent. & Tridentin. ſeſſ. 23. per capita, & canones de ſacramento Ordinis. 4.

Eſt enim huiuſmodi ſacramentum, velut oſtium per quod intrāt legitimi dispenſatores myſteriorum Dei,nam ex diuina ſcriptura nemo ordinum honorem ad exercenda miniſteria deſignatū ſibi rectè aſſumere poteſt, niſi à Deo vocatus vt Aaron,vocatur autē quādo legitimè ordinatur ab Eccleſiæ 5.

prælatis, & ita hoc ſacramentum eſt illa ſub ſacris ritibus ordinatio in qua quiſque miniſtrandi ſuo loco, & tempore poteſtatem accepit, ſiq; idem in hoc ſacramento ſingularis gratia, & ſpiritualis poteſtas confertur vt munus Eccleſiæ ex profeſſo gerant initiati.

6. Ex quibus ſatis apparet Theologos & Pontificios conuenire ſacramentum eſſe, id eſt ſacræ rei ſignum hominem ſignificantis, quoniam illa ordinatio eſt forma viſibilis gratiæ inuiſibilis quia cum Epiſcopus accepto calice, & hoſtia ſolemniter pronuntiat, (accipite poteſtatem offerendi ſacrificium, &c.) vt infra ex illis verbis, & materiæ traditione imprimitur character cum poteſtate ſpirituali, & infunditur gratia, ac proinde legitimum ſacramentum, eſt ita conueniunt omnes ſupra relati. Sed ſuccedit difficultas, an prædictæ definitiones, & interpretationes conueniant ordinibus vt ſingulis, vel vt vniuerſis ſed propriè pertinet ad tertium.

7. Vnde ad Tertium quotuplex ſit deueniendum eſt, in quo omiſſa Dioniſij opinione dicentis debere tres eſſe ordines, quia ſicut in Eccleſia triumphante cæleſtis ordo eſt diuinitus per Hierarchias tres diſtinctus, ita in Eccleſia militanti, quæ triumphantem in quantum poteſt imitatur tres eſſe oportet, ſed conuincitur à D. Thom. & aliis ſtatim allegandis, ſchola Theologa, & Pontificia in numero diſſentiunt, nam Theologi ſeptem conſtituunt ordines, tres ſacros vel maiores, quatuor minores, & ita reducunt ſpiritualem ordinum poteſtatem, & Pontificum decreta, quæ ſupra retulimus, D. Thom. in additionibus ad 3. part. q. 37. art. 1. q. 40. art. 2. & in 4. d. 24. q. 1. art. 3. ibi omnes cum Soto, Pallatios, Victor & omnibus ſupra, B. Ledeſma 5. difficult. Coua. reſolutionum lib. 1. c. 10. num. 15. Pontificij autem nouem eſſe conſtituunt, quia tribus ſacris, & maioribus addunt Epiſcopatus or inem vt ſint quatuor ſacri, & minoribus quatuor addunt quintum primæ tonſuræ ex dicto c. Cleros c. perlectis c. 1. iuncta gloſa 1. 32. d. c. 1. de ordinatis ab Epiſcopo, qui Epiſcopatui renuntiauerat, c. cum contingat de ætate, & qualitate, communis ibi, & ſecundum Cucum lib. 2. titulo 16. n. 16. & lib. 5. tit. 8. nu. 16. poſt Nauar. in Man. c. 22. num. 18.

In qua difficultate Theologi reſpondent ordinis nomen duplicem habere ſignificationem, altera pertinet ad poteſtatem altera ad officium, qua ratione ipſi vt diximus definiebant ordinem eſſe in quo, vel per quod ſpiritualis poteſtas aut officium traditur ordinatis, ac proinde ſi accipitur ordo pro poteſtate ſeptem dumtaxat eſſe ratio poſtulat, quia poteſtas conſecrandi, vel adiuuandi conſectantes ſacramentum altaris ſeptem ordinibus conuenit, nec in poteſtate conſecrandi ſacramentum altaris, diſtinguitur Epiſcopi poteſtas, à ſacerdotis poteſtate, cæterum ſi accipitur ordo pro officio nouem ſunt, quia & tonſuratus, & Epiſcopus habebant officium, Petrus Greg. lib. 16. c. 1. ex ratione ſatis profana, Theologis adhæret, Nau. c. 22. num. 18. quoad Epiſcopatum, Pontificiis, quoad primam tonſuram Theologis adhæret, inde dicit eſſe

octuplex, ſed Trident. quamuis de certo numero non definierit, vt omnes ſperabant teſte Nau. magis tamen Pontificiis fauere videtur qui à ſeſſ. 23. de ſacram. ordinis c. 2. gradum conſtituit in prima tonſura, & ab ea repellit quos adulteriores gradus non progreſſuros eſſe creditur, & 4. c. Epiſcopatum explicat ordinem eſſe à ſacerdotio diſtinctum, & longè excellentiorem.

8. Vnde ſecunda diſputatio ſuccedit in qua ſacramentum conſiſtat, & ab omnibus conſtituuntur tres gradus, Sacerdotium, ſecundus diaconatus, & ſubdiaconatus ordines, tertius minores ordines, ita tres ſunt propoſitiones.

9. Prior eſt in ſacerdotio ſacramenmentum conſiſtere iure diuino inſtitutum de fide tenendum eſt, contrariúmque hæreticum eſt, apertè probatur ex Euangeliis, & authoritatibus in principio huius ſacramenti relatis, & Trident. dicta ſeſſ. 23. canone 1. & 2. definitur.

10. Secunda propoſitio eſt ſacros ordines diaconatus, & ſubdiaconatus ſacramentum eſſe adeo certum eſt, vt contrarium aſſerere ſit temerarium ex dictis iuribus & c. tribus 23. de conſecr. d. 2. ita conueniunt omnes relati & referendi, & Caſtro aduerſus hæreſes verbo (ordo.)

11. Tertia, propoſitio in minoribus ordinibus duæ ſunt opiniones, altera eſt eſſe ſacramentalia, & non ſacramenta, quia Magiſter in 4. d. 24. & ſubdiaconatum ſacramentum eſſe negauerat, & Durandus ſolum ſacerdotium ſacramentum eſſe putauit, à quibus recedit Caiet. quoad ſacros ordines, ſequitur tamen quoad minores, & Victor. num. 226. Soto in 4. d. 24. quæſt. 1. art. 4. & de iuſtitia, & iure lib. 9. quæſt. 5. art. 2. Nau. dicto c. 22. num. 18. Altera eſt etiam minores eſſe ſacramentum, ita Diu. Thom. quia in quolibet minore eſt ſignum rei ſacræ ſanctificantis, & concedentis poteſtatem miniſtrandi ſuo loco, & tempore vt in dicto c. Cleros, dicto c. perlectis dicto c. cum contingat cum aliis. Deinde quia minores repetere grande ſacrilegium eſt vt infra, ſed repetere ſacramentalia non eſt ſacrilegium, ergo non ſacramentale ſed ſacramentum eſt. Præterea ſacramentalia dicuntur quæ non habent finem immediatum, & per ſe ſubſiſtunt, ſed ordinatur dumtaxat ad ſolemnitatem alicuius ſacramenti vt diximus in ſacramento Euchariſtiæ, & in aliis, ſed minores ordines de per ſe ſubſiſtere poſſunt, & ſuum finem habent, ex ordinatione enim, quilibet miniſtrandi ſuo loco, & tempore poteſtatem accipit vt in dicto c. Cleros c. perlectis cum aliis ſupra, ergo ſacramentum non ſacramentale eſt, ita Diu. Thom. in additionibus ad tertiam part. qu. 37. art. 2. & in 4. d. 24. quæſt. 2. art. 1. & 2. vbi communior eſt ſententia ex Palud. Maiori, Palat. B. Ledeſma difficult. 8. Con. reſolutionum lib. 1. c. 10. num. 10. Cuco lib. 5. tit. 8. nu. 16. Petro Greg. dicto lib. 16. c. 1. 3. & 4. Theſaur. ſacerd. 1. parte de ſacram. ordinis fol. 114. poſt Oſium c. 51. Caniſius vbi ſupra. Sonnius tit. 6. c. 11.

Nouiores contrariis argumentis ſatisfaciunt latiſſimè ex qua veriſſima obſeruatione contrarium defendentes arguebant, ſequi inde tot eſſe ſa-

cramenta, quot ordines,& ita augeri numerum contra Eccleſiæ traditionem, ſeptem dumtaxat accipientem ex antiquis Conciliis & nouiſſimis Florent. & Trident. de ſacram. ſeſſ. 7. canone 1. quia apertè errant,& conuincuntur à Palud. & cæteris poſt D. Thom. quia omnes ordines ſunt ſacramentum, vnumque ex omnibus conficitur ſacramentum, (vnum) inquam, non indiuiduitate vt punctum, non continuatione vt linea, non perfectione formæ vt corpus animatum, ſed perfectione finis, quia ex diuerſis ordinibus conficitur ſacramentum ad ſacrificium conſecrationis, ac proinde non eſt accipienda diuiſio, vt totius in partes integrales, vt eſt homo quoad caput, manus, & alias partes, nec totius vniuerſi quoad partes ſubiectitias vt eſt generis quoad ſpecies, vt animal quoad hominem, & equum: ſed vt diuiſio totius poſſit diuidi in ſuas partes, cuius plenitudo eſt in ſacerdotio quoad ſacramentum Euchariſtiæ, & ita ex omnibus ordinibus ſuam ſingulariter poteſtatem habentibus vnum dumtaxat eſt ordinis ſacramentum vt Oſius, Caniſius & omnes ſupra conueniunt, itaque cum omnes ordines vnum ſacramentum ſint, & omnibus inſit ſacramentum vt probatum eſt à nobis, & conſtat ex Trid. dicta ſeſſ. 23. de ſacram. ordinis c. 1. & canone 1. & 2. ibi maiores, & minores, planè conſequitur omnes à Chriſto inſtitutos fuiſſe, ſacramentum enim ab ipſo dumtaxat inſtitui potuit, dicta ſeſſ. 7. de ſacram. canone 1. & ſæpe repetitum eſt, & probat Theſaur. ſacerd. dicto folio 104. cum aliis ſupra & ita omnia & iura, & authoritates quibus probatur ab Apoſtolis, & Eccleſia aliquem ordinem proditum fuiſſe vt refertur in dicto c. Cleros, & c. perlectis c. ſubdiaconus 16. cum multis ſequentibus 23. d. interpretari neceſſe eſt, de publicatione, & promulgatione non de inſtitutionis origine.

Vltimo ex eadem obſeruatione 12. diſputatur in quibus ordinibus character imprimatur, diximus de ſacramentis in genere in baptiſmo, confirmatione, & ordine characterem imprimi, & eius ſignificationem nunc autē inquirimus imprimaturne character in ordine tanquam in vniuerſo, an tanquam in ſingulis, & ex præcedenti diſputatione facile hæc deprehenditur, quia negātes aliquem ordinem non eſſe ſacramentum facile in eo characterem non imprimi negare poſſunt, affirmantes autem in omnibus eſſe ſacramentum facile in omnibus characterem imprimi aſſerere poterunt, vnde veriſſima erit propoſitio, & magis communiter recepta à Theologis, & Pōtificiis in omnibus etiam inferioribus characterem imprimi, primo quia character eſt illa poteſtas proteſtandi fidem per ſucceſſionem vel collationem ſacramentorum; ſed Ordinis ſacramentum eſt ſignaculum quoddam poteſtatis ſpiritualis ſupernaturalis, quæ traditur ordinatis, ergo ex eo imprimitur character.

Secundo, qui ordinem etiam inferiorem ſuſcipit, cōſtituitur ſupra plebem in aliquo gradu poteſtatis ordinatæ ad ſacramentorum diſpenſationem, per quemcūque ex inferioribus ſeparatur & diſtinguitur à populo,

Digitized by Google

ergo etiam in quocunque etiam inferiori character imprimitur.

Tertio, in illis ſacramentis prohibetur iteratio in quibus character imprimitur, idcirco in Euchariſtia, Pœnitentia, extrema Vnctione, & Matrimonio non prohibetur iteratio, quia non imprimitur character, Baptiſmo, & Cõfirmatione, & Ordine, quia character imprimitur, iteratio prohibetur, ſed nullus ordo etiam ex inferioribus iterari poteſt, & ita conſtat ex c. ſollicitudo 52. d. ex c. quod quidam 8. quæſt. 1. c. ſaluberrimum 21. 1. q. 7. c. 1. de clerico per ſaltum promoto c. 1. de eo qui furtiuè ordines ſuſcepit, ergo in omnibus etiam inferioribus characterem imprimi vt fateamur neceſſe eſt, ita docuit D. Thom. in additionibus ad 3. partem quæſt. 35. art. 2. & in 4. d. 24. quæſt. 1. art. 2. ibi communis, & ita à Theologorum ſchola magis communiter receptum eſſe probat Theſaurus ſacerd. dicta 1. part. B. Ledeſma difficult. 10. à Pontificiis Cucus lib. 5. tit. 8. num. 16. poſt Coua. dicto c. 10. Maiolus de irregularit. lib. 4. c. 12. & 36. & ita ex Florent. & Trident. dicta ſeſſ. 23. de ſacram. ordinis c. 4. & canone 4. ſecurè obſeruandum eſt, quod tamen intelligere oportet in ſuſcipiente quemcunque ordinem etiam inferiorem dum tamen ſacrum receperit baptiſmum, quoniam cum baptiſmi ſacramentum vitæ ſpiritualis inchoationem eſſe, & aliorum ſacramentorum ianuam de baptiſmo dixerimus, abſque illius fundamento inane & inutile eſt aliud ſacramentum recipere, quia de neceſſitate ſacramenti baptiſmus præcedere debet, idcirco non baptizatus fruſtra ordinem recepit, quia de neceſſitate ſacramenti character ordinis baptiſmi characterem ſupponit. c. ſi quis præſbyterorum c. veniens de præsbytero non baptizato, inde idem eſſe quod ſacramentum confirmationis ordinis ratio exigit quia prior eſt baptiſmi character. Secundus confirmationis. Tertius ordinis, ac proinde ſicut præcedere baptiſmalem neceſſe eſt, debet eſſe & confirmationis. Vnde Trident. dicta ſeſſ. 23. de reform. c. 4. cautum eſt non eſſe primæ tonſuræ initiandum, qui confirmationis ſacramentum non ſuſcepit, cæterum verius eſt illud eſſe de ſacramenti decentia, non de neceſſitate, idcirco eum qui nondum confirmatus eſt verum ordinem recipere communiter probant ſupra relati.

Vnde ſecunda difficilior quæſtio eſt an idem in ipſis ordinibus ſtatuendum ſit nempe quando ſuperior recipitur ordo per ſaltum, hoc eſt prætermiſſo inferiori, quia ſi inferioris character de neceſſitate eſt, ſuperior inferiori prætermiſſo fruſtra recipitur quod ſignificat textus in c. fin. verſiculo ordinate 48. d. & Trident. dicta ſeſſ. 23. de reformat. c. 13. & 14. vbi non ſolum ad recipiendos ordines formam conſtituit vt ab inferioribus gradatim ad ſuperiores aſcendatur, ſed etiam quod in inferiori prius ſuſcepto verſatus, & inſtitutus ſit, antequam ſuperiori ordinetur. Contrarium tamen imo non eſſe de neceſſitate ſacramẽti, & inde turbato ordine ordinatum verũ, verum ordinem recepiſſe inferioremque præmiſſum ordinem cautè ſupplendum eſſe probatur 13.

tur ex dicto c. ſolicitudo 52. diſtinctione c.1.de ſacram. non iterandis c. 1. de clerico per ſaltum promoto c. 1. de eo qui furtiue ordines ſuſcepit, hæc poſterior verior eſt, & magis recepta ſecundum ſupra allegatos, quia in ſingulis ordinibus poteſtates ſunt diſtinctæ, & ſeparatæ, nec altera quantum ad rationem ſui alteram exigit in eodem ſubiecto, quamuis omnes vnum ſacramentum efficiant, vt ſupra reſolutum eſt.

Nec obſtant in contrarium adducta, quia intelliguntur vt rectè, & ritè ordinatio fiat, ac proinde, qui prætermiſſo inferiori ſuperiorem recipit mortaliter peccat, & grauiter delinquit, poteritque deponi ex diſpenſatione tamen Epiſcopi prætermiſſum poterit recipere ſi in ſuperiori recepto non miniſtrauerit ex communi, & hodie Trident. dicta ſeſſ. 23. de reformat c.14. verſiculo fin. ſi miniſtrauerit, quia ignorabat inferiorem prætermiſiſſe. idem erit iuxta rationem communem, ſi autem ſciebat à ſolo Papa diſpenſari poterit iuxta communem Maïoli, & aliorum ſupra. ita interpretanda ſunt iura ſuperius allegata.

14. Ex quibus diſputant quo ordinationis actu, vel qua eius parte character imprimatur, communiorque eſt cum Diu. Thom. in 4. diſtinctione 24. quæſt. 2. articulo 3. ſententia, characterem imprimi in principaliori ordinationis actu, principalior reputatur actus, quo recipitur exterius ſignum magis in ſpecie ſignificans ſpiritualem poteſtatem illius ordinis, cum pronuntiatione verbi determinantis ſignificatum, ideſt per traditionem materiæ cum forma per Eccleſiaſticam præſcripta, & ita pendet à materiæ, & formæ reſolutione, ſic abſoluitur tertium.

Ad Quartum de materia imprimis 15. ſciendum eſt in hoc ſacramento, ſicut & in aliis materiam deſignare neceſſarium eſſe, in quo omnes conueniunt, deinde repetendum eſt omne id, quod Deus aſſumit, vel ex rebus materiatis vel verbis, vel actibus, vel motibus externis quibuſcunque ſufficientem materiam eſſe ſacramentalis ſignificationis vt diximus in ſacramento pœnitentiæ de eius materia, quare in ordinis ſacramento obſeruandum eſt materiam eſſe illud per quod traditur ſpiritualis poteſtas illius ordinis, idcirco in ſacerdotio materia eſt calix cum vino, patena cum hoſtia, quia in illis tribuitur poteſtas ſpiritualis ordinato, in diaconatu materia eſt Euangeliorum liber, in ſubdiaconatu non eſt materia epiſtolarum liber, ſed calix ſine vino, patena ſine hoſtia, in accolyto materia conſiſtit in vrceolo, non in cerophetario, ſed ſi ſimul dantur in vtroque conſiſtit, ita eſt; interpretandus textus in cap. ſubdiaconus 16. cum ſequentibus c. accolytus 23. diſtinctione cap. perlectis 25. diſtinctione & ſic de aliis vt docuit Thom. dicta diſtinctione 24. quæſt. 1. art. 1. quæſtiuncula 5. ad tertium plures tamen interpretantur de illius materiæ neceſſitate non ſufficere Epiſcopum materiam tradere, ſine ordinandi acceptatione.

Inde vtilis eſt diſputatio, an materiæ tactus in ordine ſit de ſubſtantia 16. ſacramenti, quia ipſa miniſtri tradi-

Digitized by Google

tio exigit ordinandi tactum, & acceptationem, deinde, quia totius Eccleſiæ ritus ita obſeruat. Præterea quia in baptiſmo, in confirmatione, & in ſacra vnctione ita obſeruatur, ita D. Thom. & alij ſupra, non tamen eſt neceſſarius in omni parte tactus, quamuis vtilior ſit, nec requiritur de neceſſitate vt eodem inſtanti proferatur ab Epiſcopo, & accipitur ab ordinando, ſufficit enim, quod in finalibus incipiat tactus, ex quibus apertè deprehenditur qua ratione applicandum ſit, quod diximus ad tertium characterem, imprimi in principaliori ordinis actu principalioremque eſſe conceditur exterius ſignum in ſpecie ſignificãs ſpiritualem poteſtatem cuiuſcunque ordinis cum pronunciatione verbi terminantis ſignificatum: cum itaque proximè reſolutum ſit materiam eſſe illud, per quod traditur poteſtas illius ordinis vt in ſacerdotio per calicem cum vino, & patenam cum hoſtia planè conſequitur actum principaliorem eſſe traditionem materiæ, cum ſacro Eccleſiæ ritu. Vnde cum primum à miniſtro proferatur (Accipe poteſtatem, &c.) & ab ordinando tangitur characterem imprimi eſt certum, & ita ſit in ſingulis ordinibus per traditionem materiæ cum Eccleſiæ forma, ſic ſoluitur, quartum.

17. Ad Quintum agendum eſt de forma, in qua primo repetendum eſt in hoc ſacramentum ſicut & in aliis certam formam, & ſacrum ritum conſiſtere ex neceſſitate ſacramenti, & ita à Sanctis Patribus, & antiquis Conciliis definitum erat, & nuper in nouiori Florent. de ſacramento ordinis, & in Trident. ſeſſ. 23. de ſacramento ordinis canone 4. explicat Diu. Thom. diſtinctione 24. quæſt. 1. art. 1. quæſtiuncula 4. Soto, art. 4. Oſius, Caniſius, Sonnius vbi ſupra. Ledeſma difficult. 4. Cucus lib. 5. tit. 8. Petrus Greg. lib. 16. c. 7. & 8. cum ſequentibus. Theſaurus ſacerdotalis 1. part. fol. 115. Vnde ad certum ritum eam applicare neceſſe eſt iuxta cuiuſcunque ordinis miniſtrum.

Quare in ſacerdotio ab Eccleſia 18. recipitur. (Accipe poteſtatem offerendi ſacrificium Eccleſiæ pro viuis, & deffunctis in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti.) Sed contra hanc formam fortiter argumentatur, maximè quod in ſacerdotio datur maxima poteſtas remittendi peccata, vt ex Matth. 16. (quodcunque ligaueris) Ioan. 3. & aliis cap. quodcunque ligaueris 24. quæſt. 1. Trident. ſeſſ. 14. c. 1. 5. & 6. & canone 3. de ſacram. pœnitentiæ, & ſeſſ. 23. de reform. c. 15. diximus in ſacramento pœnitentiæ, ſed hæc poteſtas non traditur in ſuperiori forma, & idcirco adiicitur alia forma (Accipe poteſtatem remittendi peccata) cum manuum impoſitione, quæ originem duxit Apoſtolorum traditione, Actuum c. 1. & 8. ab Eccleſia recepta c. fin. de ſacram. non iterandis. Quo argumento duplex includitur difficultas, altera in qua ex iſtis formis character imprimatur, & quæ ſit de ſubſtantia, vtrique ſatisfacimus, iuxta ſententiam magis receptam à Theologis, & Pontificiis priorẽ formam eſſe principaliorem actũ, inde in ea characterem imprimi, non in ſecunda, in qua non datur noua poteſtas, ſed ſuperius data explicatur.

Digitized by Google

Vnde manuum impoſitio non eſt de neceſſitate ſacramenti, ideo ſi omittatur ſacramentum non erit nullum c. fin. de ſacram. non iterandis, ibi communis, & communior ſecundum Ledeſmam 10. difficult. quare ſubſtantia ſacramenti conſiſtit in illa forma (Accipe poteſtatem offerendi ſacrificium pro viuis, & deffunctis) cum primum tangitur materia ab ordinando, ibique character imprimitur quia illa verba (in Nomine Patris, &c.) non ſunt de neceſſitate ſacramenti vt diximus eſſe in baptiſmo & confirmatione propter fidei profeſſionem.

19. Ex quibus Soto, dicto art. 4. Ledeſma difficult. 4. cum aliis ſupra multis ſanctorum authoritatibus probant poteſtatem offerendi ſacrificium eſſe maximam, & inde plura deducunt vt contrariis ſatisfaciant argumentis.

20. Primo deducitur in poteſtate ſacrificij non eſſe maiorem Epiſcopum ſacerdote qnamuis in diſponendo populum ad ſacramentum, & in dignitate, & officio excellentior ſit Epiſcopalis ordo, vt iure notiſſimum eſt, & contra hæreticos definitum Trident. dicta ſeſſ. 23. de ſacram. ordinis c. 4. & canone 7. & ideo noua forma traditur in eius conſecratione vt conſtat ex Pontificali, & de neceſſitate ſacramenti requiritur Epiſcopus conſecrans, de neceſſitate præcepti requiruntur tres Epiſcopi, ſic intelliguntur illa iura in cap. Epiſcopi 64. diſtinctione c. Epiſcopus 66. diſtinctione vbi Velamera, Turrecrem. Dominicus, & Præpoſitus, Lancelotus, Contradus in templo lib. 2. c. 5. Ledeſma difficult. 6. Cucus lib. 2. tit. 6. tempus etiam conſecrationis hodie reſtringitur Trident. ſeſſ. 23. de reform. c. 2. & ita intelligunt omnia iura de Epiſcopatus ordine & forma.

Inde ſecundo deducunt illa poteſtate offerendi ſacrificium æqualis eſſe præsbyterum, Epiſcopum, & Pontificem maximum, quia licet Summus Pontifex ſit ſupra omnes dignitates, propter officij amplitudinem, nemini ſubiectus, omnibus ſuperior, ex ipſa Chriſti inſtitutione, ex Euangelij authoritatibus ad primum relatis, &c. ita Dominicus 19. d. cap. ſolite de maioritate, & obedientia cum pluribus relatis à Contrado in templo lib. 2. c. 1. Theſaur. Chriſtianæ religionis c. 1. & 2. à Cuco lib. 2. titulo 2. à Petro Gregor. lib. 15. c. 3. in illa conſecratione Altaris non eſt maior ſacerdote, vt probant omnes ſupra Ledeſma difficult. 7. Maiolus de irregularitate lib. 2. c. 4. imo nec eſt ſacramentum, nec imprimit characterem, nec confert gratiam ex opere operato vt ſacerdotij ordo habet, tamen ſingularem conſecrationis formam ab Epiſcopo Hoſtienſi exercendam, & Pontificalis ritum verè ferunt ſupra allegati, & Petrus Gregor. lib. 17. c. 14. num. 9. & ſic de ſingulis inferioribus. ſoluitúrque quintum. 21.

Ad ſextum de miniſtro prior ſit propoſitio ſacramenti ordinis miniſtrum eſſe dumtaxat ex officio Epiſcopum de fide Catholica obſeruandum, ita in cap. Cleros in cap. in nouo 21. diſtinctione in c. perlectis 25. diſtinctione in c. quanto de conſuetud. in c. cum quidam de temp. ordinat. c. vnico de ſcrutinio in ordine 22.

faciendo ex Conc. Conſtantinopolitano ſeſſ. 8. Toletano 7. c. 8. Florent. & Trident. ſeſſ. 23. de ſacram. Ordinis c. 4. & canone 7. Diu. Thom. 3. part. quæſt. 72. articulo 11. in addit. ad 3. part. quæſt. 38. art. 1. in 4. d. 25. quæſt. 1. art. 1. vbi omnes, & Soto, Palatius, Oſius, Caniſius, Sonnius vbi ſupra, Ledeſma difficult. 11. Maiolus de irregularit. lib. 4. cap. 22. Cucus lib. 5. titulo 8. Theſaur. ſacerd. 1. part. fol. 115. quod hodie apertè confirmatur, ſicut enim data fuiſſet poteſtas Abbatibus conferendi minores ordines cap. quoniam 59. diſtinctione cap. cum contingat de ætate, & qualitate c. Abbates de priuilegiis lib. 6. frequentiſſimúmque eſſet, Trident. abrogatum eſt ſeſſ. 23. de reform. cap. 10. ad ſolóſque Epiſcopos pertinet. Vnde hodie propria authoritate ſolus Epiſcopus miniſter eſt, Pontificis tamen maximi commiſſione quilibet ſacerdos poterit eſſe miniſter ordinum minorum, vt ex cap. peruenit 95. d. communis eſt in cap. quanto de conſuetudine ſecundum Theologos, & Pontificios, Soto, Ledeſma & alios ſupra, Coua. reſolutionum lib. 1. c. 10. num. 9. quod ſanè accipiendum eſt in ſacerdote, quia ſicut poteſt Pontifex ea, quæ ſunt iuriſdictionis etiam laico committere c. præter verſiculo ſcribit Beatus Gregor. 32. d. c. Menam. 2. quæſt. 2. communis in c. 2. de iudiciis, ita ea, quæ ſunt ordinis ſacerdoti iuxta Eccleſiæ vſum, ſed non ſubdiacono vel diacono, ratio eſt potiſſima, quia conſideramus corpus Chriſti verum, & myſticum, myſticum vocamus Eccleſiam vt circa corpus Chriſti verum non maiorem poteſtatem habet Epiſcopus, vel Papa, quam ſacerdos, vt Theologi, & Pontificij probant ſecundum Maiolum de irregul. dicto lib. 2. c. 4. B. Ledeſma de ordine difficult. 6. & 7. Theſaur. ſacerd. 1. part. fol. 115. ſed circa corpus myſticum excellentior eſt Epiſcopi poteſtas dicta ſeſſione 23. cap. 4. & canone 7. & pleniſſima Pontificis maximi, ſed quia poteſtas circa corpus myſticum ſupponit poteſtatem, circa corpus Chriſti verum non committitur poteſtas conferendi ordines minores, niſi ſacerdoti, nec maiores niſi Epiſcopo, & ita ab Eccleſia receptum eſt.

Inde diſputatur. Primò an huius ſacramenti miniſter ſit Epiſcopus hæreticus, Schiſmaticus vel Apoſtata, & non eſſe legitimum miniſtrum probatur 1. ex cap. extra Catholicam 72. 1. quæſtione 1. vbi extra Eccleſiam non eſt verum ſacrificium. Secundo, quia ordinatus hæreticus non eſt ab Eccleſia recipiendus cap. 1. & 2. c. conuenientibus 4. verſiculo conſtantibus 1. quæſtione 7. Tertio quia ordo ab hæreticis ſuſceptus debet iterari textus in cap. Daiuertum 24. quæſt. 7. ergo nullum ordinem recipit. Contrarium tamen probatur quia malitia miniſtri non detrahit ſacramento c. intra Catholicam 78. cum multis 1. quæſtione 1. Secundo quia Epiſcopi delictum ſacramento ordinis non nocet cap. Dominus declarauit 88. c. Chriſtus 89. c. non nocet 90. 1. quæſt. 1. 23.

In qua difficultate obſeruandum eſt ordinem ab hæretico ſuſceptum contra Eccleſiæ formam, & ritum nō

eſſe verum ordinem, ac proinde omnino ab Epiſcopo Catholico ſuſcipiendus eſt, qua in ſpecie obtinet. ca. Daiuertum cum aliis. cæterum obſeruata Eccleſiæ forma ab hæretico Epiſcopo verum ordinem, & characterem ſuſcepiſſe ſecure affirmandum eſt, ex dicto cap. quod quidam cum aliis, ſed peccant Mortaliter, nec gratiam ſuſcipiunt & irregulares ſunt, ſi ignorabant eſſe hæreticum, cum cauſæ cognitione ab Epiſcopo diſpenſabiles, ſi ſciebant à ſummo duntaxat Pontifice, ita intelliguntur illa iura, & cap. 1. cap. Fraternitati de ſchiſmaticis, & ita accipienda eſt communis in dictis iuribus ſecundum plures allegatos, & Paul. Borgaſium de irregul. 1. part. quæſt. 6. nu. 16. Mayolum de irregularit. lib. 4. c. 22. B. Ledeſma difficult. 12.

24. Secundo inde diſputatur de recipiẽte ordinem ab Epiſcopo ſimoniaco, quia neque ordinem recepiſſe, & ab ordine alienum eſſe probatur in c. gratia 1. c. quicunque 12. 1. quæſt. 1. Contrarium tamen imo vere ordinatum manere probatur in cap. de ſimoniacæ ca. per tuas 2. & 3. de ſimonia, in qua difficultate eſt repetenda ſuperior reſolutio verum ordinem recipere, ſed irregularem manere, & ita intelligi dicta iura ſecundum eoſdem, & Mayolum cap. 23. Cæterum non obſeruata Eccleſiæ forma diximus nullum eſſe ordinẽ nec characterem ex dicto c. Daiuertum cum aliis, quia hæreticus ſua authoritate nihil habet & ita nihil conferre poteſt ex illo textu, & aliis, atſi Eccleſiæ formam obſeruauerit confert Eccleſiæ nomine, dum tamen intẽdat facere quod facit Eccleſia vt diximus de Iudæo hæretico vel pagano baptiſmi miniſtro.

Vnde deducitur primo quod licet Epiſcopus hæreticus ordinem conferat proferens verba ab Eccleſia præſcripta cum intentione tamen non conferendi ordinem, nec ordo nec character recipitur, quia intentio eſt de ſubſtantia ſacramenti vt ex Diu. Thom. 3. part. quæſt. 68. art. 1. & aliis diximus, & definitum Trid. ſeſſ. 7. de ſacram. canone 11. Vnde fit. Secundo quod ſi in ordinando defecerit intentio nec ordo nec character imprimitur, quia eſt propriè fictus, fictum autem fugit Spiritus ſãctus. Sapientiæ 1. in quo repetendum eſt, quod de baptiſmo diximus. 25

Fictum dupliciter accipi dicimus, propriè, & impropriè, Propriè fictus dicitur qui habet intentionem negatiuam non recipiendi Ordinem, quo caſu nec Ordinem nec characterem ſuſcipit ſed grande ſacrilegium committit. Secundo impropriè fictus dicitur ille, qui Ordinem recepit ficta intentione, ſed non principaliter propter religionem, & charitatem diuini cultus, & offerendi ſacrificium pro viuis, & defunctis vt ſupra, ſed ad vitandum ſeculare iudicium, vel propter ambitionem dignitatis vel officiis, beneficij, vel adminiſtrationis, quo caſu ordinem, & charecterem recipit, cum peccato tamen, quo per pœnitentiam ſublato in baptiſmo recedit fictio non tamen impedimentum irregularitatis, quod propter irreuerentiam ſacramento illatam contractum fuit depoſitione dignum, argumento textus in cap. præſentium. 7. qu. 1. c. officij 38. de electione vbi- 26.

2. *Matrimonium vtrum iure naturali ſit inſtitutum, & 3. & 4.*
5. *Ius naturale vtrum ſub præcepto obliget, & obligare probatur.*
6. *Argumenta in contrarium traduntur.*
7. *Naturalis matrimonij lex ſub præcepto obligat omnes, non tamen ſingulos.*
8. *Qua authoritate matrimonij præceptum fuit inſtitutum traditur.*
9. *Traditur intellectus ad principium ſeſsionis 24. Conc. Tridentin. ex quo intellectu plures authoritates declarantur.*
10. *Reſpondetur ad argumenta de quibus num. 6.*
11. *Traditur intellectus ad illa verba Matth. 20. videlicet, Filij huius ſeculi nubunt, quia in alio ſeculo vxores non ducunt.*
12. *An quæcunque hominis fornicatio citra matrimonium ſit illicita.*
13. *Reprobatur Bartholi doctrina dicentis iure naturali licitam fuiſſe fornicationem.*
14. *Traditur error gloſſæ in l. 1. § ius naturale dicentis tam ad fornicationem, licitam, quam illicitam iure naturali impelli.*
15. *Traditur error dicentium matrimonium hodie eſſe, quod olim erat libera viri, & mulieris coniunctio, quaſi iure naturali permitteretur coniunctio.*
16. *Reprobatur ſententia aſſerentium iure naturali nullam fuiſſe naturalis, & legitimi differentia.*
17. *Aſsignatur intellectus ad authent. quibus modis naturales efficiantur legitimi §. liceat igitur & ad authent. quibus modis naturales efficiantur ſui §. natura.*
18. *Simplici fornicationi, vtrum hodie imponatur pœna iure Canonico, aut Ciuili.*
19. *Concubinam habere, an antiquitus fuerit permiſſum iure ciuili, & Canonico.*
20. *Iure Canonico nunquam licuit habere concubinam.*
21. *Quo in ſenſu concubina antiquitus accipiebatur, à Cicerone, & aliis, & quomodo à iure.*
22. *Concubinatus propriè, & impropriè ſumitur, & quid de vnoquoque.*
23. *Concubinatus an damnatus fuerit à Iuſtiniano, & de intellectu c. 15. qui & c. Chriſtiano. 34. d.*
24. *Traditur intellectus legis, ſi vxor. ff. ad l. Iuliam de adulteris.*
25. *Conuincitur error opinantium Sanctos Patriarchas potuiſſe abſque diui-*

Digitized by Google

rochi, & teſtium.

52. *Enarrantur cauſæ, propter quas poteſt Epiſcopus denuntiationes omittere.*

53. *Denuntiationes an poſsint remitti in totum vel in partem (ſecundum ſeriem verſiculi idcirco) ab alio quàm ab Epiſcopo.*

54. *Proprius parrochus quis dicatur.*

55. *Publicationum effectus quis ſit.*

56. *Publicationes à quo parrocho viri, vel mulieris ſunt faciendæ.*

57. *Verba illa verſiculi idcirco (in facie Eccleſiæ) quo iure accipiantur.*

58. *Proponuntur tres quæſtiones circa illa verba eiuſdem verſiculi (mutuo eorum conſenſu intellectu).*

59. *In matrimonio mutuus conſenſus neceſſarius eſt, non tamen verba contrahentium.*

60. *Conſenſus ad contrahendum matrimonium an ſufficiat ex interuallo medij temporis.*

61. *Matrimonij inter abſentes cum ſpeciali mandato contrahi poteſt.*

62. *Matrimonium contractum per procuratorem, an ſit ſacramentum.*

63. *In matrimonio contrahendo parrochi præſentia moralis, & politica requiritur.*

64. *Matrimonium in quo parrochus coactus, vel inuitus eſt an teneat.*

65. *Parrochus an ad validitatem matrimonij debeat intelligere contrahentium verba.*

66. *Parrochus miniſter eſt huius ſacramenti, vt deprehenditur ex interpretatione verſiculi vel dicat (ego vos coniungo &c.)*

67. *Hæc verba (ego vos coniungo &c.) quid importent ad validitatem matrimonij.*

68. *Hæc verba (ego vos coniungo &c.) pro ſolemnitate matrimonij conſtituuntur.*

69. *Solemnitas hæc debet à parrocho obſeruari ſecundum loci conſuetudinem.*

70. *Traditur ſeries verſiculi qui aliter, eiuſdem c. 1.*

71. *In matrimonio contrahendo qualis requiratur præſentia parrochi, & teſtium. de quo in num. 63.*

72. *Teſtes in matrimonio contrahendo an debeant eſſe omni exceptione maioris.*

73. *Parrochi, & teſtium præſentia in contrahendo matrimonio eſt de neceſsitate matrimonij quamuis non de ſubſtantia.*

74. *Quid innouatum ſit à Conc. Trid. circa validitatem matrimonij.*

Digitized by Google

75. *Diſputatur an quemadmodum irritatur hodie matrimonia ſine parrocho, & teſtibus contracta ſponſalia de futuro.*
76. *Traditur intellectus cap. ex litteris, & c. requiſiſti de ſponſalibus.*
77. *Quid hodie circa ſponſalia de futuro obſeruetur circa recedentem à promiſſione.*
78. *Iura probantia ſponſalia de futuro, copula ſuperueniente tranſire in matrimonium de præſenti hodie reprobantur per verſiculum qui aliter.*
79. *In contrahendo matrimonio proprij parrochi præſentia neceſſaria eſt, & quis dicatur proprius parrochus.*
80. *Proprij parrochi præſentia ita neceſſaria eſt vt ſi in alia parrochia contrahatur matrimoniũ parrocho illius parrochiæ præſente matrimonium non teneat.*
81. *In commorantibus in aliena parrochia domicilij cauſa, vel in vagabundis non habet locum ſuperior limitatio.*
82. *Parrochus in matrimonijs contrahendis præſens eſſe debet, vel alius de eius licentia.*
83. *Præſentia parrochi vel eius licentia requiritur etiamſi præsbiter non ſit.*
84. *Parrochi præſentia neceſſaria eſt, etiam ſi poſt annum non fuerit ſacerdotio initiatus, idem etiam ſi duo beneficia incõpatibilia habeat, idem in habente iniuſtum titulum.*
85. *Præſentia parrochi neceſſaria eſt non ſolum quando ſit ei datus coadiutor propter defectum litterarum, verum etiam quando ſacramentorum adminiſtratio interdicta eſt.*
86. *Matrimonium non valet coram parrocho cui datur coadiutor, quando furioſus, vel mente captus eſt.*
87. *Si contrahentes ſunt diuerſarum parrochiarum in vtraque debet fieri publicatio, quamuis matrimonium in qualibet earum.*
88. *Matrimonium quamuis coram parrocho non præsbitero teneat tamen neceſſe eſt, vt qui præſens eſt de eius licentia ſacerdos ſit.*
89. *Commiſſarium ſufficit eſſe ſacerdotem, quamuis non habeat beneficium curatum.*
90. *Matrimonium contractum ſine parrochi licentia nullum eſt, & contrahentes inhabiles reddit ad ſic contrahẽdum, qui cum teſtibus & parrocho puniendi ſunt proprij Epiſcopi arbitrio.*
91. *Traditur ratio propter quam Conc. Trid. licitum fuit annullare matrimonium ſine parrocho & teſtibus contractum.*

92. *Inhabilitas proueniens ex matrimonio contracto ſine parrocho, & teſtibus, non eſt pœna contrahentium, ſed declaratio vt matrimonium ſic contractum non teneat.*

93. *Contrahentes ſine parrocho, & teſtibus quamuis inhabiles maneant ad ſic contrahendum, habiles tamen ſunt ad contrahendum cum parrocho & teſtibus.*

94. *Inhabilitas hæc proueniens ex defectu parrochi, & teſtium, quamuis reddat inhabiles ad ſic contrahendum cum illa vel altera, tamen habiles ſunt ſi cum parrocho & teſtibus fiat matrimonium cum illa vel altera.*

95. *Summus Pontifex tantum poteſt diſpenſare ſuper inhabilitate matrimonij contracti ſine parrocho & teſtibus.*

96. *Omnia iura inducētia matrimonia de præſenti per tacitum vel expreſſum conſenſum ſublata eſt hodie à Tridentino.*

97. *Ceſſat hodie diſputatio. Vtrum ſi matrimonium contrahatur ſub honeſta conditione, ea ſuperueniente neceſſaria ſit noua voluntas cum verè neceſſaria ſit coram parrocho, & teſtibus.*

98. *Impleta conditione ſponſaliorum de futuro ſponſalia cenſentur cōtracta, & recedens compellitur adimplere.*

99. *Matrimonium vel ſponſalia contracta intra quartum gradum ſub conditione ſi Papa diſpenſauerit nullam inducunt obligationem ante diſpenſationem.*

100. *Matrimonium coram parrocho, & teſtibus contractum cognito impedimento, impedimenti diſpenſatione ſuperueniente neceſſarius eſt nouus conſenſus.*

101. *Parrochi, & teſtium præſen[illegible] imminente ſcandalo, an remitti poßit, vel ſuper eo ab Epiſcopo diſpenſari.*

102. *Si poſt matrimonium contractum iuxta Tridentini formam cognoſcatur alterum eſſe ſeruum, cui de nouo liber adhæret, quamuis non vt matrimonium valeat, valet tamen vt ſponſalia de futuro.*

103. *Matrimonium coram parrocho & teſtibus contractum, ſi ex aliquo impedimento fiat, nullum tranſit in ſponſalia.*

104. *Matrimonium contractum ſine parrocho, & teſtibus tranſit in ſponſalia de futuro.*

105. *Traditur ſeries verſiculi, inſuper eiuſdem cap.* 1.

106. *Explicatur verſiculus præterea.*

Digitized by Google

107. *Declaratur verſiculus ſtatuit.*
108. *Elucidatur mens verſiculi habeat.*
109. *Proponitur hortatio verſiculi poſtremo.*
110. *Agitur de verbo finali.*

1. SICVT enim ordinis ſacramenti Eccleſiæ militantis maieſtatem gubernari, ſpiritualiterq; augeri ſatis compertũ eſt, ita magno matrimonij ſacramento ampliari corporaliterque multiplicari certiſſimum eſt, res vere diuina ab ipſo naturæ & rerum authore inſtituta in mundi principio, atque in innocentiæ ſtatu tanquam officium poſt noxam tanquam remedium à Chriſto reformata, & in ſacramentum erectã à Trid. eius obſeruatio in varias formas mutata ſeſſ 24. de reform. matrimonij.

Ad cuius exactam cognitionem ſciendum eſt. Primo matrimonium à quo fuerit inſtitutum. Secundo quid ſit. Tertio quotuplex ſit. Quarto qua materia. Quinto qua forma. Sexto quo miniſtro. Septimo quo vſu.

Ad primum tria diſputantur. Primo an à iure naturæ. Secundo an ſub præcepto. Tertio quid à Chriſto effectu ſit.

Primo itaque iure naturali matri-
2. monium inſtitutum fuiſſe probatur, homo animal eſt politicũ ciuile. Naturaliter, Geneſeos primo (faciamus ei adiutorium ſimile ſibi) ſed magis eſt animal coniugale, ergo coniugium in homine naturali iure inſtitutum eſt. Secundo indiuidui conſeruatio iure naturali inſita eſt, ſed homines cõſeruari abſque matrimonio rectè fieri nõ poteſt, ergo homini matrimoniũ naturale eſt. Tertio maris, & fœminæ cõiunctio per matrimonium à iure naturali prodita eſt l. 1. §. vis autem naturale ff. de iuſtitia, & iure §. ius naturale inſtituta de iure naturali gentium, & ciuili c. ius naturale, prima diſtinctione. ergo iure naturali inſtitutum eſt.

Contrarium imo non eſſe de iure naturali probatur. Primo quia natura omnia animalia docuit dicta l. 1. dicto c. ius naturale, ſed in animalibus per vtriuſque ſexus commiſtionem fit cõſeruatio, ergo & in homine fieri poteſt. Secundo ius naturale perpetuum, & immutabile eſt. §. ſed naturalia Inſt. de iure naturali c. fi. de conſuetudine, ſed matrimonium non fuit in homine perpetuũ, quia homines agreſtes ſine matrimonio, ſine lege, ſine certa prole degebant, ergo non eſt de iure naturali. Tertio ius naturale eſt ſine quo intentio naturæ defendi non poteſt, ſed intentio naturæ, id eſt ſpeciei conſeruatio ſine matrimonio ſaluari poteſt per maris, & fœminæ cõiunctionem, quod non eſt de iure naturali.

Priorem obſeruamus veriſſimã, & Catholicam à iure naturali inſtitutũ eſſe, quia lex quæ de matrimonio eſt, non cum ſcripta, ſed cum orta fuit lex eſt, orta autem fuit à mundi exordio ſtatim cum ipſa natura, quia ſicut homo naturaliter politicum, & ciuile animal eſt curaſque cum homine partiri natura deſiderat. Vnde adiutorium ſimile tibi diuino oraculo adeptus eſt, ita, & fortius ad propagationem ipſa natura impellitur, quia magis naturaliter coniugale quàm politicũ eſt teſte

Digitized by Google

Ariſtotele 8. Ethicorum, quod cum aliter fieri natura nequeat naturali omnium ingenio ad matrimonium recipitur. Vnde non ſolum à principio natura matrimonium instituit ſed & appetentiam procreandæ ſobolis hominibus ingenerauit, ita dicit, Maſculum, & fœminam creauit eos,&c. Geneſ. c. 2. & 3. 9. & 24. Matth. 19. dicto c. ius naturale cap. omne 10. c. ſunt qui 19. cum aliis 27. quæſt. 2. c. ſicut 31. quæſt. 2. c. 2. de tranſlatione Epiſcopi c. debitum de bigamis cap gaudemus de diuortiis c. 2. c. fraternitatis, de frigidis, c. 1. de voto in ſexto communis ſecundum vtramque ſcholam, Pontificiam, in dictis locis, & relatis à Coua. in 4. 2. part. c. 1. num. 6. à Petro Gregor. Syntagmatum lib. 9. c. 1. Theologam ex Diuo Thom. in addit. ad 3. part. quæſt. 41. art. 1. in 4. d. 26. q. 1. art. 1. ibi Soto, & Palatios, Ledeſma de matrimonio difficul. 1. & 2. ſpeculum coniugiorum 1. part. art. 1. Oſius in confeſſione Polonica c. 55. Caniſius in Catheſi de matrimonio art 1. Sonnius de matrimonio c. 1. Alanus de ſacram. in genere c. 5.

3. Nec obſtant in contrarium adducta, ad quorum interpretationem imprimis conſtituendum eſt non dubitari an maſculi, & fœminæ in coniunctione conſenſus naturalis ſit, ſed an in eis ſingulare ſit ad nuptias deſiderium. Secundo conſtituo matrimonij duplicem finem eſſe, alterum primum, & principem legitimæ prolis procreandæ, & nutriendæ, de quo ſatis conſtat ex prædictis authoritatibus, alterum minus principalem, & ſecundarium mutui obſequij, & ſocietatis reciprocæ, de quo etiam conſtat ex eiſdem authoritatibus, idcirco appellantur ſocij diuinæ, & humanæ domus in l. aduerſus C. de crimine explicatæ hæreditatis. Tertio conſtituo aliquid eſſe de iure naturali dupliciter accipi. Primo quando ex principiis intrinſecis neceſſario cauſatur vt dicimus, omne graue naturaliter deorſum, vt lapidem aquam, omne leue ſeorſum tendere, vt ignem fumum. Secundo quando natura ad aliquod inclinat, ſed libero arbitrio complementum accipit ita dicimus homini naturaliter virtutem ineſſe, non quod habitus perfectè virtutis reperiantur neceſſariæ, ſed quod mediante libero arbitrio illa inclinatio impleatur per operationes noſtras, ideſt per aſueſactionem in operibus vt optimè docuit Diu. Thom. 1. 2. quæſt. 51. art. 1.

Quarto, conſtituo matrimonium iure naturali inſtitutum eſſe, non iuxta primum modum quia ex principiis intrinſecis neceſſario non cauſatur, ſed iuxta, ſecundum modum, quoniam inclinatio naturalis propagandi cauſa per liberum arbitrium complementum accipit, idcirco alij natura nuptias deſiderant, alij execrantur.

Quinto, conſtituo naturalem matrimonij inclinationẽ vtrunque ipſius finem comprehendere priorem legitimæ ſobolis procreandæ, & erudiendæ, quoniam ſi propagationem hominum natura deſiderat ipſius inſtitutionem, & perfectionem vt deſideret neceſſe eſt, quia propter vnumquodque tale, & illud magis, potior enim eſt finis, quam ea, quæ ſunt ad finem l. habeo ff. de ſupellectili legata c. intelligentia c. propterea de

Digitized by Google

verborũ ſignificatione,poſteriorẽ mutui obſequij,quia vir,& mulier animalia sũt politica,ac pinde in re familiari. & politica alter alteri⁹ indiget officio. ita interpretãd⁹ eſt text.in dict.ad. l. cũ aliis,ad quorũ interpretationẽ meminiſſe oportet authoritatis Ariſt.& Ambr. Ariſt.lib. 1. Politic.c.1. verba ſunt (marẽ,& fœminã,quorũ alter alterius indiget ſocietate copulari neceſſe eſt procreãdi cauſa idq. nõ cõſilio,ſed natura quemadmodũ cæteris animãtib⁹ inſitus eſt naturę appetitus, alterũ ſibi ſimile relinquẽdi.ſocietas igitur nãlis per cõſuetudinẽ quotidianã cõſtituta dom⁹ eſt) Ambr. lib.de paradiſo c. 11. verba sũt (in viro & muliere dom⁹ videtur q̃dã plena eſſe perfectio,qui ſine vxore eſt quaſi ſine domo ſit,ſic habetur, ſicut enim vir publicis officiis,ita mulier domeſticis miniſteriis habilior exiſtimatur) ex quibus facile interpretamur l.primã ff.de vſu nuptiarũ l. aduers⁹ C.de crimine expilatæ hæreditatis principiũ inſtit.de patria poteſtate. Principiũ 27.q.2.c.illud in fine de preſumpt.dicta l.1.de iuſtitia,& iure,dicto §. ius naturale,& dicto c. ius naturale.

His ita cõſtitutis nõ obſtant argum.1. naturã docuiſſe oĩa animalia vt in dicta l.1.§.i⁹ nãle ff. de iuſt. & iure §. ius nãle inſtit.de iure nãli c.i⁹ nãle 1. d. qa reſpõdetur docuiſſe vtiq; & non eodẽ modo, quia docuit animalia tãq̃ rõne carẽtia,homines autẽ iuxta rationem. Ad cuius cognitionẽ ſciendũ eſt nãlẽ hominũ inclinationẽ dupliciter intelligi.1.modo prout cõuenit naturæ generis,genere eñ animalia,& homines nãliter participãt,nẽpe in cõſeruatiõe indiuidui,in corporis defẽſiõe in quærẽdo nutrimẽto. Alio modo prout cõuenit naturę differẽtię,vel ſpeciei quo caſu, diſtinguitur homo à cęteris animalibus nempe in actu patientiæ, vel temperantię,vel rationis, conuenit enim homini quatenus eſt homo non quaten⁹ eſt animal,quod elegãter docuit Ariſt.in loco ſupra allegato,quod eñ in animalib⁹ inſitũ natura apetitũ, alterũ ſibi ſimile relinquẽdi dixit id in marẽ & fœmina nãlẽ ſocietatẽ,& domũ perpetuã appellat, alterũq; altero indigere,& matrimonio copulari docuit Ambroſiuſq; explicauit,quod nõ ignorauit Vlpianus in d.l.1.§.ius nãle, neq Iuſtinian⁹ in dicto §.ius naturale nec Hyſidorus in dicto c.i⁹ nãle, dicũt enim maris, & fœminæ coniunctio, quã nos matrimoniũ appellam⁹,quod etiam ad homines non ad cætera animantia referri palam eſt vt latius explicant Diu. Thom. & alij ſuprà.

Nec obſtat.2. quia in ſylueſtribus,& feris hominibus nullã fuiſſe legis,nec matrimonij certitudinẽ ex veteribus cõſtat,nõ tamen ex defectu naturæ ſed ex defectu rationis, illi eñ barbari, & agreſtes cõtra naturæ rationẽ,nec certã mulierẽ, nec ſobolẽ habebãt idcirco reprehenduntur à Cicerone lib. 1.de inuẽtione ſicut & ab Ariſtotele reprehenditur etiã Socratis Reſpublica oĩa debere eſſe cõmunia, vxores, liberos, & bona ex quib⁹ etiã plures pẽdẽt hæreſes contra matrimonij dogmata, & naturã, alia nuptias eſſe illicitas, opinatur,alia priores legitimas, ſecundas illicitas,alia nõ eſſe ſacratũ, alia poſſe ſimul habere plures vxores, alia pro cõiugũ arbitrio nuptias diſſolui, vt latius conuincũtur à ſupra allegatis,& à Caſtro aduers⁹ hæreſes verbo nuptiæ.

Nec obſtat 3. qa reſpõdet ſatis reſolutũ eſſe ad generationem ſufficere nãlẽ cõcubitũ,ſed ad generatiõis inſtitutio-

Digitized by Google

nē,& perfectionē,& debitā matrimonij materiā ſocietatē indiuiduā exigi in viro,& muliere,nec aliter poſſe rectè ſpeciei cōſeruationē fieri ex Ariſt. Ambr. D. Tho. & aliis, Victoria in relectione de matrim. n.2. finitúrq. prior diſputatio.

5. Secunda an matrimoniu iure naturali de præcepto obliget, eiuſque obligatio duret, obligare, & durare probatur. 1. matrimoniu iure nāli inſtitutū eſt vt ſatis probauimꝰ in pręcedēti, ſed iuris naturalis præceptū sēper obligat, ergo & matrimoniu 2. diuino teſtimonio pręceptū eſt. (Creſcite,& multiplicamini, & replete terrā) Gen. c.1. & 9. ad matrimoniúq; referri communior Theolog. ſchola profitetur, ergo præceptū eſt. 3. matrimonij natura à Chriſto cōfirmatur. Matth.19. repudiu em̄ à Moyſe permiſſum fuiſſe propter Iudæorū duritiā ibi teſtatúrque ibi Dominū dixiſſe (vos autē non ſic) egro matrimonij pręceptū ibi confirmauit (quos Deus coniungit &c.) c. quos Deus 33. q. 2. cum aliis.

6. Contrariū imo nō obligare ſub pręcepto probatur 1. quia ſi matrimonium obligaret ſub præcepto ſequeretur oēs ab origine mundi matrimonio copulatos fuiſſe, aut cōtra legē nālem peccaſſe hoc autē falſum eſt cōſtat em̄ plures ſāctitate pręſtātes à nuptiis abſtinuiſſe adeo vt Theophraſt. docuerit ſapientibus expedire vxores nō ducere, ergo & illud ex quo ſequitur. 2. quia Pauli 1. ad Cor. c. 7. dogma eſt qui virginē ſuā matrimonio cōiūgit meliꝰ facit, ergo contra pręceptū naturale. 3. quia Matth. 19. beati exiſtimantur, qui ſe propter Deū caſtrauerūt, id eſt, cōtinentiā obſeruāt, ſed nō ita iuberet cōtra præceptum naturale.

7. In qua difficultate vera eſt, & Catholica propoſitio naturalē matrimonij legē ſub præcepto obligare oēs nō tn̄ ſingulos. ad cuiꝰ explicationē ſciendū eſt nālē inclinationē ſuperius explicatā dupliciter intelligi, vno modo quoad perfectionē multitudinis, alio modo quoad perfectionē vniꝰ. Vnde in Repub. bene cōſtituta reperiūtur plura officia miniſteriáq; ſeparata, quibꝰ omnibꝰ Reſp. indiget nō tn̄ oēs perſonæ idē exercent miniſteriū, nec ad vnū oēs obligātur: cęterū in defectu poſſe obligari eos, ꝗ illud ſuplere poſſunt certiſſimum eſt, ita matrimonij præceptū oēs tāquā multitudinē non tn̄ ſingulos, niſi immineret neceſſitas conſeruādi ſpeciē vt infra. ita docuit D. Tho. in add. ad 3. p. q. 41. art. 2. & in 4. d. 26. q. 1. art. 2. ibi Soto, & Palatios, Caniſiꝰ de cœlibatu Epiſcopꝰ, Ledeſma difficult. 3. inde interpretamur vtriuſq. partis argu. Vnde 1. diximꝰ matrimoniū iure nāli eſſe inſtitutū, iuſq. nāle sēper durare quia iuxta ſuperiorē interpretationē veriſſimū eſt nāle matrimonij pręceptū ab origine mūdi obligaſſe oēs cōmuniter, non tn̄ ſingulos determinatè vt ſtatim explicabimus.

8. Secundo inde explicatur argum. 2. ad cuius cognitionē repetēdū eſt interpretes dubitaſſe qua authoritate matrimonij præceptū fuerit inſtitutū, alij affirmāt illis verbis (nō eſt bonū hominē eſſe ſolū faciamꝰ ei adiutoriū ſibi ſimile) Gen. 1. alij dictis verbis (creſcite & multiplicamini &c.) dicto c. 1. & c. 9. alij ibi (hoc nunc os ex oſſibus meis) Geneſ. 2. alij ipſo facto cū deducta fuit coſta ad formandā mulierē vt refertur in principio 27. q. 1. & in principio 32. q. 2. in c. debitū de bigamis in c. gaudemus §. verum de diuortiis, in c. fin. de frigidis, & maleficiatis, quamuis autē non ex authoritate (creſcite, &c.) ſed ex illa (hoc nunc os ex oſſibus meis) inſtitutū fuiſſe probet gloſ. in ſumma

Digitized by Google

17. quæſt. 1. itaque inclinet ſpeculum coniugiorum 2. part. art. 1. Communior tamen eſt proditum eſſe illa authoritate (creſcite &c.) gloſ. verbo benedictio in principio 32. quæſt. 2. gloſ. verbo inſtitutor in c. fin. de frigidis. D. Thom. vtroque loco ſupra relato magis communem dicit eſſe Soto d. 26. quæſt. 1. art. 2. B. Ledeſma difficult. 3. Sonnius de matrimonio c. 1. Petrus Soto de inſtitutione ſacerdotum lectione 1. & 2. de matrimonio. Contra eam tamen communem nouiſſimè Theſaurus ſacerd. 1. part. de ſacram. matrimonij folio 119. colum. 4. defendit inſtitutionem ex illa authoritate (hoc nunc os &c.) communémque reprehendit ex cap. vnico de voto lib. 6. quia illa authoritas. (creſcite &c.) pertinet ad bruta animalia, non tamen allegat Trident. ſeſſ. 24. in principio ibi aperte conſtitutum eſt. Cæterum Theſauri argumenta facilè ſoluuntur, quoniam in vn. c. vnico non probatur, & authoritas (creſcite) licet brutis conueniat, & hominibus cõuenit, illis per generationem commiſſionem, iſtis per matrimoniũ, vt ſatis reſolutum eſt ſupra. Vnde cõmunior, & breuior eſt, nec obſtat Trident. quia ſub ſacra Eccleſiæ correctione obſeruandum eſt matrimonij inſtitutionem inchoaſſe ex illis verbis (non eſt bonum eſſe &c.) præceptum ex illis. (creſcite &c.) matrimonij autem naturam, & legem ex illis (hoc nunc os &c.) naturam dixi ad ſignificandum matrimonij ſanctiſſimum nexum, & perpetuum fœdus, & indiſſolubile vitæ conſortium, ad excludendamque poligamiam, & quacunque citra matrimonium maſculi, & fœminæ coniunctionem vt latiùs infra.

Qua in ſpecie interpretandum eſt 9. principium Conc. Trid. ſeſſ. 24. vbi allegatur dicta authoritas (hoc nunc os ex oſſibus meis) ad explicandũ perpetuam matrimonij indiſſolubilitatem, ſtatimque in §. 1. obſeruatur matrimonij natura, ita tenendum eſt, vt infra latius ex quibus ſatis apparet matrimonij obligationem ſub præcepto eſſe, præceptum autem obligare in communi non tamen in ſpecie, nec repugnat ea authoritate (creſcite &c.) omnes in ſpecie obligari, quia iuxta ſuperiorem interpretationem eodem modo obligauit, & obligat, quoniam in dicto c. 1. Geneſis omnes in ſpecie aſtringi certum eſt, propter hominum paucitatem, eadémque ratione eadem fuit obligatio c. 9. Geneſ. poſt dilluuium enim octo duntaxat perſonæ remãſerant, & iccirco propter multiplicationis neceſſitatem omnes comprehendi veriſſimum eſt, ità & hodie imminente ſimili neceſſitate in aliquo regno vel prouincia idem obſeruandum foret abſque nouo præcepto, quoniam illud primum perpetuum eſt, itaque dicto c. 9. non fuit nouum, ſed primum executioni propter inſtãtem neceſſitatem mandatum. Tertio inde explicatur, tertium fundamentum Matth. 19. ex illis verbis (vos autem non ſic) quia vt dicendum eſt matrimonij natura à Chriſto ibi reformatur quoad indiſſolubilitatem poſt cõtractum matrimonium, & nouè quoad alia inſtituitur vt infra latius.

Inde quarto explicatur Primum 10. fundamentum contrariæ partis, nempè ſi eſſet præceptum naturale omnes

compre-

comprehendiſſe, quia certum eſt in communi omnes aſtringi non tamen in ſpecie, ac proinde Helias, Hieremias, Baptiſta, & alij à nuptiis laudabiliter abſtinuerunt, hodieque plures abſtinent inſtante tamen neceſſitate poſſent vtique ad matrimonium cõpelli ex illius præcepti obligatione etiam continentes, clerici, & religioſi vt reſoluunt Soto, Ledeſma & alij ſupra. Quinto inde facile dilluitur. Secundum fundamentum à Diu. Paulo prima ad Corinth. 7. (virginitatis meritum proponi, & continentiæ conſilium) quoniam ex dicto præcepto ſingulos non obligari diximus, idcircóque continentes, virgines, & religioſi perfectiorem ſtatum eligentes maiori digni ſunt premio, inſtante tamen neceſſitate poſſunt, & ipſi compelli. Vltimo inde intelligitur. Tertium fundamentum Matth. 19. vbi laudantur illi qui ſe propter Chriſtum caſtrauerint, eodem enim modo intelligitur eſſe ſtatum perfectiorem, inſtante tamen neceſſitate poſſe omnes compelli vt reſoluunt ſupra allegati, & ita obſeruandum eſt.

11. Inde B. Ledeſma difficult. 2. interpretatur authoritatem Lucæ 20. (filij huius ſeculi nubunt, quia in alio ſeculo vxores non ducunt) ait enim quod ſicut naturali calore homo conſumeretur niſi potu, & cibo reficiatur, ita hominis indiuiduum morte finitur niſi eius ſpecies per generationem reparetur, idcircoque in hoc ſeculo homines nubere neceſſe eſt pro generatione licita, quia in alio ſeculo neque Angeli, nec cæleſtes, nec poſt reſurrectionem mortales vxoribus indigent, & ita obſeruandum eſt.

Ex quibus omnibus deducitur 12. quamcunque hominis generationem citra matrimonialem eſſe illicitam, & improbant etiam ex ſimplici fornicatione, ſic enim appellatur inter ſolutum, & ſolutam quoniam in ſimplici etiam peccatum eſſe mortale Catholica propoſitio eſt, ſi quidem iure diuino naturali & poſitiuo improbatur. Diuino Exodi 20. (non Mæchaberis) c. non mæchaberis 32. q. 6. Deuteron. 23. (non ſit meritrix in filiabus Iſraël) Matth. 5. (qui viderit mulierem & cõcupierit eam iam męchatus eſt in corde ſuo) Pauli ad Galat. 5. & 1. ad Corinth. 6. & 7. refertur que in c. prædicandum 22. q. 1. c. meretrices eſſe 32. q. 4. ibi glos. 1. c. qui viderit 32. q. 5. c. hoc ipſum 33. q. 2. Clementina ad noſtram §. 7. de hæreticis, vbi glos. verbo non eſt, in quo omnes conueniunt ſecundum infra referendos. Naturale, probatur ſatis perſpicuè ex ſupra relatis, nempe matrimonium ſub præcepto inſtitutum fuiſſe lege diuina, & naturali tanquam officium in Innocentiæ ſtatu, tanquam remedium poſt primi parentis lapſum vt conſtat ex authoribus, iuribúſque ſupra allegatis. Rurſus efficaci ratione natura enim omnibus animantibus tempus, vel conſortem pro generatione in vni. præſcripſit eo ordine, vt quibus conſortem dedit tempus non præfinierit vt columbis, turturibus, ciconiis, vel elephantibus, quibus autem conſortem non deſignauit certum perſtringit tempus, quo lapſo, nec fœminã mas appetit, nec appetenti fœmina conſentit. Si itaque hominem pariter ſaltim conſideramus natura ei certam deſignauit conſortem matrimonio

Digitized by Google

copulandam, ergo contra ipſi naturā generationi operam dare extra matrimonium vt fateamur neceſſe eſt, ſicuti in animantibus contra ſuperiorem naturæ ordinem. Contrarium tamen probatur expreſſis iuribus, Authentico quibus modis naturales efficiantur legitimi § liceat igitur. Verſiculo, nec enim collat. 6. cuius verba ſunt (nec enim à principio quando ſola natura ſanciebat homines, antequam ſcriptæ prouenirent leges, quædam fuit differentia naturalis, & legitimi, & Authent. quibus modis naturales efficiantur ſui §. natura collatione 7. quibus ita affirmauit Ricard. de Malumbri. quem contra Ioan. And. defendit Barth. in l. concubinatu ff. de concubinis. Aldericus in l. 1. §. ius naturale ff. de iuſtitia, & iure poſt gloſ. ibi Baldus Nouellus de dote 3. part. q. 7. Ant. Guom. in l. 8. tauri in principio ita interpretantes dictam l. 1. §. ius naturale ff. de iuſtitia & iure §. ius naturale Inſtit. de iure naturali c. ius naturale 1. d. dicitque Ant. Guomeſ. eſſe communem. Vnde deducunt eſſe iure naturali, & ante leges ſcriptas nullam fuiſſe differentiam inter filios ex matrimonio vel ex ſimplici fornicatione, vel contubernio natos, ex dictis Authenticis, & ita interpretantur l. primam, & ſequentibus C. de naturalibus liberis. Inde etiam grauiſſimi Theologi defendunt iure naturæ potuiſſe abſque diſpenſatione Patriarchas habere plures vxores, nec illo iure poligamiam fuiſſe interdictam ſic interpretantes ſacra veteris ſcripturæ teſtimonia relata per totum 32. quæſt. 4. 32. quæſt. 2. ita Durandus in 4. diſtinctione 33. quæſt. 1. Abulenſis ſuper Matth. 19. c. 30. cum ſequentibus, ſequentes Martinum de Magiſtris in tractatu de temperantia opinantem ſimplicem fornicationem non fuiſſe iure naturæ interdictam.

Prima itaque ſententia, & verior eſt, & magis recepta, quamcunque fornicationem non matrimonialem etiam ſimplicem iure naturali illicitam eſſe, & improbant ex dicto cap. Deuteronomij 23. Exodi 20. dicto c. non mæchaberis, dicto c. meretrices cum aliis ſupra Thobiæ c. 3. Danielis 13. prouerbiorum 41. Eccleſiaſtes 9. Pauli multis locis relatis à Caniſio in Catecheſi de Decalogi præceptis, c. 15. & ita accipienda eſt dicta Clementina ad noſtram, & ibi gloſ. non ſolum eſſe peccatum mortale, ſed etiam iure naturali de per ſe malum, & turpe, ita à Theologis, & iuris peritis receptiſſimum eſt, contrariumque defendere hæreticum Diu. Thom. 2. 2. quæſt. 154. art. 2. cum ſequentibus, & in 4. d. 33. q. 1. vbi Soto art. 2. col. 4. idem Soto de iuſtitia, & iure lib. 5. q. 3. art. 3. col. 2. Caniſius de matrimonio art. 1. & dicto c. 15. B. Medina 1. 2. quæſt. 2. art. 5. in fine Ioan. Andr. in cap. ſine culpa de regul. iuris in 6. ſubtiliter Baldus in l. 1. §. ius naturale ff. de iuſtitia, & iure Paulus de Caſtro in l. ex hoc iure num. 7. in fine ff. eodem Couar. dicens Barth. & reliquos nimis audacter locutos in 4. 1. parte cap. 4. num. 8. Iulius Clar. §. fornicatio in principio Menochi, de arbitrariis caſu 289. elegantiſſime Albornoz de arte contractuum lib. 4. in principio, hæreſes receſet Alphonſus de Caſtro.

Digitized by Google

aduerſus hæreſes lib. 4. verbo coitus.

13. Ex qua vera traditione primo deducitur falſam eſſe Bartholi, & ſequentium opinionem, hodieque ſatis periculoſam naturali iure licitam fuiſſe fornicationem.

14. Secundo deducitur erraſſe etiam glos. verbo coniugatio in dicta l. 1. §. ius naturale affirmantem eadem natura homines impelli ad fornicationem licitam, & illicitam à Barth probatam, communiter tamen damnatam ſecundum Zaſium num. 18. Fortunium num. 14. Oroſco nu. 8. ibi, & ſuperiores.

15. Tertio deducitur, erraſſe Barth. & alios in interpretatione dictæ l. 1. §. ius naturale ff. de iuſtitia, & iure, & §. ius naturale Inſtitut. de iure naturali, & cap. ius naturale 1. d. intelligentes matrimonium hodie eſſe quod olim fuerat libera iuri, & mulieris coniunctio, quam dixit communem Guomeſ. in dicta l. 80. tauri in principio, ſed aperte errant iuxta communiorem traditionem, quia nec communis eſt, nec defendi poteſt licet enim I. C. lex diuina fuiſſet incognita, non tamen naturalis ex qua docente Ariſtot. vbi ſupra, quod iure naturali erat brutis appetitus, hominibus, legitima matrimonij coniunctio, & ita interpretanda ſunt illa iura vt ſupra dixeramus, iam apertéque probatur, quod ſi iure naturali adulteria, & inceſtus turpia eſſe, & de perſe mala I. C. agnouerunt in l. probrum 42. ff. de verborum ſignificatione l. fin. ff. de ritu nuptiarum, lege fin. ff. de condictione candara, iure etiam naturale legitimam matrimonij coniunctionem agnouiſſe vt fateamur neceſſe eſt, & ita obſeruandum eſt.

Quarto deducitur erraſſe Ricard. Barth. & Gomeſ. opinantes iure naturali nullam fuiſſe naturalis, & legitimæ differentiam, ex eo quod libera erat illo iure viri, & mulieris coniunctio, apertè enim ex ſuperioribus conuincitur, & duplici errore capiuntur. Primo quia iam euidenter conſtat iure naturali ſolam matrimonij coniunctionem licitam fuiſſe. Secundo quia ex ſacra teſtamenti veteris ſcriptura à principio ipſius naturæ cognita fuit legitimi, & illegitimi differentia Geneſeos c. 21. 22. 25. 26. 30. 34. 36. 38. 39. & aliis multis vt probant ſupra relati, & referendi. 16.

Quinto deducitur errare eoſdem in interpretatione nouellæ 74. ideſt Authentici quibus modis naturales efficiantur legitimi §. liceat igitur Verſ. nec enim, & nouellæ 89. ideſt Authentici quibus modis naturales efficiantur ſui §. natura, interpretãtur enim Ricardus, Barth. Guom. & alij illa verba (nec enim à principio quãdo ſola natura ſanciebat homines antequam leges prouenirent ſcripro quædam fuit differentia naturalis, & legitimi, &c.) & verba dicti §. natura ideo Iuſtinianum docuiſſe iure naturali differentiam non fuiſſe, quia non erat prohibita coniunctio, ita etiã imprudenter ſequitur Cuiatius dicta nouela 74. & quod magis mirandum eſt eam difficultatem ibi omiſiſſe Anton. Auguſtinum in ſcholiis ad eandem nouelam, falſam autem eſſe illorum interpretationem ſatis deprehẽditur ex ſuperioribus, cæterum nec Iuſtinianũ in ea fuiſſe ſententia facile ſignificant eius verba ſi cũ iudicio conſiderẽtur, 17.

ait enim, à principio naturæ nullam fuiſſe differentiam ſed poſtquam concupiſcentia, & libidine factum eſt vt homines ad fornicationem, & ad bellum diuerterent cognita fuit naturalis, & legitimi differentia, ſicuti liberi, & libertini, ſicut enim ſola natura non erat niſi legitimus, ita non erat niſi liber, & ingenuus, ſed fornicatione cognitus fuit illegitimus ſicut bello cognita fuit ſeruitus, cogniti ſerui, & libertini, clare itaque docuit Iuſtinianus, à principio naturæ non fuiſſe differentiã naturalis, & legitimi, quia hominem naturalem dumtaxat ſequentes ſynceritatem ſuis nuptiis ſinguli erant contenti, nec illo aureo ſeculo concupiſcentia polluebantur & libidine: Vnde dicitur, Viderunt primos argentea ſæcula Mæchos, & antiquiſſimis hoc probat teſtimoniis Paleotus in tractatu de notis, & ſpuriis c. 2. n. 8. ita Iuſtiniani verbũ explicans, itaque tenendum eſt, quod ſi dixeris Iuſtinianũ ignoraſſe illa Geneſ. teſtimonia dicto c. 21. cum aliis ſequẽtibus etiam lege ipſa naturali ſeparabantur legitimi ab illegitimis ingenue fatetur ipſe Paleotus non ſolum I. C. ignoraſſe ſacra teſtimonia ſed ipſummet Iuſtinianum, ſed poterit Iuſtinian. defendi ab illa ignorantia ſi rectè conſideremus non docuiſſe Iuſtinianum duraſſe principium naturæ abſque illa differentiæ cognitione totum legis tempus, ideſt fere duo milia, & quadringentos annos, ſed dumtaxat illud naturæ principium concupiſcentiis nõ coinquinatum, nec alia verba huic interpretationi repugnant, ex quibus omnibus ſatis apparet lege naturali fornicationem, & ſimplicem etiam illicitam fuiſſe, & inde in principio naſcentis Eccleſiæ, Eccleſiaſticæque diſciplinæ rigore magna fornicationi ſimplici imponebatur pœnitentia, vt conſtat ex Beda de remediis peccatorum c. 2. in canones pœnitentiales Ant. Auguſt. & ex cap. hoc ipſum 33. q. 2. licet poſtea arbitraria ſit.

Et inde hodie præter pœnam ſpiritualem in foro exteriori aliam non imponi iure ciuili ex l. in concubinatu ff. de concubinis, & l. 1. C. eodem neque iure Canonico docuit Bart. in dicta l. in concubinatu, & in l. fin n. 4. ff. de his quibus vt indignis, receptus à Coua. in 4. 2. part. c. 8. §. 5. n. 17. concludens nec Canonico puniri in foro exteriori. Contrarium tamen ex iuribus ſupra allegatis iure Cananico puniri fornicantes probat Iul. Clarus dicto §. fornicatio & Menoch. contra Barth. dicto caſu 289. in fine, quia mortale peccatum eſt cui lex Pontificia ſemper conſulit, quinimo, & iure ciuili puniri ſi peccatum ſecretum non eſt, contra Coua. probat A. Bendana 2. part. c. 16. de exequendis mandatis, & ita veriſſimum eſt ſi ſcandalum ex ſimplici fornicatione oriretur cæterum pro Barth. & Cou. allegantur iura expreſſa in c. 15. qui & in c. Chriſtiano 34. d. vbi à Conc. Toletano, à Beato Hiſidoro concubinam habere permittitur vxori non habenti, ſed reſpondetur obtinere in concubina antiquis moribus permiſſa. 18.

Vnde elegans diſputatio eſt an concubinam habere antiquitus fuerit permiſſum, primo iure ciuili, ſecundo iure Canonico. 19.

Primum itaque iure ciuili concu-

Digitized by Google

binatum licitum fuiſſe ſatis conſtat ex l.1.cum ſequentibus ff. de concubinis l. ſtuprum ff. de ritu nuptiarum l. donationes 23. ff. de donationibus l. maritus 144. ff. de verborum ſignif. cum aliis. Contrarium tamen probatur ex antiquis Romanorum legibus cuius verba ſunt (pellex Iunonis ædem non tangit &c.) & inde dehoneſtari concubinam, nec matrem familias appellari docuit textus in dicta l. ſtuprum, & prohibetur in l. 1. C. de concubinis & l. 1. C. communia de manumiſſionibus, & inde Iuſtiniano prohiberi, in dicto Authentico quibus modis efficiantur legitimi §. illud, & expreſſè in in Authentico de lenonibus §. ſancimus & in Authentico ſcinicæ mulieres, & in Authentico non luxurientur homines.

Nec minor iure Pontificio diſputatio eſt, ſiquidem ex Conc. Toletano, & Iſidori decreto apertè colligitur vxorem non habenti vnicam retineri cõcubinam permiſſum fuiſſe dicto c. is qui dicto c. Chriſtiano 34. d.

20. Contrarium autẽ, & veriſſimum, & Catholicum eſt nũquam licuiſſe fideli, & Chriſtiano vxorem habenti, vel non habenti concubinam habere, quod ex ſuperioribus ſatis patet, omnem enim citra matrimonium fornicationem iure diuino, naturali, & poſitiuo illicitam eſſe probauimus, & de concubina ſpecialis prohibitio eſt ca. denique verius cap. audite filij 34. d. c. præcipue 11. quæſt. 3. c. concubinæ 32. quæſt. 2. c. dixit c. nemo 32. quæſt. 4. & ita obſeruandum eſt iure Pontificio concubinatum permiſſum non fuiſſe, imo conſtanter interdictum, ſeueriuſque in dies punitum.

21. Iure autem ciuili difficilior diſputatio eſt ex iuribus ſupra allegatis. Vnde gloſ. & interpretes enixe cruciantur, omiſſis autem variis interpretationibus obſeruandum eſt, primo nõ eodem ſenſu concubinæ nomen à Cicerone, Suetonio, & aliis, & à I. C. accipi, illi enim Authores concubinam accipiunt pro quacũque muliere, ad quam voluptatis cauſa accedit homo, iſti autẽ concubinam accipiunt ciuiliter, id eſt iuris interpretatione.

22. Secundo obſeruandum eſt iure ciuili concubinarum permiſſum fuiſſe, non tamen in vniuerſum, fuit enim antiquis temporibus concubinatus proprius, & improprius, proprius permiſſuſque inter perſonas nõ vetitas, & cælibes, qua in ſpecie obtinẽt omnes, concubinatum permittentes leges. Improprius inter non cælibes, nempè concubina habentis vxorem, quæ appellabatur (pellex) quam Iunonis ædem ingredi prohibuerat Numa Pompilius poſt multa ſecula repetitus in l. 1. C. de concubinis in l. 1. C. communia de manumiſſionibus, nec proprius omnino permiſſus erat, licet enim loco vxoris concubinam haberet, non tamen ſine honeſtatis diminutione, vxoriſque dignitate, & matris familias honore carẽte ita docuit textus in dicta l. ſtuprum, ita interpretanda ſunt omnia Pandectarum iura maximè dicta l. maturius & quinque leges ff. de concubinis, & dicta l. donationes. Barth. in l. in concubinatu ff. de concubinis Couar. in 4. 1. part. c. 4. num. 9. Palectus cap. 11. & 12. eleganter. Rebardus variorum lib. 4. ca. 16. Briſſonius de iure connubiorum 2. columna. Petrus Greg. Syntagma-

Digitized by Google

gloſſæ diſtinguentis inter legitimum, illegitimum vt iniuſta, id eſt legitima, ſed reprehenditur à Briſſonio, ex textu in verſ. ſi ea eiuſdem legis ſi vxor. vbi docet ſi matrimonium fuerit contractum cum ea cum qua committitur inceſtum, vel alias vxor eſſe non poterat iuxta legales traditiones, iure mariti non cumpetit accuſatio. Quare ipſe Briſſonius ad l. Iuliam de adult. fol. 157. nouè interpretatur vxorē iniuſtam ab Vlpiano appellari in dicta l. ſi vxor. §. planè, quæ non fuerat nupta farre, vel coemptione ſed vſu. Ad cuius cognitionem ſciendū eſt, quod licet Iure Conſultorum reſponſis dūtaxat conſtet nuptias celebrari per ſponſionem. vel ſtipulationem l. 1. ſ. in ſponſalibus cum aliis, olim tamen apud Romanos nuptiarum ſolemnia à principio celebrabantur farre, & inde confarreatione, vel coemptione, quia futuri cōiuges ſe ad inuicem emebāt, & vſu, quia non adhibito farre, vel coemptione mulierem ingenuam l. non prohibitam accipiens, & per annum eadem tanquam muliere vtens ſupplebantur ſolemnia illius anni lapſu, & dicebatur vſu nupta, vt eleganter probat Alexander ad Alexād. dierum genialium lib. 1. cap. 24. & lib. 2. c. 5. Sigonius de antiquo iure Romanorum lib. 1. c. 9. doctiſſimè idē Briſſonius de ritu nuptiarū in principio. Nec me latet doctiores contendere ſolemnitatem farris, & coemptionis non fuiſſe eodem tempore, ſed farris ſolemnia antiquiora fuiſſe, & Pontificibus magis propriè, eique ſubceſſiſſe coemptionē inter Romanos frequentiorem vt probat Petrus Greg. lib. 9. c. 1. & 2. iniuſtam itaque vxorem intelligit Briſſonius non farre vel coemptione acceptā ſed vſu, ſed hæc interpretatio apertè conuincitur, quia vt docuit ipſe Briſſonius dicto tract. de ritu nuptiarum anni lapſu efficitur legitima, & iuſta vxor, quod ſi dixerit Briſſonius, intelligi intra annu potius diuinatio eſt, & aperta littera violentia.

Quare vera interpretatio ſit Vlpianum docuiſſe in cōcubina impropria non eſſe accuſationem iure mariti nec iure extranei, in concubina autem propria non iure mariti ſed iure extranei ita primo reſponſo, verſ. autem planè. (ſiue iuſta ſiue iniuſta) docuit in vxore iuſta iure mariti etiamſi ſit vulgaris vt in §. ſed etſi vulgaris ſit, etiamſi ſit ſponſa vt in verſ. Diuus., in vxore iniuſta iure extranei accuſationem eſſe, quod cum apertè non docuiſſet dicto Verſ. planè apertius docuit in verſic. fin. dicens in ea, cum qua committeretur inceſtus, vel iuxta leges, vxor eſſe non poteſt accuſationem eſſe iure extranei, illam enim eſſe iniuſtam vxorem, de qua dixerat in verſ. planè., probatur, probatur in dicta l. nuptiæ 18. l. ſi Senatori 31. l. & nihil 54. l. eos 65. ff. de ritu nuptiarum l. 3. in principio ff. de donat. inter. itaque obſeruandum eſt, iuxta quam interpretationem accipiendum eſt Homeri carmen. ab Vlpiano adductum. Non ſolum diligūt vxores, inter mortales Atridæ. Achiles Briſeidem captiuam, & vxorem habens ex Ouidio. Epiſtola Briſeidis ad Achilem reſpondit. Non ſolos Atridas diligere vxores omnem Grecīā pro Elenæ raptu conuocantes, quia vnuſquiſque bonus ſuam diligit, & ipſe Briſeidem ex animo diligebat,

art. 16. B. Ledeſma de matrimonio difficult. 8. Petr. Greg. dicto lib. 8. c. 2. Theſaurus ſacerd. 1. part. folio 118. & infra relati.

29. Vnde deducitur ſponſalia iuxta rationem recti ſermonis intelligi de futuro, quamuis impropriè etiam de præſenti ſponſalia dicantur l. ſi vxor. 13. §. Diuus ff. ad l. Iuliam de adulteriis l. non ſine multa C. de bonis quæ liberis c. coniuges 27. quæſt. 2. c. 2. de ſponſa duorum cum aliis multis.

30. Atque proinde propria ſermonis ſignificatione appellatione mariti nõ comprehenditur ſponſus, nec appellatione nuptæ ſponſa, ita docemur à Iulio Paulo l. ſi quis officium 38. ff. de ritu nuptiarum l. ſolet ff. de his qui not. in fi.

31. Cæterum magna cruciantur diſputatione interpretes cum videant hæc nomina plerunque iure noſtro conuerti, pluréſque ſunt communes contrariæ vt referunt ſupra relati, & Coſtanus. de matrimoniis in principio §. quæ ſint ſponſalia, Briſſonius, & alij ſupra Cucus lib. 5. tit. 10. in principio, Communior tamen eſt in fauorabilibus appellatione ſponſi comprehendi etiam de præſenti, & maritum, ſed in odioſis comprehendi duntaxat de futuro, ex vulgari regula. Odia reſtringi, fauores conuenit ampliare cap. odia de regulis iuris in 6. Sed apertis conuincitur fundamentis, quare mihi magis placuit appellatione ſponſi de præſenti venire maritum in fauorabilibus non in odioſis, ſed appellatione ſponſi venire tantum de futuro, niſi ſingulis ratio contrarium poſtulet vt in dicto. §. Diuus, vel æquitas ſuadet vt in dicta l. non ſine, inde textus in dicta l. ſi vxor. §. Diuus obtinere in ſponſa de præſenti dixerit gloſ. verbo vxorem in c. 3. de ſententia excom. verbo reatu. in c. diſcretionem, de eo qui cognouit Antonius Guom. in l. tauri 80 n. 47. Iulius Clar. §. adulter. n. 8. & alij. Contrariũ tamen primo interpretandum eſſe in ſponſa de futuro obſeruat gloſ. verbo ſponſa, in c. quemadmodum de iure iur. magis recepta ſecundum. Couar. ſupra, & Briſſon. ad l. Iuliam de adult. §. patri maritove, quæ interpretatio verior eſt, nam illa verba (qualecunq; matrimonium nec ſpem matrimonij violare licebit) ad ſponſalia de futuro referri verius eſt, comprobáturque ex §. ſi minor fuerit 12. annis qua ætate nõ de præſenti, ſed de futuro ſpõderi certum eſt vt ex multis legibus probat Briſſonius de iure connubiorum in principio, quod ſi dixeris cum ſponſa de futuro non committi adulterium legibus vendicandum. reſpondeo non committi proprium adulterium, cõmitti autem impropriũ quod & vindicari propter iniuriam docuit ibi Vlpianus, ſicut & docuerat in principio concubina propria, & in verſ. ſed in ea docuit etiam cum cognata, vel ea, quæ legibus vxor eſſe non poteſt, vt proximè diximus, inde etiam interpretandus eſt textus in l. miles 11. §. quærebatur ff. ad l. Iuliam de adult. vbi non vindicatur cum ſponſa quam pater alteri dederat in vxorem, ergo ſi non dediſſet vendicaretur. inde etiam textus in l. item apud labeonem ff. de iniuriis ita ſatis apparet aliud eſſe ſponſalia, aliud matrimonium.

Vnde matrimonium eſt maris, & 32. fœminæ coniunctio indiuiduam vitæ

Digitized by Google

conſuetudinem retinens l.1. ff. de ritū nuptiarum l. nuptias ff. de regulis iuris in principio inſt. de patria poteſtate c.illud de præſumptionibus l.1. tit. 2.partita 4. quæ definitio prodita eſt ab Ariſtotele ſupra allegato in prima diſput.& explicatur à Diuo Ambroſ. de paradiſo c. 11.

Ex quibus proditæ ſunt illæ leges,& l. 1. §. ius naturale ff. de iuſtit. & iure §. ius autem naturale inſt. de iure naturali c. ius naturale 1. d. c. 1.cum ſequentibus 27. qu. 2. l.aduerſus C. de crimine exp.hęredit.ſingula definitionis verba explicant gl. & interpretes in dicta l. 1. & in ſumm. 27. q.2. Cou. in 4.2. part. c.1. Medicis de definitionibus 2. part. c.58. Theſaur.ſacerdot. 1.part. fol.119.B.Ledeſma difficult.15. & infra allegandi, ſignificátque illas ſempiternas, & indiuiſibiles nuptias Chriſti cum Eccleſia per communionem carnis,quas Deus optimus Max. in ipſo mundi exordio inſtituit vt diximus Chriſtus reformauit,ſacramentúmque effecit Matth. 5. & 19. Marci 10. Lucæ 16.Ioan.2.Paulus publicauit ad Epheſ.5. ad Chorint.1.c.6.& 7.Eccleſia recipit c.fin.20.q. 2. c. 1.cum ſequentibus 27. q. 2. c. inter corporalia de tranſlatione Epiſcopi c. debitum de bigamis c. gaudemus de diuortiis c. ad abolendam de hæreticis Concil. Conſtantienſe ſeſſ.15.Flor.de matrim. Trid.ſeſſ.7. de ſacram. canone 1. gloſ. & interpretes in dictis iuribus D. Th. in addit. ad 3.part.q. 42. art. 1.& in 4. d.17.q.1.vbi Soto,Palatios, & omnes. Victor.à n. 250.Nau. c.22.n. 19.Caniſius de matrim. q 1.Sonn.c.1.& 2.Cucº lib.5.tit.11. Theſau.& Ledeſma vbi ſupra, Petrus Greg.lib.9. c. 1. cum ſequentibus, ex quibus Catholica propoſitio eſt matrimoniū eſſe ſacramentum,gratiámq; conferre,quāuis contra primum veteres,& nouiores hęretici multis diſputent argumentis, & à ſecundo aliqui Catholici etiam grauiſſimi recedant.

Contra primum quod non ſit ſacramentum ita probant primo nouæ legis ſacramenta in aliqua ſubſtantiæ forma conſiſtunt vt de baptiſmo, & aliis diximus, ſed ſacerdotalis nuptiarum benedictio cum aliis ſolemnis. c. noſtrates c. fœminæ 30. quæſt. 5. non eſt de matrimonij ſubſtantia, ergo non eſt ſacramētum. 33.

Secundo nouæ legis ſacramenta efficiunt, quod figurant ex cap. multi verſ. ſacramentum 1.quæſt. 1. c. ſacrificium 32. cum ſequentibns. de conſecr. d. 2. ſed matrimonium nō efficit coniunctionem Chriſti cum Eccleſia quā figurat, ergo nō eſt ſacramentum.

Tertio nouæ legis ſacramenta materiam exigunt elementalem, & ſenſibilem cap. detrahe 55. 1. quæſt. 1. ſed in matrimonio non eſt materia ſenſibilis vel elementalis, ergo non eſt ſacramentum.

Quarto nouæ legis ſacramenra conformantur Chriſti paſſioni, quæ eſt pœnalis vt diximus de baptiſmo & aliis ſed matrimonium non eſt huiuſmodi,& fit per delectationem, ego nō eſt ſacramentum.

Quinro matrimonium à Diuo Paul. ad Epheſ. 5. appellatur myſterium ibi.(ecce myſterium quod coniunctio &c.) ſed aliud eſt myſterium, aliud ſacramētum vt videtur probare textus in dicto c multi 85. verſ. myſterium, & verſ. ſacramentum, ergo non

eſt ſacramentum.

Sexto in ſacramentis ſunt illa tria nempè illud quod eſt ſacramentum tantum vt ſignum ſenſibile,& res tantum vt gratia, & res ſimul, & ſacramentum vt diximus de baptiſmo, & aliis, ſed in matrimonio non repe-riuntur, ergo non eſt ſacramentum.

Quibus non obſtantibus Catholica propoſitio ſupra propoſita matrimonium eſſe ſacramentum veriſſima eſt, & de fide obſeruanda, quod enim Deus in principio inſtituit Chriſtus reformauit, ſacramentúmque effecit, Paulus promulgauit, Eccleſia recepit vt ſupra, ex promulgationéque Pauli ad Epheſ. 5. ſatis conſtat ex illis verbis (ſacramentum hoc magnum eſt, &c.) ego dico in Chriſto,& Eccleſia (Ecce myſterium, quod eſt coniunctio, mulieres cum viro) quia ſunt quaſi membrum & caput, eſt ſignum coniunctionis Eccleſię cu Chriſto, cum quo quaſi ſub capite viuit, Viri diligite vxores veſtras ſicut Chriſtus dilexit Eccleſiam qui ſe ipſum tradidit pro ea &c.) ex quibus conſtat coniuges eſſe vnum vnitate naturæ, quia duo vt in principio diximus in carne vna per commiſtionem copulæ, & ſubinde vnum vnitate charitatis, quia debent ſe ambo ad inuicem, ſicut vtraque ſe ipſum diligere, quarum prior vnio ſignificat vnitatem naturæ Chriſti, & Eccleſiæ, quia naturam noſtram induit, poſterior ſignificat vnionē charitatis Chriſti, qui ſe pro Eccleſia morti expoſuit, ex quibus ſatis apparet magnum eſſe matrimonij ſacramentum ſignificans ſempiternas nuptias Chriſti,& Eccleſiæ, & ita intelliguntur dicta iura in c. 1. cum ſequentibus 25. quæſt. 1. cap. quos Deus 33. quæſt. 2. c. hæc imago. c. ſatis 33. quæſt 5. c. debitum de bigamis cum aliis ita definitum eſt in dicto cap. ad abolendam in Concil. Conſtant. Florentin. & Tridentin. ſupra.

Nec obſtant contraria argumenta primum, quia fateor non eſſe ſubſtantialem matrimonij formam ſacerdotis benedictionem, ſed non rectè conſequitur non eſt illa, ergo non eſt alia, quia verius eſt eſſe, & in ſacramento matrimonij propriam formam de ipſius ſubſtantia vt ſtatim probauimus in §. 5.

Nec obſtat ſecundum quia matrimonium duo ſignificat, alterum exterius, id eſt coniunctionem Chriſti, & Eccleſiæ, alterum interius id eſt rem contentam, id eſt gratiam ac proinde ſacramentum efficit quod figurat, figurat enim gratiam & eam efficit cōgruè, & propriè vt docuit D. Thom. in addit. ad 3. part. q. 42. art. 1. & in 4. diſtinctione 26 vbi Soto, quæſtione 2. art. 1. B. Ledeſma difficult. 5.

Nec obſtat tertium quia veriſſimū eſt in matrimonio non eſſe materiam elementalē, ſed non inde ſequitur nō poſſe aliam materiam ſubſiſtere vt de pœnitentia diximus, & probabimus ſtatim in §. 4.

Nec obſtat quartum quia licet matrimonium non conformetur paſſioni Chriſti tamen quoad charitatem, & dile ionem conformatur, licet quoad pœnam non conformetur, & dilectio inter coniuges matrimonij natura cōſiſtere debet, vt docuit Paulus ad Epheſ. 5. ſupra relatos explicant D u. Thom. Soto, & Ledeſma, & alij. ſupra.

Digitized by Google

Non obſtat quintum quia licet in dicto c. Multi deſcribatur myſterium, & ſacramentum, nō tanquam diuerſa ſignificatione, & effectu, ſed nomine, quia iuxta rationem recti ſermonis in quocunque ſacramento magnū eſt myſterium, & ita in ſacroſancto Eucharistiæ ſacramento diximus myſterium fidei in ſanguinis cōſecratione, idcirco D. Paulus dixit ſacramentum hoc magnum eſt, & deinde ecce myſterium, & ita à Catholicis receptiſſimum eſt, reprehenditúrque Caiet. qui nominis diuerſitate timidè receſſit credens ex illis verbis Pauli non probari matrimonium eſſe ſacramentum, ſed damnatur, & conuincitur à Soto dicta d. 26. quæſt. 2. att. 1. à B. Ledeſma difficult 5.

Nec obſtat ſextum quia reſpōdetur matrimonium nomen eſſe æquiuocū accipitúrque pro expreſſione conſenſuum, qua in ſpecie eſt ſacramentum tantum, ſed & accipitur pro vnione illa naturæ, & charitatis, pro vinculo, & nexu indiſſolubili vt diximus ſupra, quo caſu eſt res, & ſacramentum vt docuit D. Thom. receptus à ſupra allegatis, iccirco ſacramentum eſſe de fide tenendum eſt.

34. Vnde ſequitur alterius reſolutio nempè gratiam conferte. Contrarium tamen multis probatur. Primo in ſacramētis gratia infunditur per materiam, & formam, quæ in matrimonio ſunt actus contrahentiū vt infra 4. & 5. §. ſed propria noſtra opera gratiam infundere Pelagiana hæreſis eſt, ergo non confert gratiam.

Secundo ſi in matrimonio gratiam confertur maximè contra concupiſcentiam, ſed matrimonij vſu concupiſcentia magis inflāmmatur, ergo gratia confertur.

Tertio ſacramentum matrimonij eſt inter fideles, & infideles, cap. gaudemus de diuortiis, ſed infidelibus nō confertur gratia, ergo in matrimonio non confertur, ita agnouit gloſa 1. ad medium in c. honorantur 32. quæſt. 2. glo. verbo benedictionibus, in c. Cum in Eccleſiæ 9. de ſimonia Cofredus & Hoſtien. in ſumma de ſacram. non iterand. Durandus dicta diſtinctione 26. quæſt. 3.

Contrarium autem vetiſſimum eſt, & ab vtraque ſchola receptiſſimum, hodiéque iam ſub anathemate definitum ex dicto c. ad abolendam. de hæret. ex Florentin. & Tridentin. ſeſſ. 24. de matrim. canone 1. docuerat Diuus Thomas in addit. ad 3. part. quæſt. 42. art. 3. & in 4. d 26. vbi communis ſecundum Soto, quæſt. 2. art. 3. Palatios ibi, ſpeculum coniugiorum 1. part. art. 15. B. Ledeſm. difficult. 5. Oſius, Caniſius, & Sonnius quæſt. & c. 1. ita interpretantes omnia iura ſupra allegata, & ratione ita diſputantes ſicut Eua ex coſta Adami educta fuit in officium matrimonij ex c. 2. Geneſ. cum aliis ſupra, ita ex latere Chriſti in cruce educta fuit Eccleſia vt matrimonij ſacramento filij procrearentur. Catholici, qui ſuam religionem colerēt, & in ſpirituales filios adoptarētur, ergo matrimonium gratiam ex eodem latere promanantem vel vti alia ſacramenta confert & iccirco matrimonij ſacramētum non ſolum vt remedium contra peccatum, ſicut Durandus, & alij opinantur, quia ex veteri lege illud conſiſtebat, ſed etiam à Chriſto inſtitutum fuit, vt coniugale officium cō-

Digitized by Google

gruè exerceretur & quemadmodum ordinis ſacramentum inſtituiſſe diximus vt ſacerdotes ritè,& rectè ſanctiſſima miniſtrarent ſacrificia, ac proinde gratia ſacramẽtalis in matrimonio efficit, vt vir ſua vxore, vxor ſuo viro in officio contineantur, mutuaque ſibi reddant obſequia, nec propter ſacietatem à reddendo debito abhorreant. Mirabiliſque eſt magni huius ſacramenti effectus ex gratia tũc productus, cum primum vtriuſque conſenſus ſimul in matrimonij contractu concurrunt.

Nec obſtant in contrarium adducta primum, quia humani contrahentium actus, nempè verba exprimentia legitimum conſenſum, eo quod diriguntur ad vinculum, & nexum, qui eſt ſacramentum matrimonij non ex propria virtute Pelagiani opinabantur, ſed ex Chriſti inſtitutione gratiam conferunt cum primum poſterior conſenſus priori accedit vt ſupra explicauimus, in quo omnes conueniunt.

Nec obſtat ſecundum quia reſpondetur quod licet concupiſcentia abſolutè conſiderata vſu carnis inflãmetur, cæterum quatenus eſt actus in matrimonio neceſſarius rationiſque ordini ſubiicitur cõcupiſcentiam extinguit ex parte ipſius actus, & concupiſcentiæ, ex parte inquam ipſius actus quia vt ita appetitui ſatisfaciat, abſtinet ſe ab aliis carnis cõgreſſibus, facitque licitam generationem, quæ aliàs eſſet vacua, & promiſcua concupiſcentiæ, quia cum ſacramentum ſit, gratiamque conferat extinguit per ipſius gratiæ naturam concupiſcentiæ radicem, niſi quatenus eſt, ad matrimonium ordinata vt latius explicant D.Thom. dicta quæſt. 42. art. 1. Soto, dicta quæſt. 2. art. 3. B. Ledeſma difficult. 5. inde explicantes Pauli authoritatem, Melius eſt nubere, quã vri, & quando matrimonium ſub præcepto obliget latè reſolutum eſt.

Neque obſtat tertium quia de matrimonio infidelium latius infra diſputabimus, argumento tamen reſpõdendum eſt, quod ſi ſacramenti nomen accipitur pro legitimo vinculo in officium quatenus matrimonium ſignificat vnionem Chriſti, & Eccleſiæ, infidelium matrimonium dicitur ſacramentum, quia ita ab ipſo mundi exordio inſtitutum fuit, at vero ſi accipitur pro ſacramento nouæ legis gratiam conferente infidelium matrimonium non dicitur ſacramentum, ita interpretatur dictum cap. gaudemus de diuortiis, & cap. veniens de præſbitero non baptizato. Soto, Speculum Coniugiorum, & B. Ledeſma vbi ſupra, inde ipſi, & ſupra allegati reſoluunt, ante Concilium contrariũ defendentes ſuſpectos eſſe, hodie autem hæreticos, reprobant quæ gloſſas ſupra allegatas, earúmque conuincũt argumenta abſoluitúrque §. ſecundus.

Ad tertium quotuplex ſit omiſſa iuſti, & iniuſti, legitimi, & illegitimi, veri, & putatiui matrimonij (de quibus infra) diſputatione, agendum eſt de matrimonio publico, & clandeſtino; nuptias enim palam fore celebrandas adhibitis legis ritibus, & ſolemniis antiqua gentium obſeruatio ex toto tit. ff. de ſponſ. & ff. de ritu nuptiarum ex Briſſonio, & aliis infra, & iuris Pontificij præceptum apertè

poſtulat, ex eoque ſatis conſtat quod occultè, & clam celebrari vtroque iure interdictum eſt l. ſancimus 1. C. de nuptiis l. vxor. C. de repudiis cap. 1. & 2. cap cum inhibitio de clandeſtina deſponſatione cap. aliter cap. noſtrates cap. fœminæ 30. quæſt. 5. & ſicut in iure noſtro notorium eſt, quod nulla poteſt tergiuerſatione celari cap. veſtra cap. tua de cohabitatione clericorum & mulierum, ita clandeſtinum quod nulla poteſt probatione patere c. 1. & 2. de clandeſt. deſp Cæterum in propoſita ſpecie rectius dicimus publicum eſſe matrimonium, quod legitimis ritibus omnibúſque ſolemniis celebratur ex dicto c. noſtrates c. fœminæ 30 quæſt. 5. c. cum inhibitio de Clandeſtinis deſp. hodie ex Trident. vt infra, quod enim palam contrahebatur publicum vulgo dicebatur, clandeſtinum autem ex ipſa nominis proprietate, quod clam ſine illis ritibus contrahebatur dicto c. aliter 30. q. 5. c. 1. & 2. & c. inhibitio de clandeſt. deſp.

36. Sed ſatis controuerſum eſt, quando clam contractum eſſe iure noſtro receptum ſit in quo prior eſt opinio tripliciter dici clandeſtinum. Primo ſine teſtibus cap. nullas 30. quæſtione 5. Secundo ſine iuris ſolemnitate cap. aliter c. noſtrates c. fœminæ 30. q. 5. Tertio ſine publicatione, hoc eſt ſine monitionibus dicto cap. cum inhibitio, ita obſeruat ibi glos. verbo clandeſtina communis ſecundum Ant. n. 19. Didacum Perez in 2. part. ordinam. fol. 34. Coſtanum de matrim. n. 119. l. 3. tit. 3. parte 4.

Secunda opinio eſt clandeſtinum dici quando abſque iuris ſolemnitate celebratur ex dicto cap. aliter cum aliis, ita docuit Barth in l. fin. ff. de ritu nuptiarum, & noue Neua in dicto cap cum inhibitio numero 24. ſed Barth. reprehenditur à Couar. ſpeculo coniugiorum, & Didaco Perez.

Tertia opinio eſt clandeſtinum dici ſex modis, vt ex Hoſtienſi probant Abbas num. 8. & præpoſitus num. 4. in dicto c cum inhibitio, & communis ſecundum Coſtanum, & Dida. Perez.

Quarta eſt clandeſtinum dici duobus modis, altero ſine teſtibus ex dicto cap. nullus, altero ſine iuris ſolemnitate dicto cap. Noſtrates cap. fœminæ, & dicto cap. cum inhibitio ita receptum probat Soto in 4. d. 28. quæſt. 1. art. 1. M. Ledeſma in 2. 41. quæſt. 47. art. 1. Cucus lib. 5. titulo de matrimoniis num. 66. quibus conſentit Veroius conſil. 40. volumine 1. Menoch conſil. 69. num. 7. volumine 1. & ex Trident. videtur deprehendi vt infra latius.

Vnde deducitur. Primo dictam gloſſam verbo (clandeſtina in cap. cum inhibitio rectè à Soto & aliis reprehendi quatenus conſtituit tres ſpecies, qui defectus publicationis, & ſolemnitatis rectè ſub vna reducuntur, inde etiam conſtat erraſſe eos qui conſtituunt ſex ſpecies, quia duabus includuntur, vel non pertineret ad clandeſtinum vt nouiores explicant, inde etiam Barth. alij reprehendunt quatenus docuit clandeſtinum eſſe ſolemnitatis defectu, vel eo argumento ſi matrimonium publicè in populo, vel vicinia contrahitur, non præcedentibus moni-

Digitized by Google

tionibus, & ſic iuris ſolemnitate non dicatur clandeſtinum, ergo male docuit Barth. ita Abbas dicto cap. cum inhibitio numero 9. Dida. Perez folio 34. ſpeculum coniugiorum 1. part. art. 10. Couar. 1. part. cap. 6. num. 10. Antonius Guomes. in l. tauri 49. num. 1. ad finem inclinat Nauar. cap. 22. numero 68. Ruinus conſil. 149. num. 47. volumine primo ea ratione, quod cum ſit propriè publicum, propriè clandeſtinum reputabitur publicum ad arcendum clandeſtini vitium, cæterum Bartholi ſententia, & verior eſt iuréque noſtro probabilior, ſiquidem ſolemnitatis omiſſione clandeſtinum matrimonium eſſe apertè docuit dictum cap. cum inhibitio, inde Barthol. receptum eſſe dixit Iaſſon in l. clam poſſidere in principio ff. de adquir. poſſeſſione, Decius, & Cagnolus in l. quo tutella §. clam ff. de regul. iuris Rebardus ad l. Scriboniam in fine, Veroius dicto conſil. 40. num. 4. Cucus num. 69 ſupra. Alexander de Neuo in c. cum inhibitio n. 24. Nec obſtat Abbatis fundamentum eundem effectum eſſe, quia ſciens impedimentum poterit differre, quia reſpondetur non æquipollere publicationem populi, vel viciniæ frequentia, & clamoribus turbata, alteræ, quæ fit in Eccleſia vbi & locus ipſe ſacer, & diuini officij deuotio, & ſacerdotis publicantis authoritas memoriam excitãt, animum pulſant, & conſcientiam onerant, ergo non idem effectus eſt: eſto tamen æquipolleret, vel idem foret effectus non vtique obſtaret, quia ſolemnitatis omiſſione voluit lex Pontificia clandeſtinum induci vt apertè conſtat ex dicto c. cum inhibitio, & omnibus ibi & ſupra relatis. Vnde elegans eſt Bartholi ſententia matrimonium in populo vel vicinia publicè celebratum de quo publicum conficitur inſtrumentum deficiente iuris ſolemnitate clandeſtinum cenſeri ex dicto c. cum inhibitio & aliis ſupra, ita Barth. in l. non intelligitur §. tacita, & §. ſi quis palam ff. de iure fiſci, quam licet improbet Ruinus vbi ſupra defendit Cucus dicto num. 69. & Neuo dicto num 24.

Sed repugnat defectu ſolemnitatis matrimonium non ſolum dici clandeſtinum ſed adulterium, & contubernium c. aliter 30. q. 5. & ita non poſſe matrimonium dici, Vnde varias interpretationes Doctores applicant ad illum textum, gloſa verbo Francorum in c. 1. de ſponſalibus, & ibi communis ſecundum infra allegandos intelligit matrimonium ibi fuiſſe clandeſtinum ex ſolemnitatis defectu ipſo iure tamen valere ſicut receptiſſimum eſt, quæ interpretatio veriſſima eſt, & Catholica quoad hoc, quod clandeſtina ipſo iure valida ſit, vt in ſpecie dicti cap. cum inhibitio vt infra latius, non tamen explicant illius textus difficultatem dicentis eſſe adulteria, & contubernia. Vnde alij intelligunt illa verba referri ad ipſos coniuges ante ſacras benedictiones ſeſe coniungentes, ſed communiter improbatur, alij dicũt vt ibi refert Turrem. iuris præſumptione ab Eccleſia reputari clandeſtinum quaſi adulterium, & contuberniũ, quia non iudicat de occultis, ſed reiicitur, quia & clandeſtinum matrimonium fouet, & permittit antiqua Pontificum 37.

lex c. Chriſtiano cum aliis 34. d.quare alij interpretantur textum in dicto c. aliter obtinere iuxta Euariſti Pontificis tempora, quibus matrimonia non reputabantur legitima, & rata, ſine parentum conſenſu, vt apertè docuit dictum cap. aliter in fine, ſed facile conuincitur, licet enim controuerſum ſit an iure ciuili matrimonium deficiente patris conſenſu validum eſſet,& non valere probetur in l. Paulus ff. de ſtatu hominum, l. 1. ff. de ritu nuptiarum cum aliis, & ita defendãt Corraſcius,Chaſſaneus,& plures. Contrarium tamen imo valere probatur ex dicta l. 1. ff. de ritu nuptiarum §. 1. de patria poteſtate vbi definitur matrimonij ſubſtantia abſque patris conſenſu l. 1. in fine ff. de liberis agnoſcend. in fine ibi (ne bene concordantia matrimonia iure patriæ poteſtatis turbentur iuréque ciuili libera eſſe debet l. Titia 134. ff. ſoluto matrimonio,non tamen libera eſſent ſi patris conſenſum exigerent. Vnde vera interpretatio eſt matrimonia deficiente patris conſenſu non eſſe legitima,nec ſolemnia iure ciuili, itaque obtinere contrarias leges, valere tamen etiam illo iure vt conſtat ex Iulio Paulo receptarum lib. 2. titulo 19. de nuptiis vbi obſeruat Cuiatius idem lib. 3. obſeruationum cap. 5. Coſtanus de matrimoniis in principio nu. 100. & Briſſonius, de ritu nuptiarum, & de iure connubiorum in principio, & alij ſtatim referendi. Vnde glos. fin. in cap. 1. de deſponſ. impuberum dixit, iura quæ exigunt parentum conſenſum intelliguntur de honeſtate, non de neceſſitate,communis à Couar. 2. part. cap. 3. §. 8. Soto vbi ſupra articul. 4. ſpecul. coniug. 2. part. cap. 1. & 2. Cucus ſupra num. 20. iure autem Pontificio nunquam fuit neceſſarius parentum conſenſus cap. cum apud c. cum locum c. veniens de ſponſ. c. per noſtras de conditionibus appoſitis, ergo nullo iure ſe potuit Euariſtus fundare.

Quare Coſtanus vbi ſupra Antonius Concius in ſcholiis ad dictum c. aliter dixerunt non habere authoritatem imò Euariſti decreta eſſe ſuppoſititia,ſed hoc temerarium eſt ſiquidem ab Eccleſia recipiuntur vnde Soto d. 28. quæſtione 1. art. 1. Euariſtum excuſat non ſerio locutum fuiſſe ſed per exaggerationem, vnde communior intellectus eſt clandeſtina poſſe ipſo iure valere maximè in foro interiori, cæterum in exteriori, quandiu non probantur præſumuntur contubernia, & adulteria, ita Magiſter, Diu. Thom. & communis ſecundum Soto dicto articulo 1. Turrecrem. in dicto cap. aliter 3. intellectu Couar. in 4. 2. part. cap. 6. num. 7. hæc ante Trident. receptiſſima fuerunt, poſt Trident. autem diuerſa ratione agendum eſt, quoniam clandeſtina ex aliqua parte ipſo iure nulla ſunt, ex aliqua verò omnino valida, quamuis cum peccato, & delicto, ſcilicet ſine teſtibus, & parrocho omnino inualida, cum teſtibus, & parrocho abſque publicatione valida cum peccato, & delicto, vt per partes ſtatim explicandum erit, abſoluiturque §. 3.

Ad quartum de materia matrimonij longior eſt diſputatio, quia nec in Conſtantienſi neque in Florent. nec 38.

in

in Trident. apertè definitum eſt, quamuis in Florentino dicatur partium conſenſum eſſe cauſam efficientem in matrimonio, inde prior opinio fuit contrahentes matrimonium eſſe materiam, & eorum verba eſſe formam, quia in quolibet contractu res, quæ transfertur accipitur pro materia, ſed in matrimonio ipſæ perſonæ transferuntur, ergo in illis eſt materia, ſed communiter conuincitur, quia in ſacramentis materia eſt pars ſacramenti, ſed perſonæ in matrimonio non eſt pars ſed ſubiectum matrimonij. Secunda opinio eſt conſenſum eſſe materiam, & verba eſſe formam, ſed communiter etiam reprehenditur, & ideo. Tertia opinio eſt vnius contrahentis verba eſſe materiam, & alterius verba eſſe formam, itaque verba exprimentia conſenſum legitimum, quæ diriguntur ad matrimonij nexum, & vinculum comprehendunt materiam & formam, quia prioris verba conſenſum exprimentia accipiuntur pro materia, poſterioris verba pro forma, quia cum primum poſterioris conſenſus priori adiungitur conficitur ſacramentum cum debita materia, & forma, infunditúrque gratia vt diximus ad ſecundum hæc communior eſt, & ratio eſt quia omne id, quod Deus aſſumit vel ex rebus materiatis vel verbis, vel actibus ſeu motibus externis pro ſigno ſufficiens eſt materia ad ſignificationem ſacramentalem vt latè explicauimus de materia pœnitentiæ. Vnde verba prioris accipiuntur pro ſufficienti materia verba poſterioris pro debita forma vt latius docuerunt D. Thom. Soto & alij in 4. d. 26. quæſt. 2. cum relatis ſupra ad ſecundum art. matrimonium eſſe ſacramentum, ita etiam poſt Trident. probant Alanus de ſacram. c. 16. & 18. Theſaur. ſacerd. 1. part. fol. 119. B. Ledeſma difficult. 6. inde cauendum eſt à Manueli Rom. 1. part. tractatu 2. probante conſenſum eſſe materiam inde etiam accipiendum eſt, quod diximus de verbis conſenſum exprimentibus, de nutibus vel ſignis, quibus exprimitur vt probant ſupra relati.

Inde tertio maxima difficultas eſt, 39. de matrimonio per procuratorem contracto, vel per nuntium, vel per epiſtolam, quia ante Trident. eſſe verum matrimonium omnes affirmabant ex cap. non omnis 32. quæſt. 1. cap. fin. de procur. in 6. & inde eſſe ſacramentum gratiámque conferre vtriuſque ſcholæ Theologæ, & Pontificiæ communior fuit Durando Caut. Cano B. Ledeſma conſtanter remittentibus, poſt Tridenti. autem nulla in matrimoniis difficultas maior eſt, licet enim quatenus cõtractus humanus eſt in iuſtitia, & conſcientia obliget quatenus vnum eſt ex ſeptem ſacramentis nexumque indiſſolubilem continet hodie non aliter perfici, quam præſente parrocho, & teſtibus ipſemet contrahens conſenſum exprimat ſignificat Trident. ſeſſ. 24. c. 1. verſiculo qui aliter vbi ſtatim diſputabimus. Vltimo deducitur primam & ſecundam opinionem ſupra relatas circa huius ſacramenti materiam facile conuinci à ſuperioribus, & prioris coniugis verba conſenſum exprimentia accipi pro matrimonij materia vt reſolutum eſt. abſoluitúrque quartum.

40. Ad quintum de matrimonij forma ſatis reſolutum eſt in matrimonio eſſe formam ſolemnitatis & ſubſtantiæ, forma ſolemnitatis de qua in dicto c. cum inhibitio, de clandeſt. c. aliter c. noſtrates c. fœminæ 30. q. 5. non pertinet ad ſubſtantiam. Vnde matrimonij forma vt diximus in præcedenti conſiſtit in verbis à poſteriore coniuge prolatis, cum primum enim priori conſenſui poſterior adiungitur, ibi continetur materia, & forma, conficitúrque ſacramentum infunditúrque gratia, iuxta communiorem & veriorem ſententiam relatam in §. 4. & in §. 2. cum probamus ſacramentum eſſe. & abſoluitur quintum.

41. Ad ſextum de miniſtro repetendum eſt quod diximus in præcedenti, ſolemnitatis enim matrimonialis ante, & poſt Trid. ſacerdos miniſter fuit dicto c. aliter, iuncto c. noſtrates, & cap. fœminæ, & cap. cum inhibitio, de neceſſitate autem ante Trid. non exigebatur miniſter ad matrimonij validitatem ſecundum receptiſſimam ſcholæ Theologæ, & Pontificiæ ſententiã, poſt Trid. autem de neceſſitate matrimonij requiritur proprius miniſter nempe parrochus, vel alter de ipſius licentia vt in Concilij littera explicabimus, & ita docuerunt D. Thom. Soto, & omnes in 4. d. 26. & hodie probant Alanus de ſacram. c. 50. Theſau. ſacerd. 1. part. fol. 119. B. Ledeſma difficult. 6. & infra allegandi in littera Concilij vbi explicabimus qua ratione ab Eccleſia ita potuerit inſtitui, & abſoluitur ſextum.

42. Ad ſeptimum de matrimonij vſu, & effectu, matrimonium origine antiquiſſimum, inſtitutione ſanctiſſimũ, vſu frequẽtiſſimum inter omnes vbique gentium nationes venerandum, diuerſis legibus, & moribus celebratum, in Dei tamen Eccleſia melioribus auſpiciis ſemper receptum paulo poſt mundi creationem à puritate, & natura ipſius inſtitutionis declinare incuſauit, durauitque vſque ad Chriſti reformationem Matth. 19. vt diximus in §. 1. inde melioribus gubernatur principiis, cæterum corrupta hominum natura, tantáque rerum iniquitate ſanctas matrimonij leges plerúmque tolli interdum mutari, ſæpe labefactari cum experientia docuerit, nec Florent. & Conſtant. Conciliis damnum reparari potuiſſet. Sancti Tridentinæ Synodi Patres ad propriã matrimonij naturam ipſius leges conuertere cupientes in principio ſeſſ. 24. diuinam matrimonij inſtitutionem, & naturam docentes neceſſariã ipſius obſeruationem per duodecim canones diſtribuentes de quibus pro parte diximus, pro partéque dicemus. Denique totam matrimonij reformationem decem capitibus comprehendẽtes omnem ferè matrimonij praxim, & vſum potius in formam, quam reform. de his ſingulis per capita, & verſiculos agendum eſt.

In exordij c. 1. de reform. matrimonij ſeſſ. 24. agitur eleganter de clandeſtini natura, & prior propoſitio matrimonia clandeſtina iure noſtro valida eſſe ſi ab Eccleſia non irritantur, contrariúmque defendentes anathemate feriuntur, vltima parte damnãtur nouiores ex Germanis, & Gallis Eccleſię dogmata facile ſubuertẽtes matrimoniáque clandeſtina ſui natura inualida eſſe affirmantes in principio proponi- 43.

tur veriſſima ſentẽtia cum Catholica explicatione, ſententia eſt matrimonium clandeſtinum ſui natura validũ eſſe ratio eſt, quia interuenit conſenſus lege diuina, & naturali ſufficiens iuxta Eccleſiæ expoſitionem ad matrimonij ſubſtantiam c.ſufficiat 27.q. 2. c. illud 30. q. 5. c. cum inhibitio de clandeſt.deſponſatione ita definitum in Flor. partium conſenſum eſſe cauſam efficientem matrimonij docuit D.Thom.in 4.d.28.q.1.art.3. ibi Soto & Palatios M. Ledeſma q. 47.art.5. Nau.c.22.n.68. Sonnius de matrimonio c. 1. & infra referendi explicatio eſt ſi ab Eccleſia non irritantur, ratio eſt quia Eccleſia poteſt diuina poteſtate leges ſacras interpretari, humanas condere Matt. 18. (quodcũque ligaueris) c.quodcũq; 24.q.1. Trid.ſeſſ. 14.de ſacr.pœnitentiæ can.3.ſeſſ.25.de refor.c.3 potuitq. iuſtiſſimis de cauſis clandeſtinũ certa in ſpecie irritare vt in verſ.qui aliter explicandũ eſt vtriuſque & ſententiæ & explicationis exẽplum in ſpecie proponitur à Trid. eodem c. 1. generaliſque propoſitio ſupra explicata ad ſpeciem redducitur illud enim quod generaliter docuerat clandeſtinum ſui natura valere probat ſpecialiter in verſ. idcirco matrimonium enim ſine publicatione vel monitione, denuntiatione, ſeu cõtractum clandeſtinum eſſe ex ſolemnitatis defectu certum eſt ex dicto cap. aliter c.noſtrates 30.q.5.ſed apertè ex dicto c. cum inhibitio vbi communis ita affirmat, doctéque Neuo D. Tho. & alij proximè Veroius conſil.40.volumine 1. Menoch.conſil.69.volum.1. Cucus lib.5.de matrimoniis num.66. probatúrque dicto verſ. idcirco, valére tamen quamuis in vtroque foro grauiter puniendos eſſe Trid. ibi docet, explicationis exemplum eſt matrimonium ſine parrocho & teſtibus contractum, irritatur enim ab Eccleſia in verſ.qui aliter infra iuſtis de cauſis vt ibi dicendum eſt, ſupereſt itaque diſputationem ſupra explicatam in §. 3.quot ſint clandeſtini ſpecies vbi diximus communiorem eſſe ad duas reduci, alteram ſine iuris, alteram ſine teſtibus à Trident.pro parte innouari, quamuis enim probet clandeſtinum eſſe ſine iuris ſolemnitate in verſ. idcirco & ſine teſtibus dicto vers. qui aliter, adiicit tamen clandeſtinum eſſe etiam cum teſtibus parrocho, deficiẽte vt conſtat eodem verſic. vbi latius.

Sequitur verſ.(quíque falſo) c. 1. in 44. præſenti.ſecunda conſtituitur propoſitio, Anathematizari affirmantes parentum in matrimoniis conſenſum neceſſarium eſſe, legitiméque contracta à parentibus irritari poſſe. Ad cuius interpretationẽ meminiſſe oportebit iure ciuili controuerſum fuiſſe parentum conſenſum neceſſarium eſſe, verius tamẽ ſine eo conſenſu valere, idque iure Pontificio receptiſſimum eſſe vt latius reſoluimus dicto §. 3.an Trid. quo contrarium affirmantes anathemate damnantur. Vnde fit leges ciuiles ſi contrarium docerent ex poteſtatis defectu, Eccleſiæq; præiudicio nullas eſſe, quia matrimonij cognitio abſque diſputatione ad Eccleſiam pertinet vt latius in verſ. qui aliter, quare Hiſpaniarum leges ſine parentum, fratrum, dominorum conſenſu matrimonium contrahentibus pœnam imponẽtes, nempe lex 10. tit. 1.partita 4.l.1.& 4.tit.1.lib.5. ordina-

menti l.2.tit.1.lib.5.compil. iure Pontificio ſublatas eſſe contra alios. verius eſt ex Cou. in 4. 2.part. c.3.§.8.n. 6. Matienſo dicta l. 2. compil. gloſ. 4. n.2. Cucus lib.5.tit.11.n.66. legem autem 49. tauri diſputabimus in verſiculo qui aliter.

45. Sequitur verſ. Nihilominus c. 1. in præſenti conſtituitur tertia propoſitio clandeſtina de quibus actum eſt, licet mero iure valeant, ipſi tamen legi Pontificiæ infeſta, & odioſa fuiſſe interpretatio eſt ſanctos Patres iure veteri huiuſmodi clandeſtina prohibuiſſe cap. aliter. cap. noſtrates. cap. qualis 30.q.5.c.1.& 2. c.cum inhibitio de clandeſt. deſp. ita enim ſuadebant multæ cauſæ ipſæque iuſtiſſimæ, ex quibus viri grauiſſimi Theologi, & Pontificij ab Eccleſia omnino irritari vehementer deſiderabant vt referunt Soto & alij ſupra relati, & ſequenti verſ. referendi, quibus in Trid. diſputatis altiúſque agitatis ſancti illi Patres ad matrimonij reformationem animum applicantes ſequentia dogmata definierunt.

46. Sequitur verſ. idcirco, c.1. in præſenti conſtituitur. Quarta propoſitio ad matrimonium ſolemniter legitiméque contrahendum tres denunciationes tribus feſtis intra miſſarum ſolemnia faciendas præcedere oportere veteri iure dicebantur Banna. c. cum in tua 27. de ſponſalibus c. cum in tua qui matrimonium accuſare poſſunt, Lateranenſe dixit denuntiationes c. cum inhibitio de clandeſtina, vulgus monitiones, hodie etiam publicationes. Prior interpretatio eſt formam certè ſolemnem non quidem neceſſariam à Trid. præſcriptam eſſe probatur Lateranenſis veſtigia Trid. ſequi profitetur, in Lateran. c.51. in denũciationibus ſolemnitas imponitur non neceſſitas, ergo & in Trid. ita & ipſa littera ſignificat verſ. quod ſi aliquando vbi à Trid. conſtituitur in totum vel pro parte denuntiationes remitti, Epiſcopi ab arbitrio pendere, ergo ſolemnis eſt, & non neceſſaria, & ita in dicto c. cum inhibitio receptam fuiſſe cõmune placitum eſt ex Hoſti. Ioan. Andr. & communi ſecundum Abbat. & Noue Neuo ibi D. Thom. 4.d.34.q. 1. art.1.& d.28.q.1.art.3. vbi Soto, & Palat. art. 2. cum omnibus ſtatim referendis, ita à Cardinalibus pro Tridẽtini explicatione deputatis reſpõſum fuit Cardinali Borromeo Archiepiſcopo Mediolanenſi 25. April. anni. 1573. denuntiationes Epiſcopi arbitrio remitti non ſolum ſi de malitioſo impedimẽto ſuſpitio eſt, ſed etiã propter quamcunque aliam cauſam Epiſcopi arbitrio iuſtam, ſcilicet ſi inſtaret aduentus, vel quadrageſima, idémque reſponderunt Epiſcopo Lucenſi, & Epiſcopo Sabiciano matrimonium abſque denuntiationibus poſſe contrahi, & prima dominica, vel feſtiuitate fieri denunciationes, vel vnam pro tribus, idémque obſeruandũ erit ex aliis iuſtis cauſis Epiſcopi animum mouentibus ad denuntiationes remittendas.

Vnde fit matrimonium coram parrocho, & teſtibus abſque denuntiationibus contractum, hodie clandeſtinum eſſe, valere tamen, puniendóſque fore contrahentes, parrochum, & teſtes de quo latius infra, clandeſtinũ tamẽ eſſe, & valere probatur apertè ex hoc verſ. & verſ. qui aliter, & in prin- 47.

cipio huius c. ibi in genere, hic in ſpecie, & ita communis eſt interpretatio vt diximus in exordio ante Trident. & poſt Tridentin. ex Coſtano de matrim. tit. de ritu nuptiarum num. 129. ita Tridentin. interpretati Didacus Perez 1. part. ordinam. fol. 31. Nau. c. 22. num. 69. verſ. 2 melius num. 70. verſ. 3. aduertendum eſt Sarmiento Selectarum lib. 1. cap. 6. Cucus lib. 5. tit. 11. n. 66. & 85. B. Ledeſma difficult. 21. in ſumma ſacram. tit. de matrim.

48. Ex quibus deprehenditur inaduertenter affirmare Albornoz de arte contractuum lib. 4. tit. de Conc. Trident. omnia clandeſtina à Tridentin. ſublata eſſe confuſeque eadem in ſpecie locutum fuiſſe Matienſo in l. 1. gl. 1. tit. 10. lib. 5. compil. apertéque erraſſe Menochi conſil. 69. num. 71. volum. 1. dicentem clandeſtinum hodie poſt Tridēt. leges inualidum eſſe, nec admittendum eſſe nouiorem Segura de Aualos in directorio iudicis Eccleſiaſtici cap. 15. num. 30. diſtinguentem in denunciationum defectu ante Trident. & poſt Trid. in vltimo caſu clandeſtinum eſſe, ſed ante Trident. non fuiſſe clandeſtinum ſed meminiſſe oportebit inter quatuor opiniones ſupra relatas in §. 3. communem eſſe, immo, & magis communem clandeſtinum dici iuris ſolemnitatis defectu, ad ſolemnitatem tamen pertinere denuntiationes ex dicto cap. Cum inhibitio, & Lateran. ex quo deductum fuit, ergo quoad denuntiationes idem ius ante, & poſt Tridentin. obſeruandum fuit iuxta cōmunes traditiones.

49. Ex quibus ſecure affirmandum eſt communem eſſe Trident. explicationem denūtiationes ad ſolemnitatem pertinere, iccirco illis omiſſis matrimonium coram parrocho, & teſtibus contractum eſſe clandeſtinum, inte tamen valere ex Coſtano, Perez, Sarmiento, Cuco, & Ledeſma & Matienſo in rubrica dicti tit. 1. num. 35. Roxas in epithome ſucceſſionum cap. 2. num. 22. Segura ſupra, & cap. 16. in principio. Burſato conſil. 10. num. 10. volum. 1.

50. Vnde grandis eſt difficultas an in huiuſmodi matrimonio obtineat pœna. l. Tauri 49. hodie l. 1. tit. 1. lib. 5. compil. impoſita contrahentibus matrimonium, quod ab Eccleſia reputatur clandeſtinum, quia cum à Trid. præcedens pro clandeſtino habeatur conſequitur illius legis pœnæ locum eſſe, & ita contra receptam noſtri iuris traditionem, leges ciuiles pœnas imponentes contrahentibus matrimonium ex poteſtatis defectu nullas eſſe vt diximus ſupra in verſ. quique falſo, confirmatúrque quia præter laicorum incapacitatem in ſpiritualibus lege etiam diuina proditam iuxta cōmuniores traditiones cap. ita dominus 19. d. cap. ſacro ſancta c. Maſſana de electione. Vnde laicorum leges in ſpiritualibus diſponentes nullæ ſunt, cap. quæ in Eccleſiarum, cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ de conſtitut. cap. 2. de iudic. cap. quanquam de cenſibus in 6. in matrimoniis, & à cognitione etiam incidenter excluduntur, c. tuam, de ordine cognit. cap. cauſámque 2. qui filij ſint legitimi, à fortiori itaque legem condere in matrimoniis interdictum eſt ipſis laicis, quæ cum veriſſima receptiſſimáque ſint ſecundum relatos, & referendos priorem opinionem defendentes reſpondent ob-

Digitized by Google

tinere in laïcorum legibus circa matrimonij ſubſtantiam diſponentibus illas ex poteſtatis defectu nullas eſſe ingenue fatentur, eas tamen, quæ circa matrimonij accidentiam, vel accidentalia diſponunt, vel in Eccleſiaſticarum legum fauorem, & executionem mero iure valere ſecure affirmant, quia & l. Pontificia ſeculares admittit in vſurarum cognitione c. ad noſtram 2. de iure iur. & leges ciuiles pœnas imponunt contra exercentes vſuras à lege Pontificia damnatas, & in iuris iurandi obſeruatione ſeculares permittit executores c. licet mulieres de iure iur. in 6. ac proinde leges ciuiles circa accidentalia in ſpiritualibus diſponentes noſtro iure valere agnouit gloſ. verbo. certóque caſu. in cap. cum ſecundum leges de hæreticis in 6. & ibi communis, & gloſ. verbo tollit in Clementina ne Romani de electione ibi communis, & ſecundum Abbat. & præpoſitum num. 7. Felin. 13. Neuo. 12. in c. 1. de ſponſalibus. Palacios in repetitione capituli notabili 3. §. 3. num. 9. vbi latè defendit cum infra relatis, ac proinde quamuis matrimonium ſpirituale ſit, immo & ſacramentum vt latè reſoluttum eſt, ſupra §. 2. leges ciuiles circa matrimonij accidentalia diſponentes etiam iure Pontificio valére, probat latè ipſe Palatios, Rubios dicto §. 3. & §. 9. & in dicta l. 49. tauri vbi alios refert. Ant. Guomez à num. 2. & Molina de primog Hiſpaniæ lib. 2. cap. 16. cum aliis infra.

Contrarium tamen immo leges ciuiles in matrimoniis diſponentes non ſolum circa matrimonij ſubſtantiam, ſed etiam circa libertatem, vel timorem matrimonij ex poteſtatis defectu & Eccleſiæ præiudicio nullas eſſe, vltra ſuperiores rationes probatur, quia lege ciuili, & Pontificia in matrimoniis pleniſſima debet eſſe libertas l. Titia ff. ſoluto matrimonio l. Titia ff. de verborum cap. gemma de ſponſal. & in Trid. ac proinde leges ex quibus aliqua ratione vel arte homines intimidantur, arcentur, vel retrahuntur à contrahendo matrimonio nullas eſſe obſeruat gloſ. fin. in cap. de puellis 36. quæſtione 2. communis ibi & ſecundum ſupra relatos, & ſtatim allegandos.

His itaque compoſitis tres ſunt circa legem Tauri opiniones, prior eſt ex ſuperioribus fundamentis ad l. 49. Tauri hodie l. 1. tit. 1. lib. 5. compil. iuſtam eſſe, & validam, & in praxi obſeruandum quia non diſponit circa matrimonij ſubſtantialia, ſed circa accidentalia ita ante Trid. Palacios, Rub. vbi ſupra Gregor. Lopez in l. fin. verbo (ahurto) tit. 3. partita 4. & alij poſt Trident Dida. Perez 2. part. ordinamenti fol. 38. Segura dicto cap. 15. nu. 31. Secunda opinio eſt inualidã eſſe nec abſque Eccleſiæ iniuria, & Eccleſiaſticæ in matrimonio libertatis præiudicio obſeruari poſſe, quia pœnæ magnitudo hominem etiam conſtantem à contrahendo matrimonio retrahere poſſet iuxta communẽ gloſ. in dicto cap. de puellis, & traditione Præpoſiti in cap. illud 12. d. legem eſſe iuſtam in Eccleſiæ fauorem pœnam imponentem, poſſe vtique valere ſi pœna rationabilis, & condigna foret, non tamen ſi fuiſſet exceſſiua, & immoderata. Vnde poſt diſputationem ita concludit Coua. in 4.

Digitized by Google

2 p. cap. 6. num. 21. Tertia opinio eſt dictam l. & eius pœnam euanuiſſe poſt Conc. Trident. quia obtinet in clandeſtino, clandeſtinum autem à Trident. omnino ſublatum eſſe putat Albornoz de arte contractuum lib. 4. tit. de ſacro ſancto Concil. Trident. in principio, inclinat Matienſo in dicta l. 1. gloſ. 7.

In qua difficultate ſecundam opinionem ante, & poſt Trident. veriorem eſſe exiſtimo ex ſuperioribus rationibus potiſſimum autem quia propter pœnæ magnitudinem dictis legibus mpoſitæ hominem etiam conſtãtem, & fortẽ à matrimonio cõtrahendo detrahi poſſe nemo ſanę mentis, & cum iudicio negabit, quo caſu, leges non valere communis eſt cum gloſ. in dicta cap. de puellis, qua ratione includitur & alia, eas leges diſponere circa ſubſtantialia matrimonij erraréque Palat. Greg. & alios dicentes eas leges diſponere in accidentalibus, & non in ſubſtantialibus, ideoque validas eſſe iuxta gloſ. communes in dicto c. Cum ſecundum leges, & in dicta Clement. Ne Romani, quoniam matrimonij ſubſtantialia accipiuntur cõtrahentium verba legitimum conſenſum exprimentia, vt ſupra diximus, & repetemus in verſiculo. qui aliter, accidentalia dicuntur ſolemnitates denuntiationum, & benedictionum: Vnde videbatur illas leges pœnam imponentes contrahentibus clandeſtinum, neç circa ſubſtantialia, nec accidentalia diſponere, cæterum quia pœnæ exceſſus, & magnitudo hominem etiam fortem poteſt à matrimonio retrahere, & à præſtando legitimo conſenſu videtur diſponere circa ſubſtantialia, ac proinde ex poteſtatis defectu nullas eſſe. Rurſus quia contrahentes cum parrocho, & teſtibus, & ſola denuntiationum omiſſione omnibus priuari bonis, & à regno deportari ineptum planè, & ſine iudicio videretur, iccirco leges non obtinere in ea ſpecie ſecure affirmamus. Vnde iudices eccleſiaſtici ad quos lege diuina, & Pontificia matrimonij cognitio pertinet ex ſuperioribus iuribus, & traditionibus, cum primum ſeculares ad legis Taurinæ, vel compil. executionem procedere intendũt ipſis ſecularibus inhibent, ne vlterius procedant, & cognitionem ad ſe remittant, eoſque cenſuris compellant vt à vexatione deſiſtant iuxta formam à cap. tuam de ordine cognit. proditam, & ab Eccleſia obſeruatam de qua Couar. in practica cap. 36. & ita ceſſat dictarum legum pœna.

Ex qua vera traditione idem obſeruandum eſt, quando contrahitur 51. matrimonium ſine parrocho & teſtibus, iuxta formam verſ. qui aliter, quamuis enim huiuſmodi matrimonium nullum ſit, ab Eccleſiáque irritatum vt ibi dicemus, magna eſt inter nouiores diſputatio, an poſt Trid. hac in ſpecie ſit obſeruanda illarũ legum pœna, hodièq; obtinere probatur, quia rationes ſcandali, & diſcordiæ inter parẽtes & inæqualitatis, propter quas legi Pontificiæ infeſta ſunt huiuſmodi matrimonia obtinent eo caſu, præterea l. factum duntaxat punire intendit ex Barth. & l. quid ergo ibi 13. §. cum autem factum ff. de his qui not. infamia. Nec intereſt valeat vel non, ita poſt Trident. obtinere probat Perez 2. part. ordinam. fol. 38. poſt

diſputationẽ Molin. de primog. lib. 2. cap. 16 Contrarium tamen immo eas leges non valere in ſpecie verſ. qui aliter. probat Matienſ. dicta l. 1. gloſ. 7. & contra Molin. ita reſoluit Segura dicto cap. 15. num. 23. quæ verior erat ex ſuperioribus, & per eoſdem allegatis, quæ diſputatio ceſſat ex dicta praxi, quia iudex Eccleſiaſticus inhibet ſeculari etiam in hac ſpecie iuxta ſuperiorem formam, nec obſtat matrimonium ſine parrocho, & teſtibus nullum eſſe, & inde non opus eſſe cognitione, quia reſpondetur valere, vel non ab Eccleſiaſtico pronunciandum eſſe, omnique caſu poſſe circa matrimonium ſeculari inhiberi vt iam reſolutum eſt.

52. Secunda interpretatio eſt verſ. iccirco, denuntiationes Epiſcopi arbitrio remitti poſſe, non ſolum quando de malitioſo impedimento ſuſpicio eſt, ſed etiam propter quancunque cauſam ipſius Epiſcopi arbitrio iuſtam vt conſtat ex relatis Cardinalium declarationibus, vbi iuſta cauſa accipitur ſi inſtaret aduentus, vel quadrageſima, idémque obſeruandum erit, ſi eſſet ſcandali timor, idem etiam obſeruandum erit ſi aliquo modo matrimonium ex dillatione impediri ſuſpicaretur, vt frequentiſſimè contingit circa eos, qui ſub curatoribus ſunt vt omnes ante Conc. & poſt animaduertunt. Soto & Palat. dicta d. 28. Cou. vbi ſupra ſpecul. coniug. 3. part. art. 20. Cucus vbi ſupra. B. Ledeſma difficult. 21. Inſtructoriũ conſcientiæ 1. part. c. 86. alias cauſas inde conſiderantes, & ita Trident. Cucus Inſtruct. Ledeſm. & Specul. interpretantur. Vnde cauendũ eſt à Menoch. dicto conſil. 69. volum. 1. probante extra malitiæ impedimentum Epiſcopum remittendas denuntiationes arbitrari non poſſe, neque in malicia alium extra Epiſcopum, in quo etiam errauit vt infra dicemus, idem etiam eſt conſtituendum quando aliquis vt damno ſatisfaciat, vel ſuæ conſcientiæ conſulet, vel prolem ante ſuſceptam legitimet in mortis articulo vxorem duxit, quia ſicut ante Trident. abſque denunciationibus impune licebat, & ita cap. cum inhibitio de clandeſt. interpretabantur ibi omnes & Couar. dicto cap. 6. num. 12. Socinus iunior. conſil. 66. in fin. volum. 2. Portius lib. 4. concluſ. 39. ita & poſt Tridentin. abſque interioris, vel exterioris pœnæ periculo, de quo infra. ita Trid. interpretantur Nau. nu. 37. cap. 16. Cucus lib. 5. tit. 11. num. 87. Inſtructor. dicto cap. 86. in principio, quamuis magna fuerit diſputatio, an matrimonium contractum in aliorum præiudicium valeat in maioritatibus magnatibúſque aliis, & hodie diſputant Decianus cõſil. 5. volum. 1. Burſatus conſil. 10. 1. tomo. Ptetis conſil. 234. Menoch. conſil. 226. n. 58. volum. 3. Segura cap. 16. num. 5. non tamen admittendus eſt parrochum poſſe in alio mortis articulo denunciationes remittere quia parrocho nunquam data fuit tanta poteſtas vt denuntiationes remittẽdi ius habeat, ſed ea in ſpecie poteſt infirmum matrimonio copulari ſine denunciationibus, vel ordinarij remiſſione, quia benigna iuris interpretatione l. denuntiationes remittere in illa neceſſitate accipimus, ita intelligendi ſunt ſuperiores, & Sarmiento ſelectarum lib. 1.

Digitized by Google

lib. 1. cap. 6. num. 1. Roxas in epithome ſucceſſionum cap. 15. ita obſeruandum eſt.

35. Tertia interpretatio eiuſdem verſ. iccirco, denuntiationes remittendi pro parte, vel in totum ad Epiſcopum pertinere ex Trident. & Cardinalium declarationibus, in quo omnes conueniunt, magna tamen diſputatio eſt an ad alios porrigatur, & priuatiuè ad Epiſcopum, ſpectare ſignificat Trident. probáturque ex dictis declarationibus. Deinde quia matrimonij cognitio ad Epiſcopum non ad inferiores pertinet Trident. ſeſſ. 24. c. 20. & inde matrimonij diſpenſationes Epiſcopis hodie committuntur adeo vt ſede vacante non committatur capitulo, ſed Epiſcopo viciniori, ex quibus & aliis electam eſſe Epiſcopi induſtriam, & alium non poſſe remittere affirmat Menoch. dicto conſil. 67. volum. 1. cuius authoritate ita ſtatutum fuit in Conc. prouinciali Toletano anno 83. nuper celebratum. Contrarium tamẽ efficacibus probatur argumentis. Primo quia nec ex hoc verſ. nec ex toto Trid. c. ius ſingulare in Epiſcopo deprehenditur vt ipſius perſonæ induſtriam in remittẽdis denuntiationibus electam eſſe dicamus. Secundo quia ex eodem verſ. ibi (niſi ordinarius) poteſtas remittendi denuntiationes non Epiſcopo nominatim, ſed ordinario committitur, ordinarius autem propriè Epiſcopus eſt, & eodem iure quilibet ordinariam habens iuriſdictionem, & ita accipitur totus titulus de officio ordin. in Decretal. & in 6. & regula tradita à Felino in cap. paſtoralis de officio ordin. iuxta communes etiam traditiones in l. more, & in l. & quia ff. de iuriſdictione omn. iudic. in l. 1. ff. de officio eius in c. à iudicibus 2. quæſtione 6. & relatis à Petro Greg. Syntagmat. lib. 47. cap. 6. & ita ſemper receptum fuit ad interpretationem textus in dicto cap. Cum inhibitio, & à Cardinalium congregatione non ſemel declaratum, probatúmque à Cuco dicto lib. 5. tit. 11. B. Ledeſma difficult. 2. & Segura dicto cap. 16. in principio, & ita obſeruandum eſt non ſolum Epiſcopum, ſed etiam quencunque ordinarium Eccleſiaſticum de matrimonij cauſa cognitionem habentem poſſe denunciationes remittere, diximus (cognitionem habentem) ad excludendos inferiores Prælatos, quibus interdicitur cap. accedentibus de exceſſ prælat. Trid. ſeſſ. 24. cap. 20. vnde fit. 1. Epiſcopi vicarium in generalem officialem vel prouiſorem poſſe abſque ſpeciali commiſſione denuntiationes remittere, quia iuriſdictionem ordinariam habet, & matrimonij cognitionem ex communi, & textu in cap. licet de officio Vicarij lib. 6. gloſ. & communi in cap. 1. de conſuetudine in 6. & ita à Cardinalium congregatione declaratum, & ab Eccleſia vbique receptũ contra Menoch. Inde ſecundo conſtat eandem poteſtatem ſcholaſtico Salmantino competere, quia quoad ſcholaſticos ordinarius eſt cognitionémque habet, & iuriſdictionem, remittendique denuntiationes poteſtas non ad ordinem, ſed ad iuriſdictionem pertinet vt conſtat ex ſuperioribus, & ex Trident. & ita probant ſupra relati. Vnde apertè errauit Menoch. dicto conſil. 69. & contra eum

tenendum eſt, & contra eos qui illum ſequuntur, quorum argumentis facilè reſponderi poteſt ſecundum ſupra relatos, & Albornoz dicto lib. 4. folio 150.

54. Quarta interpretatio eſt, quatenus eodem verſ. conſtitutum eſt denunciationes tribus diebus feſtis inter Miſſæ maioris ſolemnia à proprio parrocho faciendas eſſe, ex qua conſtitutione tres ſuccedunt difficultates, prior eſt quis dicatur hac in ſpecie parrochus. Secunda quod ſit eius officium in matrimonij publicatione. Tertia ſi contrahentes habent diuerſos parrochos vt eſt frequentius, an officium ſpectet ad viri, vel mulieris parrochum.

In priori difficultate facilis eſt interpretatio proprium iudicem in exterioribus cap. 1. cap. ſignificaſti de foro comp. & proprium parrochum in interioribus ordinariam iuriſdictionem habere, & ita proprius parrochus dicitur qui Eccleſiæ parrochialis beneficiarius eſt, vel eius vices legitimè habet. ex cap. Cum in cunctis 7. de electione cap. licet canone 14. eodem in 6. & cætera ſacramenta adminiſtrat. cap. omnis vtriuſque, de pœnit. & remiſſ. Tridentin. ſeſſ. 14. cap. 1. 5. & 6. de ſacramento pœnitentiæ, & ita matrimonij ſacramétum in ſubſtantialibus, & accidentalibus adminiſtrabit. matrimoniique denunciationes poterit rectè facere dicto cap. cum inhibitio de clandeſt. vbi omnes communiter, & nouè Alex. de Neuo cum nouioribus infra referendis.

In ſecunda difficultate iuris interpretatio facilior, quàm executio eſt, quoniam parrochus proprio officij munere ex Lateranenſi in dicto cap. cum inhibitio, & apertius ex Tridentin. ex iſto verſ. poteſt matrimonium publicare, denunciationeſque iuxta Concilij formam exercere, & ſicut ex eodem Tridentin. ad iudicem ordinarium pertinet remittere ita ad parrochum publicare, vel denunciare, ita ex vtroque Conc. apertè probatur, & ante Trident. docuerat communis in dicto cap. cum inhibitio. & poſt Tridentin. Perez dicta 2. part. ordinam. folio. 37. cum ſequentibus Albornoz, dicto folio 150. Matienſo dicta l. 1. Cucus lib. 5. tit. 1. num. 29. B. Ledeſma difficult. 21. Theſau. ſacerd. 1. part. fol. 120. Segura cap. 16. num. 3. & 4. Inſtruct. conſcientiæ 1. part. cap. 86. & 87. Vnde deprehendunt ſi ex dicta publicatione ſufficiens detegitur impedimentum ex infra referendis parrochus ad ordinarium deferat, ordinarij proprium eſt de impedimenti definitione pronunciari, cæterum nullo reſultante impedimento parrochus. Tridentin. decreto poterit matrimonium celebrare, iuxta Tridentin. formam explicandam ſtatim.

In tertia difficultate ante, & poſt quæſtio fuit inter noſtros agitata ſi coniuges diuerſæ fuerint parrochiæ vt frequentius contingit ad cuius parrochiæ parrochum denunciationes publicare ſpectet, pro parte viri mulieris caput eſſe cap. hæc imago cum ſequentibus 33. quæſtione 5. pro parte vxoris vrbanitatis honeſtatiſque ratio inclinat, obtinuerat ante Tridentin. ratione, & lege ab vtro-

Digitized by Google

que parrocho matrimonium publicandum eſſe, vt ita vtriuſque partis impedimenta ſi quæ forent ab vtriuſque vicinis, & conſanguineis melius detegerentur, vt in interpretatione textus in dicto ca. cum inhibitio placuerat Hoſtien. Innoc. num. 2. Anthon. num. 16. Cardin num. 3. Neuo num. 6. cum aliis proximè relatis, idémque poſt Trident. conſtituimus, eadémque ratione, quia tribus diebus Feſtis intra Miſſæ maioris ſolemnia à parrocho publicari reformatum eſt, vt ſacri loci reuerentia, mentis & conſcientiæ deuotio, ſacerdotis authoritas eam gentis multitudinem, quæ frequentius tunc conuenit obligent, vt memoria repetat impedimentum ſi forte alicui cognitum fuerit, cognoſcitur autem potiſſimè à vicinis, amicis, & conſanguineis, ergo in vtriuſque parrochia publicationes fieri neceſſe eſt. ita probant Tridentin. verba ibi (à proprio parrocho contrahentium) ſi itaque contrahentes diuerſos habuerint parrochos ab ipſis publicari à Tridentin. præceptum eſt, quod ita interpretantur Albornoz, Cuc. Inſtruct. Segura vbi ſupra, & inde Cucus dicto n. 29. reprehendit Nauarr. dicentem ex Cardinalium declaratione ſufficere ab vno parrocho fieri, ſed fallitur Cucus quia diuerſum eſt publicationes fieri, faciendas enim eſſe ab vtroque parrocho veriſſimum eſt, & ita obſeruandum vt diximus, diuerſúmque eſt facta matrimonij publicatione abſque impedimenti notitia vel ſcrupulo matrimonium celebrari, quo caſu à quocunque parrocho vel mariti, vel vxoris prout occaſio obtulerit celebrari poſſe congregationis Cardinales iure optimo declarauerunt, & ita loquitur Nauar. & alij ſupra reſoluentes, quæ de proprio parrocho diximus accipienda eſſe de eo, qui parrochi officium gerit & cætera adminiſtrat ſacramenta.

Quinta interpretatio eſt eiuſdem verſ. factis ſolemniter denunciationibus ſi impedimenti notitia eſt vt 57.
diximus ad ordinarium referendum eſſe, quoniam impedimenti cognitio ad eum pertinet ceſſante autem impedimenti ſuſpicione, Tridentino docemur ad matrimonij celebrationem in facie Eccleſiæ à parrocho procedendum eſſe ita ante Trident. ex dicto cap. cum inhibitio de clandeſt. traditum fuerat eiuſque occaſione cõtrouerſum; quo iure accipiatur in facie Eccleſiæ matrimonium contrahi, illa etenim fraſis, & Latino, Hiſpanóque ſermone frequentiſſima eſt, vnde à multis accipitur materialiter, id eſt, intra ipſam Eccleſiam, vel in facie Eccleſiæ id eſt in ianua Eccleſiæ pro regionis vel ciuitatis vſu vel conſuetudine vt referunt Card. Anton. & Abb. in dicto cap. cum inhibitio, & ibi Neuo, & infra referendi, communior tamen ſentẽtia fuerat matrimonium in facie Eccleſię contractum eſſe, quando nec clam, nec furtim, ſed publicè, & ſolemniter contrahebatur, quod ſemper viri pij & docti deſiderauerunt ſicut diximus de publico, & clandeſtino ſupra.

Ex quibus dubitatur an Trident. dicto verſiculo aliquid adiiciat vel reformet, & quomodo poſt Trident. 57.

Digitized by Google

accipiatur interpretatio eſt à Tridentin. in illis verbis nihil innouari, & iccirco. non extante impedimento parrochus ad matrimonium procedere debet in facie Eccleſiæ id eſt, ſeruatis Eccefiæ ritibus, ritus ſeruari dicemus ſi coram teſtibus intellectu contrahentium conſenſu vt ſtatim explicabimus matrimonium celebret, quod ſi in ipſo Eccleſiæ templo id fecerit melius Eccleſiæ ritus ſeruare dicetur, ſi vero extra Eccleſiam in domo viri aut mulieris, aut in alio loco honeſto id effecerit vt frequentius contingit propriè, & rectè Eccleſiæ ritus ſeruabit, ſic in ſpecie Tridentin. interpretatur, & illa verba accipiunt Nauar. cap. 22. num. 69. Didacus Perez 2. part. ordinamenti à fol. 24. cum ſequentibus, Albornoz dicto lib. 4. fol. 150. Cucus dicto tit. 11. à nu. 29. Theſau. ſacerd. 1. part. fol. 120. Segura dicto c. 16. in principio.

58. Sexta interpretatio eiuſdem verſ. poſtquam Tridentin. de denunciationibus, & generali forma conſtituerat matrimonium in facie Eccleſiæ contrahendum eſſe ad certas matrimonij ſpecies parrochum inſtruit, quarum prior eſt in illis verbis (mutuo eorum conſenſu intellecto) ex quibus difficilis ſuccedunt quæſtiones, prior eſt ante Trid. ſæpius agitata quare mutuus exigatur conſenſus. Secunda an non ſolum mutuus, ſed præſentaneus, & illo in inſtanti vtriuſque conſenſum concurrere neceſſe ſit. Tertia an de matrimonij ſubſtantia eorum conſenſum à patrocho intelligi neceſſe ſit.

59. In priori quæſtione primo conſtituendum eſt in ſacramenti matrimonij contractu non ſolum exigi conſenſum, verum etiam conſenſum legitimum, & mutuum, ita ante Tridentin. leges, & authoritate, & ratione fuerat inſtitutum, authoritate c. ſufficiat 27. quæſtione 2. cap. 2. cap. tuæ 25. cap. ſi inter 31. de ſponſ. cap. licet cap. fin. de deſponſa duorum cap. per tuas de cond. appoſitis. Vnde ſcripta fuit l. 5. tit. 2. partita 4. ita Florentin. de ſacram. verſ. ſeptimum. Ratione quia in matrimonio eſt obligatio reciproca alterius ad alterum perpetua, & indiſſolubilis, vt latè diximus in §. 2. quæ obligatio mutua eſt comprehendens vtrunque coniugem in dictis iuribus, & cap. non debet de conſang & affinit. ergo & conſenſum mutuum eſſe debere ratio poſtulat, Rurſus quia matrimonium contractus eſt reciprocus non gratuius, ſed in contractibus non gratuitis mutuus exigitur conſenſus, vt in emptione, permutatione, & aliis l. 1. cum ſequentibus ff. de contrahenda emptione l. 1. ff. de rerum permutatione, ergo & in matrimonium mutuum eſſe oportet, ita docuerat communis in dictis iuribus, & relata à Couar. de ſponſ. in principio & à Theologis in 4. d. 21. vbi Soto, & Palat. quæſtione 47. art. 2. Speculum coniug. 1. part. art. 2. & 5. Palatios in praxi Theologica contractuum lib. 1. cap. 5 B. Ledeſma in ſummario de ſacram. matrimonij difficult. 17. eadem communis obſeruat Tridentin. dictis verbis (eorum mutuo intellectu conſenſu.)

Ex qua obſeruatione deducitur pri- 60.

mũ non ſufficere conſenſum eſſe legitimum niſi & mutuum eſſe vtrique coniugi conſtiterit, mutui enim natura ideſt reciproci conſenſus poſtulat vnius voluntatem alteri patere, patere autem vel conſtare non poteſt niſi per expreſſam aut certam mutui conſenſus ſignificationem, ita interpretandus eſt textus in dicto cap. tuæ dicto cap. ſi inter 15. & 31. de ſponſ. dicto cap. licet, d. c. fin. de ſponſ. duorum cap. per tuas in principio de condi. appoſitis. Vnde magna fuit inter noſtros diſputatio, an contrahentium verba ſint in matrimonio neceſſaria, & aliter de legitimo conſenſu non conſtare videtur probare textus in dicto cap. tuæ, ex quo & aliis ita probauerant plures glos. & doctores relati à Tiraq. in l. 5. connubiali num. 7. Couar. 2. part. cap. 4. & ab infra referendis. Contrarium tamen verius eſt, quia licet verba faciliora habeãt probationem, ſufficit tamen conſenſum exprimi ſigno, nutu vel alio modo æquipollenti, ex quo contrahentium voluntas comprehendatur, & ita ex D. Thoma magis receperunt, Soto, Palat. & alij ſupra, Albornoz dicto lib. 4. Cucus lib. 5. tit. 11. num. 32. B. Ledeſm difficult. 17. Segura dicto cap. 16. hodie tamen apertè iſta comprobatur ſententia in Trident. dicto verſ. (eorum mutuo conſenſu intellecto) quia certum eſt poſſe ſine verbis intelligi, certiuſque eſt ſi verba forent neceſſaria à Trident. nominatim exprimi in huiuſmodi reformatione, ita Trident. interpretantur Albornoz, Cuc. & Ledeſma, abſoluiturque prima quæſtio.

60. In ſecunda quæſtione meminiſſe oportebit reſolutum eſſe in §. 4. & 2 cum poſterior conſenſus priori adiungitur ſacramentum perfici, gratiamque infundi. Vnde ſatis apparet ſufficere legitimum cõſenſum vtriuſque coniugis, etiam ex interuallo, vel diuerſo tempore, quamdiu non fuerit prior conſenſus reuocatus, & ita ex c. dilectus & cap. penult. de ſponſ. probat ibi Hoſtienſ. & Card. quamuis Abb. & alij contendant in iis quæ mutuum conſenſum exigunt tardum vel ex interuallo inutilem eſſe.

Prior tamen communis eſt ſecundum Felin. conſil. 39. & relatos à Couar. 2. part. c. 4. Cuco lib. 5. tit. 11. num. 3. & ita à Theologis receptum eſt, Soto, d. 27. quæſt. 2. art. 1. Ledeſma difficult. 17. ita ante Conc. Trid. receptiſſimum erat. Cæterum ſuperioribus Trident. verbis contrarium apertè probatur, ſiquidem poſtquam contrahentes in facie Eccleſiæ coram parrocho & teſtibus conueniunt docuit præſens verſiculus, quod parrochus mutuo eorum intellecto conſenſu matrimonium celebret. Vnde apertè ſignificat antequam contrahentes, à parrochi, & teſtium præſentia recedant debere mutuum præſtare conſenſum, & ita Trident. interpretantur Albornoz lib. 4. c. 1. Cucus n. 31. & 32. B. Ledeſma difficult. 17.

Vnde repetendum eſt, quod diximus §. 4. an inter abſentes litteris, 61.
nuntio, vel procuratore verum contrahatur matrimonium. In qua difficultate plurima conueniebant ſingularia, matrimonium enim contrahi poſſe cum ſpeciali mandato expreſſa certa perſona ſatis apertum eſt l. generali 34. ff. de ritu nuptiarum cap.

Digitized by Google

non omnis 22. quæſt. 1. cap. ex parte 2. de conuerſione coniugatorum, textus in cap. fin. de procuratoribus in 6. nec procurator ſubſtituere poteſt, niſi nominatim cautum ſit, neceſſeque eſt voluntatem ſemper durare, & inde ſi reuocata ſit momento ante contractum matrimonium, etiam ignorãte procuratore matrimonium nullum eſt, quia deficit vnius conſenſus de matrimonij natura, & ſubſtantialis vt proximè diximus, hæc eſt vera dicti cap. fin. interpretatio ex Coua. Albornoz, & aliis ſupra, & infra. Ex quibus ſatis apparet inter abſentes per procuratorem matrimoniũ contrahi ita à Theologis, & Pontificiis magis receptum in dictis locis, & infra referendis.

62. Sed an ſacramentum ſit gratiam conferens maior eſt difficultas, & ex ſuperioribus ſacramentum eſſe, gratiámque conferre communior etiam ſententia eſt Victoria & Soto in 4. d. 27. p. 1. art. 2. Cucus lib. 5. tit. 11. num. 35. B. Ledeſma difficultate 18. probatúrque ratione prima quod in lege veteri vinculum erat in matrimonio, à Chriſto inſtitutum fuit ſacramentum vt ſupra diximus §. 1. & 2. ſed inter abſentes matrimonium lege veteri vinculum erat, ergo in lege noua ſacramentum erit. Secunda quia in matrimonio vinculum eſt indiſſolubile ſacramentum, ſed hoc eſt indiſſolubile ergo & ſacramentum. Tertia in matrimonij inſtitutione à Chriſto facta nullum conſtituitur diſcrimen matrimonij inter abſentes, vel præſentes, ergo idem erit vtriuſque iudicium. Quarta fruſtra à iure Pontificio tot ſingularia in matrimonio per procuratorem contrahendo conſtituta ſunt in dicto cap. fin. cum aliis ſupra ſi nec indiſſolubile nec ſacramentum eſſet.

Contrarium tamen immo non eſſe ſacramentum rationibus, & argumentis probat Durand. d. 26. quæſt. 3. Caiet. in quæſt. addita ad 3. part. Cano. de locis Theolog. lib. 8. cap. 5. dicit veriorem contrariis ſatisfaciens Ledeſma difficult. 18. in impreſſione anni 85. quamuis in priori impreſſione communem defenderat ita ante Trident. diſputatio erat difficilis, difficilior tamen poſt Trident. Cuco dicto lib. 5. tit. 11. num. 35. dicente matrimonium inter abſentes à Trident. non eſſe ſublatum nec innouatum. Ledeſma dicta difficult. 18. contrarium affirmante, & pro rei cognitione tres caſus diſponente, priorem quatenus matrimonium eſt contractus humanus. Secundum quatenus eſt ſacramentum. Tertium quatenus eſt vinculum indiſſolubile priori caſu reſoluit matrimonium inter Abſentes contractum lege naturali obligare, ſiquidem lex naturalis à Trid. ſublata non fuit, nec ipſius obligatio innouata vt contra Albornoz qui contrarium conſtanter defendit, communior affirmat teſte Cordoua in ſumma quæſt. 52. Sarmiento ſelectarum lib. 1. cap. 5. Ledeſma vbi ſupra, Segura de aualos in directorio c. 15. in principio, ac proinde qui procuratorem conſtituit ad contrahendum matrimonium, matrimonio ita contracto in foro conſcientiæ, & iuſtitiæ remanet obligatus, ita quod in conſcientia non adimplendo mortaliter peccabit, & in iuſtitia ad implemen-

tum poterit compelli. Secundo caſu quatenus eſt ſacramentum reſoluit Trident. reformatione ſacramentum non eſſe, idque latius probatur rationibus, & ipſius Tridentini verbis. Tertio ſub Eccleſiæ correctione probat iuxta Trident. formam matrimonium procuratore contractum vel aliter inter abſentes non eſſe ratum vel firmum nec eſſe vinculum indiſſolubile, Speculum coniugiorum 1. part. art. 7. & art. 16. ſimpliciter affirmat matrimonium poſſe per procuratorem contrahi ex dicto cap. fin. quinimo parentes pro filiis, dominos, pro ſubditis vel famulis frequentiſſime contrahere, nouiſſiméque Theſaur. ſacerd. 1. part. fol. 11. probat inter abſentes poſſe matrimonium cõtrahi, & per procuratorem contractum eſſe verum mattimonium, non tamen ſacramentum, in qua difficultate ante Trident. reformationem receptiores traditiones Theologorum & noſtrorum veriores eſſe defendendum eſt, poſt Trident. autem conſideratis prædicti verſiculi verbis ibi (interrogatis viro & muliere mutuoque eorum intellectu, & cõſenſu) Ledeſmæ diſtinctionem veriorem eſſe arbitror matrimoniumque procuratore contractum ceſſare ſi abſens coram parrocho & teſtibus iuxta Trid. formam cum alia, vel alio contraxerit, & ita obſeruandum eſt eaque ratione grauiſſimi huius tempeſtatis Doctores opinantur in conſtituendo procuratore ad contrahendum mattrimonium Trident. ſolemnitatem neceſſariam eſſe nempe coram parrocho, & teſtibus, ſed diſplicet hæc ſolemnitas quoniam citra Trident. inutilis erat Trident. autem ex ea ſatisfactum non erit, exigit enim Trid. quod parrochus virum ac mulierem in præſentia interroget, mutuúmque eorum intelligat conſenſum, quod inter abſentes fieri non poteſt ac proinde nec Trident. impletur forma.

In tertia quæſtione Concilij publicatione ſuper parrochi præſentia plures fuerunt difficultates, prima an ſit matrimonij miniſter, ſecunda an de ſacramenti ſubſtantia vel de neceſſitate ſacramenti vel præcepti aut legitimi conſenſus. Tertia an potuerit à Conc. effici. Quarta an ſit tãquam iudex vel teſtis de quibus ſtatim agendum eſt verſ. qui aliter. Quinta an eius præſentia debeat eſſe materialis, phyſica vel moralis, inde pendet. Sexta an ſi coactus, vel inuitus ſteterit, valeat matrimonium. Septima an neceſſe ſit quod intelligat contrahentium verba mutuum conſenſum exprimentia, iuxta Trid. in præſenti verſ. decretum in quibus vt plura prudenter omittamus verius eſt parrochi præſentiam requiri politicam, & moralem, ſcilicet vt homo politicus, moraliter ſtare ſolet ita, ex Trid. verbis probant Albornoz vbi ſupra, Speculum coniug. in additionibus, B. Ledeſma difficult. 17. & 21. Segura cap. 15. in principio, numero 57. 6

Inde dependet ſexta ſi coactus, vel inuitus adducitur valeat-ne matrimonium, & non valere probatur eadem ratione, quia more humano vel politico homo coactus non interuenit actibus, & ita non erit præſentia moralis. Rurſus quia eodem modo facile Trident. decretum circumueniretur, parrochus enim poſſet ex 64.

conſilio ordinare vt coactus detineretur, & ita ſine monitionibus ad vitandam Conc. pœnam amicos, vel proximos matrimonio coniungere, qua ratione huic parti adhæret Segura, quamuis referat audiiſſe contrarium à Cardinalibus fuiſſe declaratum, quorum iudicio ſe ſubmittit.

Contrarium autem probatur ex eo, quod ſi ſufficit præſentia moralis, ideſt parrochum ibi ſtare more politico vel humano, conſequitur eo coactò vel inuito ſtante ibi, matrimonium valere, quia moraliter ibi præſens eſt, & ſicut valida foret ſententia iudicis qui ad pronunciandum, cogitur vt latè probat Segura, ita matrimonium in præſentia parrochi qui cogitur ibi præſens eſſe validum eſt, probaturque apertius ex eodem Trident. ibi (qui aliter quam præſente parrocho &c.) ergo præſentem eſſe dumtaxat neceſſe eſt ad matrimonij validitatem, ac proinde interrogare mulierem, & virum, & verba proferre ſolum pertinet ad ſolemnitatem, & ita à Cardinalium congregatione Epiſcopo Salmantino reſponſum fuit ab eodémque Epiſcopo ita obſeruatum, & hodie vbique receptiſſimum.

65. In ſeptima diſputatur cōſtanter quia parrochum ſiue ſpōte ſiue coactè præſentem cum debeat preſentia moralis eſſe, & politica, intelligere contrahentium mutuum conſenſum neceſſe eſt ex eodem Trident. & textu in l. coram Titio 207. ff. de verborum ſignificatione, ita tamen quod neceſſe non ſit omnia verba ſigillatim perpendere, ſed ex ipſius moralis præſentiæ natura intelligere contrahentium voluntates, & conſenſum in matrimonio conuenire ex textu in l. qui teſtamento 20. §. fin. ff. de teſtam. & ita à Cardinalibus declaratum fuit in ſpecie ſupra relata, & ita accipiuntur Speculum in additionibus, Cucus & Ledeſma 21. difficult. & ita obſeruandum eſt.

Sequitur vers. (vel dicat, Ego vos coniungo in nomine patris, &c.) docet Trident. ſacerdotem illis verbis vel aliis iuxta prouinciæ ritum in matrimonio vti debere, ex quibus videtur parrochum ex Trident. matrimonij miniſtrum eſſe, ſed ſatis reſolutum eſt ſolemnitatis, & ritus ſemper miniſtrum fuiſſe, ſacramenti autem non conſtituit miniſtrum, niſi vt explicabimus in verſ. qui aliter. 66.

Secundo ex eodem vers. probatur in Trident. formam in matrimonium conſtitui ex illis verbis, (ego vos coniungo, &c) cæterum interpretatio eſt ex illis verbis matrimonij formam non conſtitui, quia vt diximus §. 4. & 5. matrimonij materia eſt alterius contrahentis verba, & forma alterius verba, & ita vtriuſque verbis mutuum conſenſum exprimentibus cōſtituitur materia & forma huius ſacramenti, & ita receptiſſimum eſt, ac proinde in hoc verſiculo conſtituitur dumtaxat forma ſolemnis ad celebrandum matrimonium rite, & rectè, publicè & ſolemniter, ita ante Trid. docuerat communis ſchola Tehologiæ, & Pontificiæ, ex dicto c. noſtrates. c. fœminæ 30. q. 5. D. Thom. in 4. d. 26. q. 2. art. 3. vbi latiſſimè Soto & Palat. omnes in dicto cap. cum inhibitio de clandeſtin. & relati in §. 5. quamuis Cano. de locis Theologicis lib. 8. c. 5. contrarium defenderit, poſt Trid. au- 67.

tem

Digitized by Google

tem apertè conuincitur, conſtátque eſſe dumtaxat ſolemnitatem, quia vt valeat, parrochum aliqua forma vti neceſſe ied præſentem moraliter eſſe ſufficit, vt apertius probat verſ. qui aliter. ita accipiendus eſt vera crux in additionibus ad Specul coniug. folio 13. & 16. & 28. quem ſimpliciter ſequitur Cucus dicto lib. 5 tit. 11. num. 57. dicentes eſſe de neceſſitate non tamen ipſius omiſſione matrimonium vitiari, ita intelligunt peccare delinquereque parrochum, qui illam ſolemnitatem omiſit, non tamen annulari matrimonium, quod melius explicauit Ledeſma difficult. 21. Segur. dicto c. 15. n. 52. Theſau. Sacerd. 1. part. fol. 118. & ita obſeruandum eſt.

68. Secunda eiuſdem verſ. interpretatio eſt qua ratione illa verba à parrocho proferuntur, videntur enim ſuperflua, & inutilia, diximus enim veriſſimum eſſe huius ſacramenti materiam & formam eſſe vtriuſque contrahentis verba, ſatiſque reſolutum eſt § 4. & 5. & §. 2. cum primum poſterioris coniugis conſenſus priori adiungitur ſacramentum perfici, gratiámque infundi, cum itaque poſt intellectum conſenſum mutuum vtriuſque, coniugis, hæc verba à ſacerdote proferantur (ego vos &c.) eſſe ſuperflua quia iam perfectum eſt ſacramentũ, in quo latè diſputant proximè relati, & in §§ iam citatis, omiſſa tamen diſputatione, interpretatio eſt eã formã pto ſolẽnitate conſtitui, quaſi parrochus dixerit ego matrimonium per verba mutuũ conſenſum exprimentia vel æquipollentia ſigna à votis cõtractũ eſſe declaro, In nomine patris, &c.

69. Tertia interpretatio eſt ſolemnitatem hanc à parrocho obſeruandam eſſe iuxta vtriuſque loci ritum, & conſuetudinem vt conſtat ex Trid. & c. 1. de ſponſ. & proximè relatis, ac proinde parrochus debet illius diœceſis ritum, & formam obſeruare vt frequentiſſimum eſt, cætera Trid. verba vſque ad verſ. qui aliter explicauimus ſupra in verſ. idcirco.

Sequitur verſ. (qui aliter quam præ- 70.
ſente &c.) Cuius ſumma eſt matrimonium ſine parrocho, & teſtibus contractum nullum eſſe, coniugéſque inhabiles effici ad ſic contrahendum, eo verſ. comprehenduntur omnia ab huius capitis initio pro forma, & ſolemnitate à Trident. expenſa, edocemurque pronunciata fuiſſe quoad matrimonij ſolemnitatem, ſubſtantia verò in contrahentium conſenſu ante parrochum & teſtes intellecto conſiſtere, cuius ſumma plures includit diſputationes, totidemque indiget interpretationibus. Quarum prior eſt hodie ad matrimonij validitatem parrochi teſtiúmque requiri præſentiam, in qua omnes conueniũt.

Secunda eſt qualis requiratur præ- 71.
ſentia in qua præcedenti verſ. ſatis reſolutum eſt quoad parrochum Trident. requiri præſentiam non ſacramenti eſſentialem, vel ſubſtantialem, ſiquidem parrochus non conſtituitur ſubſtantialis matrimonialis ſacrameti miniſter, nec admittitur dumtaxat: pręſẽtia phyſica vel materialis, ſed exigitur pręſentia moralis, ſcilicet vt pręſens ſit more politico, & humano corporaliter, & intellectualiter, ac ꝓinde licet non oĩa verba percipiat ſi apprehẽdit ibi matrimoniũ cõtrahi verbiſq; vel ſignis mutuu partiũ conſenſum

percipiat valebit vtique, quamuis inuitus, & coactus detineatur vt præcedentem verſ. reſoluimus, idémque quoad teſtes repetendum eſt, nec obſtat dicta l. qui teſtamento 20. §. fin. ff. de teſtamentis, vbi non ſufficit teſtes percipere, ſed ſpontaneos adeſſe neceſſe eſt, quia facile reſponſum eſt obtinere in teſtamento in quo teſtes rogatos eſſe lex conſtituit pro teſtamenti periculo, in matrimonio tamen rogatus neceſſarius non eſt, & idcirco ſufficit præſentes eſſe, & quod agitur percipere, ita reſoluunt ad Trident. interpretationem. Segura dicto cap. 15. Ledeſma dicta difficult. 21. Speculum coniug. in addit. folio 11. & folio 3.

72. Vnde etiam in teſtibus ex Trident. ad matrimonium neceſſariis non exigitur ille habilitatis rigor vt ſint omni exceptione maiores iuxta textum in C. lege Iulia ff. de teſtibus l. parentes C. eodem titulo cap. ſi teſtes 4. quæſt. 2. quia matrimonij cauſa fauorabilis eſt cap. fin. de re iud. idcirco admittuntur teſtes, qui alias repellerentur cap. 1. & 2. 35. quæſt. 6. c. videtur, qui matrimonium accuſare poſſunt, vbi communis, & in c. ſuper eo 2. de teſtibus. Crotus de teſtibus nu. 212. & licet Segura cap. 15. diſtinguatur num. 59. quando agitur de validitate matrimonij vel de ſolemnitate; veriſſimum eſt admitti teſtes, alios inhabiles maximè iuxta Trident. formam, quod & ipſe animaduerti, quia ex parrochi præſentia purgatur teſtium defectus, iuxta receptas iuris traditiones, & ita Trident. accipiunt Albornoz dicto lib. 4. Specul. in addit. fol. 32. Ledeſma dicta difficult. 21. & ita obſeruandum eſt.

Tertia interpretatio iuxta moralem huiuſmodi præſentiam in parrocho, & teſtibus nihil à Trident. innouatum fuiſſe, quoniam de huius ſacramenti ſubſtantia, & eſſentia erat ante Trident. mutuus contrahentium conſenſus, vt conſtat ex Florent. verſiculo Septimum, nec parrochus neceſſarius erat vt docuerat D. Thom. diſtinct. 1. quæſt. 1. & diſtinct. 26. quæſt. 2. art. 3. vbi latiſſimè Soto, & Palat. Victoria in relectione de matrimonio 1. part. & ſtatim allegandi, ſed Concilio non licet ſacramentorum ſubſtantiæ detrahere, nec eam immutare Trident. ſeſſ. 21. de communicatione ſub vtraque ſpecie cap. 2. ibi (ſalua eorum ſubſtantia) Nauar. & alij infra vbi latius, ac proinde diximus formam à Trident. propoſitam. 73.

Superioribus verſiculis vltra mutuum partium conſenſum eſſe de ſolemnitate non de ſubſtantia ſacramenti, eadémque ratione affirmandum eſt parrochi, & teſtium præſentiam eſſe de neceſſitate legitimi conſenſus de matrimonij ſubſtantia neceſſarij, potuit enim iure optimo Conc. conſtituere legitimum non reputari conſenſum abſque parrocho, & teſtibus à contrahentibus præſtitum, vt ſtatim latius explicandum eſt, ac proinde conſtituendum eſt matrimonium ſine parrocho, & teſtibus contractum nullum eſſe à Tridentinóque irritari ex legitimi conſenſus defectu, & ita ſiue contrahatur cum parrocho ſine teſtibus, ſiue cum teſtibus ſine parrocho irritum eſſe, potuitque ab Eccleſia irritari vt. 74.

Digitized by Google

docuit Tridentiu. in principio huius cap. quod negantes anathemate feriuntur ſupra eadem ſeſſione canone 4. quare potuit parrochi & teſtium neceſſitatem inducere ad legitimi conſenſus confirmationem, licet non ſit de ſacramenti ſubſtantia, eorum præſentia erit tamen de ipſius conſenſus neceſſitate, ita Nauar. cap. 9. numero 4. cap. 22. numero 76. Perez 2. part. ordinam. folio 38. Albornoz folio 190. Specul. in additione folio 52. Matienſo in rubrica tituli 1. lib. 5. compilatione numero 55. Cucus lib. 5. titulo 11. à numero 58. B. Ledeſma difficult. 21. & 17. Segura cap. 15. numero 58. inde etiam cum huiuſmodi nullitas ab Eccleſia inducatur, lege poſitiua conſequitur poſſe Pontificem Max. diſpenſare vt matrimonium ſine parrochi, & teſtium præſentia celebretur, cum ſit ſupra ius poſitiuum, vt receptiſſimum eſt.

75. Quarta interpretatio altiorem requirit indaginem, fuit enim ſemper controuerſum, an prohibito matrimonio ſponſalia cenſeantur prohibita, & inde maxima eſt diſputatio an ſicut irritatur ex hoc verſiculo qui aliter matrimonium ſine parrocho vel teſtibus contractum irritentur etiam ſponſalia de futuro. In qua difficultate ante Trident. prohibito matrimonio ſponſalia prohiberi argumento erat aliquo prohibito ea etiam prohiberi per quæ peruenitur ad illud argumento textus in l. quod dictum 52. ff. de pactis C. ad rem mobilem 56. l. ad legatum 62. ff. de procurat. & fortius prohibito matrimonio ſponſalia prohiberi docuit Vlpianus in l. oratio 16. ff. de ſponſ. vbi glos. & omnes Ioan. And. Abb. numero 6. Præpoſitus numero 5. in cap. cum inhibitio de clandeſtina Syluestr. verbo matrimonium 6. numero 5. Caſtillo in l. 49. Tauri Greg. Lopez verbo (que los deſponſen.) in l. 1. titulo 3. partita 4. & poſt Trident. conſtanter defendit ex noſtro verſiculo hodie ſublata eſſe ſponſalia de futuro Albornoz dicto lib. 4. fol. 143. ridens Eccleſiaſticos iudices ex iuris imperitia contrarium obſeruantes, videtur inclinare Matienſo in dicta rubrica numero 52. Contrarium tamen probatur ex eo, quod ea, quæ ſunt à iure naturali inducta non mutantur à Trident. ſed dumtaxat antiquæ l. poſitiuæ forma, vt Theologi, & Pontificij affirmant, & inde obligatio naturalis ex ſponſalibus de futuro contracta non mutatur, nec obſtant contraria argumenta quia non obtinent in hac ſpecie diſparem rationem habente, & ita doctiſſimè Vlpianus in dicta l. oratio reſponſum reſtrinxit ad illos caſus, ac proinde à Trident. ſponſalia de futuro ſublata non eſſe probat Nauar. cap. 25. numero 144. cap. 27. numero 141. Sarmiento ſelect. lib. 1. cap. 5. numero 5. Cordoua. in ſumma quæſtione 52. Perez 2. part. ordinamenti folio 39. Guttier. de iuram. confirmator. cap. 51. Speculum in addit. à folio 13. Ledeſma difficult. 18. & 21. Segura cap. 15. numero 3. & ita à Cardinalium congregatione 27. Septembris anno 1570. Epiſcopo Tornacenſi ita reſcriptum fuit, decretum Trident. annullat tantummodo matrimonium per ver-

Digitized by Google

ba de præſenti, ſponſalia autem per verba de futuro relinquit in diſpoſitione iuris communis, præterquam quod non tranſibunt per copulam in matrimonium. Vnde primo deducitur ſponſalia de futuro à Trid. ſublata non eſſe.

76. Secundo deducitur maiorem hodie difficultatem eſſe poſt Trident. in praxi, & obſeruantia huiuſmodi ſponſaliorum propter maximam repugnantiam Alexandri, & Lucij in cap. ex litteris 10. & cap. requiſiuit 17. de ſponſalibus ille dixit ab ſponſalibus recedentem monendum, & inde compellendum eſſe Lucius dixit non eſſe compellendum, quia matrimonia ab omni coactione debent liberare, coactáque triſtes, & infelices ſucceſſus habere. Vnde gloſa verbo compellens in dicto cap. ex litteris, quatuor intellectus referens veriorem eſſe concludit monendum prius eſſe, & inde contumacem compellendum communis ſecundum plures relatas à Coua. in 4. 1. part. cap. 4. Cuco lib. 5. titulo 10. numero 19. verior ſecundum Coſtanum de ſponſ. 1. part. §. effectus ſponſaliorum numero 5. eam tamen interpretationem violentam eſſe, & rationibus cap. requiſiuit non conuenientem probant nouiores, & inde veriorem eſſe ab Alexand. in dicto cap. ex litteris regulam conſtitui recedentem prius monitum, & poſtea contumacem compellendum ab Eccleſia eſſe limitari tamen à Lucio in cap. requiſiuit niſi recedens iuſtam non adimplendi cauſam habeat, quæ autem dicatur iuſta vel iniuſta cauſa iudicis arbitrio relinqui agnouit gloſa magiſtra verbo quæritur in cap. ſi qui. part. 45. §. ſed concedatur 27. quæſtione 2. communis ſecundum Abb. num. 2. Præpoſitus 8. in dicto cap. ex litteris eoſdem in dicto cap. requiſiuit numero 2. docuit Diu. Thom. in 4. diſtinct. 27. quæſtione 2. art. 1. ibi Soto, & Palat. Syluest. verbo ſponſalia quæſtione 4. Nauar. cap. 21. numero 27. verſiculo 11. Cucus titulo 10. numero 20. & inde poſt Trident. ab ſponſaliis de futuro recedentem omnino compellendum eſſe probat Guttier. dicto cap. 51. num. 4. ſed loqui tanquam aduocatum ſuæ parti patrocinantem dicit Segura dicto cap. 15. à num. 3. ſed Eccleſiæ praxi eſt receptum poſt Trident. recedentem in iudicio de promiſſione & ſponſione coniectum cẽſuris compelli & cum primum in iudicium vocatus adimplere recuſat, illi à iudice interdicitur ne vſque ad cauſæ finem aliud matrimonium contrahat, ipſiuſque parrocho denuntiatur ne eius matrimonium admittat, ita eſt hodie receptum, at vero ſi durante iudicio contra prædictum interdictum contrahat aliud matrimonium iuxta Trident. formam valebit vtique quamuis grauiter peccauerit, & deliquerit, & ita in praxi frequenter contingit.

Tertio deducitur ex ſuperiori interpretatione & Cardinalium declaratione textum in c. veniens 15. c. ad id 21. cap. ſi qui fidem 30. de ſponſ. c. à nobis de deſponſ. inpuberum cap. ſuper eo de condit. appoſitis, & alios textus probantes ſponſalia de futuro per copulam tráſire in matrimonium 78.

de præſenti hodie ex noſtro verſ. correctos eſſe, & ita à cogregatione pronunciatum fuit quia matrimonium ſine parrocho, & teſtibus contractum à Tridentin. irritum pronunciatur ex hoc verſ. qui aliter, eadémque ratione omnia iura, quæ ante Tridentin. per quancunque viam, vel formam inducebant conſenſum præſumptum, vel præſumpti ratificationē hodie correctā eſſe ſatis probatum eſt, quia aliter quam præſente parrocho, & teſtibus matrimonium nullum eſt.

79. Quinta interpretatio eſt illa verba (præſente parrocho) accipienda eſſe de parrocho proprio vt ſupra hoc ca. expreſſum eſt ibi (ter à proprio parrocho) vt etiam diximus in verſ. iccirco proprium autem parrochum vocamus Pontificem Max. Epiſcopum, rectorem parrochialem, vel eius vices gerentem, iuxta textum, gloſſam, & rationes in cap. fin. de parrochiis in cap. omnis vtriuſque de pœnit. & remiſſ. Trid. ſeſſ. 14. de ſacram. pœnitentiæ cap. 7. & infra de reform. cap. 13. Soto in 4. d. 14. art. 2. ibi Palat. communis in c. Cum inhibitio de clandeſtina. Nau. cap. 4. Albornoz dicto lib. 4. Perez 2. part. ordinam. fol. 37. Speculum in addit. dubio 5. concluſione 7. Cucus tit. 11. Ledeſma difficult. 18. & 21. Segura c. 15. num. 46. non tamen Archiepiſcopus quamuis ex textu & gloſ. in c. per ſingulos 9. quæſt. 3. ex gloſ. in c. 3. quæſtione 6. contrarium alij defenderint, & male quia in ſuffraganeorū diœceſi Archiepiſcopus citra appellationem non dicitur ordinarius nec parrochus, ac in propoſita Tridentin. ſpecie proprium parrochum vel ordinarium eſſe aut alterius licentiam habere neceſſe eſt, & ita obſeruamus adeo quod nec in mortis articulo matrimonium aliter contractum validum erit, quamuis enim dixerimus poſſe à proprio parrocho publicationem impune in mortis articulo remitti ante & poſt Trid. & à ſimplici ſacerdote pœnitentiæ ſacramentum miniſtrari, non tamen matrimonium aliter, quam præſente parrocho vel alio ſacerdote de eius ordinarij licētia etiam in mortis articulo valebit, quia vt ſæpe reſolutum eſt de neceſſitate legitimi conſenſus parrochi requiritur præſentia, cuius defectu deficit & conſenſus matrimonio ſubſtantialis.

Secundo inde obſeruandum eſt neceſſariam eſſe præſentiam proprij 80. parrochi, quod ſi contrahentes in aliena fuerint parrochia voluptatis, vel authoritatis cauſa matrimonium præſente illius parrochiæ parrocho validum non erit niſi de proprij licentia, errant enim contrarium opinantes, nec minori inuoluuntur errore, qui affirmant proprium parrochum in aliena parrochia inutilem eſſe, quia veriſſima eſt, propoſitio propriū parrochū etiam in aliena parrochia poſſe ſuorū confeſſiones audire, & ſuorum matrimoniis vtiliter præſentes eſſe, quia ea, quæ ſunt voluntariæ iuriſdictionis, etiam extra proprium territorium poſſunt iure directo exercere l. 2. de officio proconſulis, l. emancipati ff. de adoptionibus gl. in l. 3. ff. de officio præſidis, gl. in c. nouit de officio legati, cōmunis vbique ac proinde proprius parrochus poterit quacunq; in parrochia matrimoniis ſuorum

Digitized by Google

præſens eſſe, valebitque matrimoniũ ex Trid. inſtituto vt probant Speculum, Segura & alij ſupra.

81. Inde Tertio deducitur, quod ſi in aliena parrochia non voluptatis, vel authoritatis ſed domicilij cauſa commorauerint ita fraudem illius parrochiæ rector proprius dicetur, & ita probatur argumento textus in l. vtique l. domicilium l. fin. ff. ad municipales, Segura. ſupra num. 50. & ita à Cardinalium congregatione iam declaratum eſt, quod non intelligitur de vagabundis, in quibus obſeruanda eſt diſpoſitio Tridentin. infra cap. 7.

82. Inde quarto obſeruandum eſt proprium parrochum nempè Papam, Epiſcopum, vel eum qui parrochiæ præeſt ſecundum ſupra relatos, & Mandoſium in regula 14. Cancellariæ quæſt. 6. num. 12. non ſolum præſentem matrimoniis eſſe poſſe, pro ſui validitate, ſed etiam aliis licentiam dare poſſe, & ita ex hoc verſ. conſtat, neceſſe tamen eſt expreſſam & explicatam eſſe vt probant Segura, & alij, & Menochius de arbitrariis caſu 455.

83. Inde etiam quinto idem obſeruandum eſſe etiam ſi proprius ſacerdos non fuerit, quia eius præſentia, vel licentia ſacerdòti conceſſa matrimoniũ valebit ex Tridentin. decreto, & in praxi contigit Salmantinæ coram ordinario primam tonſurã duntaxat habente, quoniam in Tridentin. in his verbis (præſente parrocho,) & ibi (vel de eius aut ordinarij licentia) duntaxat requiritur quod ſit ordinarius vel parrochus, ſed ordinarius eſt etiam primæ tonſuræ iuxta communiores traditiones, & parrochus intra annum quo ordines recipere compellitur, vel intra ſeptennium ſi ſtudij cauſa diſpenſationem habuerit ex cap. licet Canon. iuncto cap. Cum ex eo. de electione in ſexto parrochus eſt vt conſtat ex eiſdem iuribus & gloſ. verbo præſbiteri in Clementin. 1. de priuil. ibi communiter recepta, ergo ita iure obſeruandum eſt.

Inde ſexto obſeruandum eſt ſuperiorem reſolutionem veram eſſe etiam ſi parrochus intra annum non fuerit ſacerdotio initiatus, licet enim ex dicto cap. licet canon. poſt annum ipſo iure priuatus ſit quandiu tamen beneficium retinuerit, in eiuſque poſſeſſione fuerit matrimonia coram eo, & teſtibus contracta valida erũt, quia Tridentin. formæ ſatisfactum fuit, idèmque ius ſtatuendum erit quando parrochus ſecundum incompatibile acquiſierit beneficium quamuis enim primum ipſo iure vacauerit, poſsitque Epiſcopus illud libere conferre cap. de multa de præbendis cap. licet Epiſcopus 28. in principio de præbend. in ſexto quandiu tamen legitimo iudicio non fuerit à poſſeſſione eiectus matrimoniis in prima parrochia contractis poterit præſens eſſe, iuxta Trident. formam, quia conſiderat lex Pontificia, quod in iudicium vocatus poterit iuſtam retinendi cauſam forſitam habere, dicto cap. licet Epiſcopus in fine, ac proinde interim parrochus reputatur, in tantum quod ſi ab Epiſcopo inſtitutus ante citationem illum à poſſeſſione eiecerit poterit parrochus interdicto vnde vi ad poſſeſſionem reſtitui, iuxta communiores traditiones, idèmque ob- 84.

ſeruandum eſt in quocunque parrocho iniuſtum titulum habente, quia quandiu in poſſeſſione tolleratur parrochus reputabitur, poteritque matrimoniis præſens eſſe argumento textus in l. Barbarius Philippus ff. de officio prætoris, & ita textus in cap. dudum 54. interpretatur ibi gloſ. verbo deceptæ, de electione ibi communis, & ſecundum Nau. cap. 9. num. 8. Soto in 4. diſtinctione 18. quæſt. 3. art. 3. M. Ledeſma quæſt. 22. ſpeculum in addit. fol. 25. & ita obſeruandum eſt.

85. Septimo eiſdem argumentis Trident. ſatisfactum putabitur ſi matrimonium fiat coram parrocho cui datus eſt coadiutor propter ſcientiæ defectum cap. in litteratos 39. d. ca. nuper de renuntiatione Trident. ſeſſ. 21. cap. 6. quia parrochus eſt, & hoc exigitur à Trident. ac proinde nō ſolum quando illi non interdicitur ſacramentorum adminiſtratio, quod in dubio non præſumitur vt ibi reſoluunt omnes, & Cordoua in ſumm. quæſt. 23. verum etiam licet ſacramentorum adminiſtratio interdicta ſit quoniam cum in matrimoniis neceſſaria ſit duntaxat moralis parrochi præſentia, vt ſæpe reſolutum eſt, eaque præſentia ſatis verificetur in parrocho litterarum ignaro, ipſéque parrochus ſit, conſequitur neceſſario matrimonium eo præſente factum valere.

86. Octauo inde deducitur coram parrocho cui datur coadiutor quia furioſus vel mente captus eſt matrimonium non valere ex præſentiæ moralis defectu, ex his quæ ſupra reſoluta ſunt.

Nono inde etiam pendet quod ſupra diximus ſi contrahentes fuerint diuerſæ parrochiæ vt frequentiſſimū eſt publicationes ſeu proclamata in vtriuſque parrochia fieri neceſſarium fore, matrimonium tamen poſſe contrahi coram parrocho viri vel mulieris, vt à Cardinalium congregatione non ſemel declaratum eſt vt diximus verſ. iccirco. 87.

Decimo inde etiam obſeruandum eſt, quod licet matrimonium coram parrocho vel ordinario ſacris non initiato contractum validum eſſe dixerimus, eum tamen cui parrochus vel ordinarius præſentem eſſe commiſerit ſacerdotem eſſe neceſſe eſt vt conſtat ex Trident. ibi (alio ſacerdote) ita conueniunt omnes Theologi, & Pōtificij ſupra relati inde deducentes ab Epiſcopo diſpenſari non poſſe vt matrimonium aliter factum valere poſſit. 88.

Vndecimo, inde conſtituendum eſt, quod licet huiuſmodi commiſſarius vt ſacerdos ſit, de neceſſitate à Trident. inductum ſit, ſufficit tamen ſacerdotem ſimplicem eſſe, ſcilicet non habentem curatum, vel ab Epiſcopo expoſitum, licet enim Trid. egerit de ordinario vel parrocho quorum qualitas videatur repetita ex relatiuo (alio ſacerdote) verius eſt referri ad ſimplicem ſacerdotem facilè enim à Trident. illud explicaretur, ſi voluiſſet. Nec obſtat contra communiores noſtrorum traditiones ex quibus improbatæ fuerunt gloſſæ in cap. omnis vtriuſque ſexus de pœnit. & remiſſionibus. Clemētina 1. de priuil. à Trident. conſtitutum fuiſſe nec ex licentia ordinarij nec parrochi nec 89.

Pontificis in bulla cruciatæ poſſe ſimplicem ſacerdotem confeſſionis audire, neque alium præter parrochum, aut ab Epiſcopo expoſitum Trident. ſeſſ. 23. cap. 15. quia in ſacramento pœnitentiæ illud perſpicuum eſt, & ſingulare, quia ſui natura iuriſdictionem exigit, & fit ad inſtar confeſſionis iudicialis dicto cap. omnis vtriuſque de pœn. & remiſſ. dicta Clementina 1 Trid. ſeſſ. 14. de ſacram. pœnitentiæ cap. 1 5. & 6. non tamen in aliis vt probatur à communi relata à Nau. cap. 4. num. 2. à Ledeſma, & aliis ſupra ac proinde à Tridet. pro matrimonij præſentia exigitur duntaxat, quod à parrocho vel ordinario committatur alicui ſacerdoti, nec neceſſarium eſt, quod parrochus ſit, & ita recipitur ab Speculo in addit. à Cuco dicto tit. 11. à Ledeſma difficult. 21. à Segura num. 46. & ita omnes conueniunt.

90. Duodecimo inde deducitur matrimonium coram alieno parrocho vel ordinario aliove ſacerdote abſque proprij parrochi vel ordinarij licentia non ſolum nullum eſſe, vt conſtat ex noſtro verſ. & ab omnibus receptiſſimum eſt, ſed etiam contrahentes inhabiles ad ſic contrahendum remanere, vt ſtatim dicemus, eoſque omnes contrahentes, & teſtes, & parrochum, vel ordinarium & ſacerdotem peccare, grauitérque delinquere cu pœna proprij Epiſcopi arbitrio imponenda vt ſequentibus verſ. magis explicatur.

91. Sexta interpretatio eſt contrahentes abſque parrocho vel de eius aut ordinarij licentia abſque alio ſacerdote & teſtibus ad ſic contrahendum inhabiles remanere, ita docuit apertè Trid. ibi (eos Sancta Synodus ad ſic contrahendum inhabiles reddit) maxima fuit ante Trid. diſputatio, qua ratione matrimonium conſenſu contractum poſſit ab Eccleſia nullum, vel irritum declarari, quia conſenſus ſemper matrimonij ſubſtantia fuit, ſed in ſacramenti ſubſtantialibus nunquam fuit tanta attributa poteſtas, & ita à Trident. vt ſupra obſeruauimus exprimitur ſalua eorum ſubſtantia. ſeſſ. 21. de communione ſub vtraque ſpecie cap. 2. & ita probant omnes in 4. d. 29. vbi Soto, & Palat. quæſt. 1. art. 3. col. 7. & poſt Trident. maior diſputatio eſt vt ſignificant hæc verba (eos Sancta Synodus ad ſic &c.) ad cuius cognitionem obſeruandum eſt à Chriſto inſtitutam fuiſſe illam poteſtatem ſupernaturalem Petro & ſucceſſoribus immediatè conceſſam interiorem, & exteriorem Matth. 16. tibi dabo claues cap. in nouo 21. d. Trid. ſeſſ. 14 cap. 1. 5 & 6 de ſacram. pœnitentiæ Matth. 18. quodcunque ligaueris cap. quodcunque 24. quæſt. 1. Trid. ſeſſ. 25. de reform. cap. 3. interior pertinet ad ſacramenta, aliaque ſpiritualia, eaque à peccatis abſoluimur ad pœnitentias adſtringimur, exterior ad cōſeruandam Eccleſiæ maieſtatem continendóſque in officio populos, qua Pontificis leges diuinas interpretantur, humanáſque condere poſſunt, & ita vtranque poteſtatē in Eccleſia perpetuam eſſe ab ſchola Theologa, & Pontificia receptum eſt.

Secundo obſeruandum eſt in ſacramentis quædam eſſe ſubſtantialia, 92.
quæ cum ab ipſo Chriſto diuináque lege

lege fuerint conſtituta Tridentin. ſeſſion. 7. de ſacrament. canon. 1. cum ſequentibus mutari non poſſunt dicta ſeſſion. 21. cap. 2. quia contra l. diuinam nunquam fuit Pontificibus attributa poteſtas cap. ſunt quidam 25. quæſtione 1. cap. fin. de conſuetud. cap. litteras de reſtit. ſpoliatorum. ita conueniunt relati, & referendi, quædam eſſe præambula, ſiue præparatoria ſacramenti in quibus Eccleſia poteſt vti poteſtate illa à Chriſto pro religionis gubernatione in perpetuum tradita, vt contingit in omnibus matrimoniis impedimentis vt infra cap. 2. cum ſequentibus, contrariúmque affirmantes anathemate damnantur ſupra hac ſeſſion. canon. 4. ita ex Soto & aliis ſupra ante Tridentin. & poſt ex Perez 2. part. ordinamenti fol. 38. Albornoz lib. 4. cap. 1. Speculum in addit. 1. & 8. dubio, Cucus dicto titulo 11. Ledeſma difficult. 18. 21. & 24. Segura dicto cap. 15. facilè deprehenditur, & inde Tridentin. eadem poteſtate matrimonium ſine parrocho vel teſtibus contractum nullum eſſe declarat contrahentéſque inhabiles reddi ad ſic contrahendum, quia præambulum eſt contrahentes ſine parrocho, & teſtibus conſenſum expreſſuros iam inhabiles eſſe, quando conſenſum exprimunt parrocho, & teſtibus non præſentibus, quod aliquibus difficilè eſt, & ideo Speculum in dictis addit. dixit Tridentin. potuiſſe ea declaratione vti quatenus eſt contractus humanus matrimonij, vt docuerat Soto dicto articul. 3. col. 7. in matrimonióque ſingulare illud eſſe, quod cætera ſacramenta à Chriſto inſtituta fuerunt: matrimonium autem ab ipſo mundi principio cum ipſa lege naturæ inſtitutum fuit vt diximus §. 1. quæ omnia licet vera ſint omittenda tamen, quia licet veriſſimum ſit ſacramentorum ſubſtantiam perpetuam eſſe, & immutabilem, quæ autem ſit cuiuſque ſacramenti ſubſtantia ab Eccleſia declarari neceſſe eſt, & iccirco in quibus ſubſtantia conſiſtat ad Eccleſiam declarare pertinet, ac proinde cum matrimonij ſubſtantia in legitimo contrahentium conſenſu conſiſtere iure noſtro ſatis expreſſum ſit vt ſæpe repetitum eſt, & in Florentin. definitur quis dicatur legitimus conſenſus ad eandem Eccleſiæ poteſtatem declarare pertinet, quamobrem cum in Conciliis inter Sanctos Patres ſæpe agitatum fuerit, denique in Tridentin. repetitis occaſionibus, periculiſque ex matrimonio clandeſtino ſuccedentibus Concilium diuina vtens poteſtate ad arcendos ſcrupulos, matrimonia aliter contracta irrita eſſe declarat, quia contrahentes ſine parrocho, & teſtibus legitimè non conſentire, & ad ſic contrahendum inhabiles eſſe potuit, & valuit declarare, & ita obſeruandum eſt, & ſic accipienda eſt huius verſ. interpretatio variè agitata à Perez in 2. part. ordinam. fol. 39. & 40. Albornoz lib. 4. folio 145. Speculo in addit. dubio 8. fol. 37. Cuco titul. 11. num. 88 Nauar. cap. 22. numero 69. Matienſo in rubrica titul. 1. lib. 5. Ledeſma difficult. 25. 28. & 18. Segura

Nnn

cap. 15. à numero 39. Ioannes Guttier. de iuram. confirmatorio cap. 51. in principio, ex qua interpretatione.

92. Primo deducitur contrahentes inhabiles reddi, non eſſe contrahentium pœnam, ſed difficultatis declarationem matrimonium ſine parrocho & teſtibus contractum ab Eccleſia irritum, & nullum pronuntiari, quia ad ſic contrahendum inhabiles eos reddit.

93. Secundo ex eadem interpretatione deducitur contrahentium inhabilitatem cum ſit priuatio in ſuis manere terminis, nec extendi vltra caſum hic expreſſum ex vulgari traditione l. præcipimus C. de appellationibus cap. cum expediat de electione in 6. cap. odia de regulis iuris in ſexto & ex receptiſſima propoſitione gloſſæ finali in cap. fin. de iure patron. priuationi locum non eſſe niſi in caſu expreſſo, quare ſine parrocho & teſtibus contrahentes ad ſic contrahendum inhabiles duntaxat cum Tridentin. reddiderit, ſumma interpretatio eſt ad contrahendum cum parrocho, & teſtibus habiles omnino manere.

94. Tertio eadem ratione inhabiles eos accipimus ad ſic contrahendum cum illa vel altera, habiles tamen coram parrocho & teſtibus cum illa vel altera, in quo omnes ſupra allegati conueniunt.

95. Quarto ex eadem interpretatione diximus ſupra eam inhabilitatem euitari non poſſe ab Epiſcopo qui ea in ſpecie diſpenſare non poteſt 5. tamen Pōtifex diſpenſandi poteſtatem habet vt aduertit Nauar. numero 86. Segura numero 44. Ledeſma ſupra.

Quinto eadem interpretatione apertè probatur traditio ſupra reſoluta omnes decretales, omniaq; ſanctorum Patrum decreta per tacitum vel præſumptum conſenſum matrimonia de præſenti inducentia à Tridentin. hodie ſublata eſſe ex noſtro verſ. quæ ad octo corollaria retulit Perez à fol. 39. aliqua diſputat Guttier. dicto cap. ſi rigurosè, Albornoz dicto lib. 4. à fol. 145. & cæteri proximè allegati. 96.

Inde ſexto ceſſat diſputatio inter Theologos, & Pontificios quando matrimonium ſub conditione honeſta contrahitur ea impleta matrimonium cenſeatur contractum an contrahendum Theologis nouum conſenſum exigentibus, quibus adhæret Couar. Pontificiis priorem ſufficere affirmantibus ex cap. ſuper eo de conditionibus appoſitis, quos ſequitur Palud. ita diſputauerunt Diu. Thom. in 4. diſtinctione 29. quæſtione 1. artic. 1. 2. & 3. vbi omnes teſte Soto & Pálat. Hoſtienſ. Abb. & Præpoſito in dicto cap. ſuper eo. Nau. cap. 22. num. 63. Cou. in 4. 2. part. cap. 3. in principio numero 5. hodie tamen ex noſtro verſ. Theologorum ſententia confirmatur non ſolum nouum exigi conſenſum, verum etiam coram parrocho & teſtibus præſtandum eſſe, ita Perez fol. 41. Specul. vbi ſupra Cucus tit. 11. num. 55. Nau. num. 86. Ledeſma difficultate 25. concluſione 5. 97.

Inde ſeptimo maior difficultas impleta conditione ſponſalia cenſeantur contracta, vt inde ſi aliter receſſe- 98.

Digitized by Google

rit compelli poſſe, meminiſſe oportebit iam reſolutum eſſe ſponſalia de futuro, quia naturali lege ſubſiſtunt non eſſe à Tridentino ſublata, & ita tenendum eſſe contra Albornoz negantem poſt Tridentinũ eſſe ſponſalia de futuro: nec obligationem aliquam ex matrimonio conditionali: contrarium tamen defendunt Perez folio 39. Speculum in addit. dubio primo & 10. Cordoua quæſtione 51. & 52. Guttier. de iuramento confirmatorio cap. 51. in principio Nauar. vbi ſupra, Matienſo in rubrica titulo 1. lib. 5. numero 63. Ledeſma 18. difficult. Segura cap. 15. in principio, ac proinde impleta conditione ſponſalia de futuro eſſe ſignificat textus in dicto cap. ſuper eo vbi docuit Vrbanus recidentem poſſe compelli, quod ex matrimonio fieri non poteſt, ergo ex ſponſalibus vt fiat neceſſe eſt, & ita ex Thom. & aliis probat Ledeſma difficult. 25. concluſ. 5.

99. Inde etiam Octauo ſi matrimonium contrahitur in quarto gradu ſub conditione ſi Papa diſpenſauerit vt frequentiſſimum eſt impetrata diſpenſatione coram parrocho & teſtibus de nouo conſentire neceſſe eſt ſecundum ſuperiores, maxima tamen erit difficultas an tranſeat in ſponſalia de futuro Adrianus affirmat, alij negant argumento textus in l. ſi ſtipuletur ff. de verborum. deinde, quia inter cognatos prohibetur matrimonium eadémque ratione ſponſalia, obtinebitque l. oratio ff. de ſponſalibus, & excommunicatio Clementinæ vnicæ de conſang. & affinit. Ledeſma dicta difficult. 25. 5. concluſione bene reſpondet excommunicationi locum non eſſe in ſponſalibus, ſed in matrimonio de facto contracto, difficultatémque componit ſi diſpenſandi cauſa arbitrio boni viri legitima fuerit tranſire in ſponſalia, ſi vero non fuerit legitima non tranſire, quæ conciliatio difficilis eſt, quia Pontifex ſine cauſa non diſpenſat, nec diſpenſatio vtilis eſt, cæterum difficilior eſt, quia ante diſpenſationis impetrationem cognatos ſponſalibus obligari durius eſt, nec aliqua lege permiſſum vt latiſſimè probat Victor. in relectione de matrimonio 2. puncto ſummè laudatus à Guttieres, dicto cap. ſi num. 35. Vnde videtur ante diſpenſationem nullam eſſe obligationem.

Inde etiam nono matrimonium 100. coram parrocho, & teſtibus contractum cognito impedimento, nullum impedimentum diſpenſatione an conualeſcat diſputabatur obtinuit nouo indigere conſenſu ex dicto ca. ſuper eo de condit. appoſitis & communi ibi Coua. 2. part. cap. 3. num. 7. Soto diſtinctione 29. quæſtione 2. artic. 1. ſufficeréque verbis vel facto conſentire gloſ. verbo de cætero in cap. non debet de conſanguinit. & affinit. communis ibi & ex Couar. dicta 2. part. cap. 4. num. 5. hodie ex noſtro verſiculo coram parrocho & teſtibus conſentire poſt diſpenſationem neceſſe eſt Didacus Perez fol. 41. Albornoz fol. 147. Sarmiento ſelectarum lib. 6. num. 17. Cordoua quæſtione 51. & 52. Nauar. cap. 22. num. 86. Matienſo in dicta rubrica, Specu-

Digitized by Google

lum in addit. dubio 10. concluſione 5. Cucus numero 56. Ledeſma difficult. 18. & 25. ita à Cardinalibus declaratũ fuit, Segura num. 40. in quo omnes conueniunt.

101. Inde decimo an imminente ſcandalo parrochi, & teſtium præſentia remitti poſſit vel ab Epiſcopo diſpenſare. Nouiores dubitant, & Nauar. numero 70. remitti poſſe dixerat, & à Pio quinto declaratum fuiſſe, contrarium magis receptum eſt, quia melius eſt ſcandalo aliter conſulere, quam Tridentin. aliquid detrahere vt explicant Speculum, Cordoua, Segura, Ledeſma, & inſtructorium 1. part. cap. 85. nec Pij quinti declaratio reperitur immo in praxi frequentiſſimum eſt in eodem diſpenſationis diplomate confeſſario committi vt ſi ſcandalum immineat matrimonium ſecretè celebret, & ſic ex delegationis authoritate niſi loquatur Nau. de Pij quinti commiſſione cruciatæ commiſſario data vt poſt contractum ex Tridentin. matrimonium in affinitatis impedimento nouæ cognito ab altero coniuge ſi timetur ſcandalum diſpenſet vt ſecretè inter ſe contrahant vt refert inſtructorium dicto capite 85.

102. Inde vndecimo ſi contracto iuxta Tridentinum matrimonium cognoſcetur alterum eſſe ſeruum cui alter de nouo conſentit deinde vult recedere allegans primum fuiſſe nullum ex perſonæ defectu, Secundum ex defectu parrochi, & teſtium de nullitate neceſſario pronunciandum, ſed quæritur an ſaltem ex illo matrimonio maneant ſponſalia de futuro, & manere eleganter reſoluit Segura contrariis ſatisfaciens numero 41. ex dicto cap. atteſtationes, & cap. fin. de deſponſ. impuberum, & cap. vnico §. fin. de deſponſal. impuberum in 6.

Inde vndecimo matrimonium coram parrocho, & teſtibus contractum ex aliquo impedimento nullum, an tranſeat in ſponſalia iuxta traditiones definiendum erit. 103.

Inde decimo tertio, matrimonium ſine parrocho, & teſtibus contractum an ſaltem valeat vt deſponſatio de futuro maxima eſt difficultas, & nullam eſſe obligationem vel effectum conſtanter defendit Albornoz dicto folio 147. latiſſimè Guttieres dicto cap. 51. numero 27. contrariis reſpondens, ſequitur Segura cap. 15. numero 41. contrarium tamen probatur, quia in matrimonio inſunt ſponſalia, & eo inualido iuris interpretatione fiunt ſponſalia cap. atteſtationes cap. fin. de deſponſalibus impuberum cap. vnico §. 1. eodem in ſexto quia ſi non valet vt ago valeat meliori modo quo poteſt, ita verius arbitror ſiquidem reſolutum eſt à Tridentino non eſſe ſublata ſponſalia de futuro vt diximus ſupra illatione 7. & probat inſtructorium 1. part. cap. 85. in fine B. Ledeſma in ſpecie difficultate 18. folio 1284. quia ibi eſt partium voluntas, quod incaute negauit Segura ſequens contrarios, & ita obſeruandum eſt, intra quantum autem tempus ſponſalia promittens implere teneatur diſputat Segura dicto cap. 15. num. 16. 104.

Ad verſiculum inſuper matrimonium ſine parrocho vel teſtibus non ſolum 105.

Digitized by Google

ſolum irritum eſſe, ſed contrahentes, & omnes ibi intereſſentes Epiſcopi arbitrio grauiter puniendos eſſe interpretatio. Primo peccare mortaliter. Secundo non eſſe excommunicatos. Tertio grauiter puniendos. Quarto proprium parrochum arbitrio puniendum, & ita fortè ſuſpendendum. Quinto alium ſacerdotem etiam parrochum alienum ipſo iure ſuſpenſum, vt infra verſiculo ſtatuit. Sexto obtineri in matrimonio de præſenti quia in ſponſalibus de futuro nec peccatum nec delictum eſt vt ſupra ita ex Albornoz melius Speculo in additionibus dubio 11. folio. 52. & 56. Cucus titulo 11. num. 77. Segura cap. 15. num. 34. obſeruandum eſt.

106. Ad verſiculum. Præterea quo habitatio inter coniuges ante benedictiones prohibetur cap. 1. cap. ſponſus 30. quæſtione 5. ita Tridentinum in præſenti hortatur ſic de conſilio, idcirco ſi aliter fiat ex contemptu peccant mortaliter, ex negligentia venialiter. Speculum dicto dubio 11. concluſione 8. Nauar. cap. 22. numero 83. Ledeſma difficulr. 61.

107. Ad verſiculum ſtatuit ſacerdos etiam parrochus ſi proprius non ſit vel de proprij vel ordinarij licentia coniuges, vel coniunctos benedicens ipſo iure ſuſpenſus eſt donec à cõtrahentium ordinario abſoluatur. ita reformat caput primum cum ſequentibus 30. quæſt. 5. Interpretatio eſt proprium nunquam à Trident. ſuſpendi, alienum ipſo iure ſuſpenſum eſſe, inde ſi celebret irregularis eſt, & cum primum ipſo iure ſuſpenditur ab officio, cenſetur ſuſpenſus & à beneficio ex Pontificia traditione reſoluta à Cuco in praxi cap. 67. à Couar. 2. part. cap. 6. numero 13. Cucus numero 77. & ita meminiſſe oportebit, quoniam frequentiſſimè contingit vt aduertit Speculum folio 58. & 59. Ledeſma difficul. 61.

Ad verſiculum habeat parrocho incumbere librum habere vbi matrimonij celebrationem contrahentium, teſtiumque nomina ſcribat diligentérque cuſtodiat. Interpretatio eſt parrochum non habentem mortaliter peccare, & delinquere & ab ordinario puniendum eſſe. Speculum dubio 12. folio 60. Ledeſma difficult. 61. 108.

Ad verſiculum. Poſtremo contrahentes ſaltem triduo ante matrimonij conſummationem peccata confiteri, Euchariſtiámque accipere à Tridentino ſtatuitur. Interpretatio eſt ante matrimonij contractum, vel eius conſummationem ita fieri pium Catholicumque eſſe non tamen ſub præcepto. inde, Secundo ſi in mortali peccato fuerint contritionem non habere mortale eſſe probat Speculum 13. dubio, non tamen teneri ad vocalem confeſſionem, niſi Euchariſtiam receperint. Vnde Nauar. in dicto num. 83. Ledeſma difficult. 61. dicunt ex contemptu mortaliter peccare, & negligentia venialiter duntaxat. 109.

Ad verſiculum finalem. De quo poſt Tridentin. Concilij publicationem anno 64. factam inutilis eſt diſputatio, cætera capita Hiſpano ſermone explicat Albornoz, Latino 110.

Ooo

Digitized by Google

Nauar. dicto cap. 22. Cucus lib. 5. titulo 11. Speculum in additionibus poſt illa dubia. Ledeſma difficultate 28. cum ſequentibus. ita ſub ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ cenſura ſoluitur ſeptimum.

Imponitúrque finis huic vtiliſsimæ, & celeberrimæ materiæ ad Dei laudem & ſanctiſsimæ virginis Mariæ honorem, à Doctiſsimo in ſacro iure Pontificio D. Primario Didaco Sahagum A Villaſante.

Digitized by Google

H

Digitized by Google